(77) *Τὸ διαμαρτάνειν*, etc. Scholium Regii codicis sic habet : Ἄξιον ἀπορῆσαι, πῶς περὶ Χριστιανῶν ζητημάτων εἶπεν εἶναι ἀκίνδυνον περὶ ταῦτα διαμαρτεῖν· τὰ γὰρ πολλὰ τῶν ζητημάτων πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς περὶ τούτων ἡμῖν· « Mirandum sane, cur dixerit Gregorius periculosum non esse, si quis, in his quæstionibus, quæ inter Christianos versantur, a scopo aberret. Illæ enim controversiæ sunt, ut plurimum, inter Catholicos et hæreticos. » Conjicimus tamen difficultatis nodum solvi posse, si vox διαμαρτάνειν accipiatur, non pro « a scopo, a recta via aberrare, » circa quæstiones, quæ in controversiam vocantur, quod semper periculosum est; sed pro « spe frustrari, » circa eos quibuscum disputationes aggredimur, qui in erroribus obstinate perseverant, licet tum verbo, tum scriptis illorum error invicte confutetur. Sic enim recte dicitur « minime periculosum. » Leuvenklaius hunc contextum sic reddidit : « Nam ut in his est utile præstare quod cupias, sic exspectationi votoque animi non satisfacere, periculo caret. »

(78) *Αἰῶνας*. Reg. bm, et Or. 1 addunt, τῶν αἰώνων.

ΛΟΓΟΣ ΚΗ'.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Περὶ θεολογίας (79).

Α'. Ἐπειδὴ (80) ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν θεολόγον, οἷόν τε εἶναι χρὴ διελθόντες, καὶ οἵστισι φιλοσοφητέον, καὶ ἡνίκα, καὶ ὅσον· ὅτι ὡς οἷόν τε καθαρὸν (81), ἵνα φωτὶ καταλαμβάνηται φῶς· καὶ τοῖς ἐπιμελεστέροις, ἵνα μὴ ἄγονος ᾖ εἰς ἄγονον χώραν ἐμπίπτων ὁ λόγος· καὶ ὅταν γαλήνην ἔχωμεν ἔνδον ἀπὸ τῆς ἔξω περιφορᾶς, ὥστε μὴ, καθάπερ οἱ λυττῶντες (82), τῷ πνεύματι διακόπτεσθαι· καὶ ὅσον ἐχωρήσαμεν, ἢ χωρούμεθα. Ἐπειδὴ ταῦτα οὕτω, καὶ ἐνεώσαμεν ἑαυτοῖς θεῖα νεύματα (83), ὥστε μὴ σπείρειν ἐπ' ἀκάνθαις, καὶ τὸ πρόσωπον τῆς γῆς ὠμαλίσαμεν, τῇ Γραφῇ τυπωθέντες τε καὶ τυπώσαντες· φέρε, τοῖς τῆς θεολογίας ἤδη προσβῶμεν λόγοις, προστησάμενοι τοῦ λόγου τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, περὶ ὧν ὁ λόγος, ὥστε τὸν μὲν εὐδοκεῖν, τὸν δὲ συνεργεῖν, τὸ δὲ ἐμπνεῖν· μᾶλλον δὲ μίαν ἐκ τῆς μιᾶς θεότητος γενέσθαι τὴν

ORATIO XXVIII[a].

THEOLOGICA SECUNDA.

De theologia.

1. Quoniam sermone theologum repurgavimus, cum illud exposuimus, et qualem eum esse, et apud quos, et quando, et quatenus philosophari oporteat : nam et eum quam maxime purum esse necesse est, ut luce lucem percipiat, et apud studiosos, et diligentes auditores orationem habere, **496** ne alioqui in sterilem terram sermo incidens, sterilis quoque ipse sit[27]; et tum demum, cum ab externarum rerum jactatione tranquillum animum habuerimus, ne, quod singultientibus accidere solet, spiritus nobis interrumpatur; ac denique hactenus disserendum, quatenus vel ipsi concepimus, vel ab alienis concipimur. Quoniam, inquam, hæc ita se habent, ac, ne super spinas seramus[28], nobis divina novalia novavimus[29], terræque superficiem complanavimus[30], Scriptura videlicet sacra, tum ipsi informati, tum alios informantes : age, jam ad

[27] Matth. XIII, 5 et seqq. [28] Ibid. 7. [29] Jer. IV, 3. [30] Isa. XXVIII, 25.

[a] Alias XXXIV. Quæ autem 28 erat, nunc 26. — Habita anno 380.

(79) *Περὶ θεολογίας*. Sic editi. Eadem inscriptione gaudet in plerisque codicibus.

(80) *Ἐπειδή*. Or. 1, ἐπειδὲ [f. pro ἐπεὶ δέ].

(81) *Καθαρόν*. Coisl. 1, Or. 1, etc., καθαροῖς. Combefisius utramque vocem simul admittendam putat, qua admissa sic reddit : « ut purus puris auribus sermonem infundat. » Utrique enim, oratori et auditori, puritas necessaria est, « ut lux luce » percipiatur, ab iis scilicet « qui majorem curam attulerint, » τοῖς ἐπιμελεστέροις.

(82) *Οἱ λυττῶντες*. Bas., οἱ λύζοντες.

(83) *Θεῖα νεύματα*. Alludit profecto ad hæc Jerem. verba, IV, 3 : « Novate vobis novale, et nolite serere super spinas. » Alludit etiam ad hæc Isaiæ XXVIII, 25 : « Nonne cum adæquaverit faciem ejus, seret, » etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

theologiæ sermones accedamus, Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, de quibus dicere instituimus, orationi nostræ præficientes; ut et Pater propensa erga nos voluntate sit, et Filius adjutricem manum porrigat, et Spiritus vim suam afflet; vel, ut rectius loquar, unus ab una eademque divinitate ortus fulgor nos illustret, conjunctim distinctus, ac distinctim conjunctus, id quod valde mirandum est.

A Ἑλλαμψιν ἐνικῶς διαιρουμένην (84), καὶ συναπτομένην διαιρετῶς, ὃ καὶ παράδοξον.

II. Mihi porro in montem alacriter ascendenti [31], aut, ut verius dicam, ascendere proponenti simul ac trepidanti, illud propter spem, hoc propter imbecillitatem, ut nubem penetrem, ac cum Deo commercium habeam (Deus enim ita jubet): si quis Aaron est, comitem se ascensus præbeat, atque in propinquo stet, etiam si extra nubem sibi manendum sit, æqui bonique consulens. Si autem Nadab quispiam, aut Abiud, aut ex seniorum ordine, ascendat ille quidem, verum procul insistat, pro purgationis suæ merito ac dignitate. Si vero quispiam e vulgo, atque hujusmodi sublimitate ac speculatione indignus, si quidem omnino impurus ac profanus sit, nullo modo accedat, neque enim ea res periculi expers est: si autem saltem ad horæ tempus purgatus, infra subsistat, ac solam vocem et buccinam, hoc est, nuda pietatis verba audiat. Montem etiam fumo circumfusum ac coruscantem cernat, terrore simul eos et admiratione afficientem, quibus ascendere minime licet. Quod si quis mala et sæva bestia est, nec speculationis et theologiæ ullo modo capax, ne, velut in silvis, versute ac malitiose latitet, ut impetu repente facto verbum aliquod, vel dogma rapiat, atque obtrectationibus et calumniis saluberrimam doctrinam discerpat, verum longius adhuc consistat, atque a monte recedat: alioqui lapidibus opprimetur, et obteretur, nialusque male perdetur [32]. **497** (Lapides enim sunt belluinis hominibus veri ac solidi sermones.) Sive pardus sit, simul cum variis suis notis et maculis moriatur [33]: sive leo rapiens et rugiens, ac quærens quamnam animarum aut dictionum nostrarum devoret [34]; sive porcus, egregias et pellucidas veritatis margaritas conculcans [35]; sive lupus Arabicus [36] et peregrinus, aut etiam his, quoad sophismata et captiosas disputationes, acutior; sive vulpes [37], hoc est, versuta quædam anima, fideque ancipiti prædita, et pro temporum varietate alia atque alia, novamque subinde, ut id rebus suis conducere arbitratur, formam assumens, quam mortua et fetida corpora nutriunt, aut humiles vineæ, cum ad altas aspirare nequeat; sive denique aliud quoddam crudivorum animal, legisque edicto rejectaneum,

B Β'. Ἀνιόντι δέ μοι προθύμως ἐπὶ τὸ ὄρος, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, προθυμουμένῳ τε ἅμα καὶ ἀγωνιῶντι, τὸ μὲν διὰ τὴν ἐλπίδα, τὸ δὲ διὰ τὴν ἀσθένειαν (85), ἵνα τῆς νεφέλης εἴσω γένωμαι (86), καὶ Θεῷ συγγένωμαι (τοῦτο γὰρ κελεύει Θεός)· εἰ μέν τις Ἀαρὼν, συνανίτω, καὶ στηκέτω πλησίον, κἂν ἔξω μένειν τῆς νεφέλης δέῃ, τοῦτο δεχόμενος. Εἰ δέ τις Ναδὰβ, ἢ Ἀβιοὺδ, ἢ τῆς γερουσίας, ἀνίτω μὲν, ἀλλὰ στηκέτω πόῤῥωθεν, κατὰ τὴν ἀξίαν τῆς καθάρσεως. Εἰ δέ τις τῶν πολλῶν καὶ ἀναξίων ὕψους τοιούτου καὶ θεωρίας, εἰ μὲν ἅναγνος πάντη, μηδὲ προσίτω, οὐ γὰρ (87) ἀσφαλές· εἰ δὲ πρόσκαιρα γοῦν (88) ἡγνισμένος, κάτω μενέτω, καὶ μόνης ἀκουέτω τῆς φωνῆς καὶ τῆς σάλπιγγος, τῶν ψιλῶν τῆς εὐσεβείας ῥημάτων· καπνιζόμενόν τε τὸ ὄρος βλεπέτω (89) καὶ καταστραπτόμενον, ἀπειλήν τε ὁμοῦ καὶ θαῦμα τοῖς ἀνιέναι μὴ δυναμένοις. Εἰ δέ τις θηρίον ἐστὶ πονηρὸν, καὶ ἀνήμερον, καὶ ἀνεπίδεκτον πάντη λόγων (90) θεωρίας καὶ θεολογίας, μὴ ἐμφωλευέτω ταῖς ὕλαις κακούργως καὶ κακοήθως, ἵνα τινὸς λάθηται δόγματος ἢ ῥήματος, ἁθρόως (91) προσπηδῆσαν, καὶ σπαράξῃ τοὺς ὑγιαίνοντας λόγους ταῖς ἐπηρείαις· ἀλλ' ἔτι πόῤῥωθεν στηκέτω, καὶ ἀποχωρείτω τοῦ ὄρους· ἢ λιθοβοληθήσεται, καὶ συντριβήσεται, καὶ ἀπολεῖται κακῶς κακός· λίθοι γὰρ τοῖς θηριώδεσιν, οἱ ἀληθεῖς λόγοι καὶ στερῤῥοί. Εἴτε πάρδαλις εἴη, συναποθνησκέτω τοῖς ποικίλμασιν· εἴτε λέων ἁρπάζων καὶ ὠρυόμενος, καὶ ζητῶν ἥντινα βρῶσιν ποιήσεται τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἢ λέξεων· εἴτε σῦς καταπατῶν τοὺς καλούς τε καὶ διαυγεῖς μαργαρίτας τῆς ἀληθείας· εἴτε λύκος Ἀραβικὸς (92) καὶ ἀλλόφυλος, ἢ καὶ τούτων ὀξύτερος τοῖς σοφίσμασιν· εἴτε ἀλώπηξ, δολερά τις ψυχὴ καὶ ἄπιστος, καὶ ἄλλοτε ἄλλη τοῖς καιροῖς καὶ ταῖς χρείαις συμμορφουμένη, ἣν νεκρὰ τρέφει καὶ ὀδωδότα σώματα, ἢ ἀμπελῶνες μικροὶ, τῶν μεγάλων διαπεφευγότων· εἴτε τι ἄλλο τῶν ὠμοβόρων, καὶ ἀποβλήτων τῷ νόμῳ, καὶ οὐ καθαρῶν εἰς βρῶσίν τε καὶ ἀπόλαυσιν. Βούλεται γὰρ τούτων ἀποχωρήσας ὁ λόγος, οὕτω πλαξὶ στερῤῥαῖς καὶ λιθίναις ἐγγράφεσθαι, καὶ ταύταις ἀμφοτέρωθεν, διά τε τὸ φαινόμενον τοῦ νόμου, καὶ τὸ κρυπτόμενον· τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς (93)

[31] Exod. xix, 24. [32] Matth. xxi, 41. [33] Jer. xiii, 23. [34] I Petr. v, 8. [35] Matth. vii, 6. [36] Habac. i, 8. [37] Cant. ii, 15.

(84) *Ἑνικῶς διαιρουμένην*, etc. « Conjunctim distinctus, ac distinctim conjunctus, » id est, « sicut unus permanet, etiamsi distinguatur, ita quodammodo distinguitur, etsi cohæreat. »

(85) *Ἀσθένειαν*. Or. 1, ἀλήθειαν, « veritatem, » et ad marg., ασθένειαν.

(86) *Γένωμαι*. Reg. a, γενώμενος.

(87) *Προοιτω, οὐ γάρ*. Or. 1, προσιτέτω, οὐδὲ γάρ.

(88) *Πρόσκαιρα γοῦν*. « Saltem ad horæ tempus. » Hac voce significat Gregorius tempus et horam, quibus lex a certis immunditiis abstinere jubebat. Bill.: « leviter saltem. »

(89) *Βλεπέτω*. In nonnullis, βλέπων.

(90) *Λόγων*. Comb., λόγου.

(91) *Ἀθρόως*. Comb., καὶ ἀθρόως.

(92) *Λύκος Ἀραβικός*. Alludit ad hæc verba Habacuc, i, 8: « Velociores lupis vespertinis. » In Septuaginta legitur: « lupis Arabiæ, » qui cæteris robore et proceritate sunt crudeliores.

(93) *Τὸ μὲν τοῖς πολλοῖς*, etc. Bill.: « illis plerisque, et humi manentibus, hoc paucis, sursumque tendentibus. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ κάτω μένουσι, τὸ δὲ τοῖς ὀλίγοις καὶ ἄνω φθάνουσιν.

nec purum, ut iis et vesci et frui liceat. Vult enim nostra doctrina ab his abscedere, atque ita solidis et lapideis tabulis inscribi, idque utrinque, quod nimirum lex partim perspicua sit, partim abdita et abstrusa : illud quidem plerisque ad radices montis subsistentibus, hoc autem paucis in montem ascendentibus.

Γ'. Τί τοῦτο ἔπαθον, ὦ φίλοι, καὶ μύσται, καὶ τῆς ἀληθείας συνερασταί; Ἔτρεχον (94) μὲν, ὡς Θεὸν καταληψόμενος, καὶ οὕτως ἀνῆλθον ἐπὶ τὸ ὄρος, καὶ τὴν νεφέλην διέσχον, εἴσω γενόμενος ἀπὸ τῆς ὕλης καὶ τῶν ὑλικῶν, καὶ εἰς ἐμαυτὸν, ὡς οἷόν τε, συστραφείς. Ἐπεὶ δὲ προσέβλεψα, μόλις εἶδον Θεοῦ τὰ ὀπίσθια (95)· καὶ τοῦτο, τῇ πέτρᾳ σκεπασθείς, τῷ σαρκωθέντι δι' ἡμᾶς Λόγῳ (96). Καὶ μικρὸν διακύψας, οὐ τὴν πρώτην τε καὶ ἀκήρατον φύσιν, καὶ ἑαυτῇ, λέγω δὴ τῇ Τριάδι, γινωσκομένην, καὶ ὅση τοῦ πρώτου καταπετάσματος εἴσω μένει, καὶ ὑπὸ τῶν χερουβὶμ συγκαλύπτεται (97), ἀλλ' ὅση τελευταία καὶ εἰς ἡμᾶς φθάνουσα. Ἡ δέ ἐστιν, ὅσα (98) ἐμὲ γινώσκειν, ἢ ἐν τοῖς κτίσμασι, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ προβεβλημένοις καὶ διοικουμένοις μεγαλειότης, ἤ, ὡς ὁ θεῖος Δαβὶδ ὀνομάζει, μεγαλοπρέπεια. Ταῦτα γὰρ Θεοῦ τὰ ὀπίσθια (99), ὅσα μετ' ἐκεῖνον ἐκείνου γνωρίσματα, ὥσπερ αἱ καθ' ὑδάτων ἡλίου σκιαὶ καὶ εἰκόνες ταῖς σαθραῖς ὄψεσι παραδεικνῦσαι τὸν ἥλιον, ἐπεὶ μὴ αὐτὸν προσβλέπειν (1) οἷόν τε, τῷ ἀκραιφνεῖ τοῦ φωτὸς νικῶντα τὴν αἴσθησιν. Οὕτως οὖν θεολογήσεις, κἂν ᾖς Μωσῆς, καὶ Φαραὼ Θεός, κἂν μέχρι τρίτου (2), κατὰ τὸν Παῦλον, οὐρανοῦ φθάσῃς καὶ ἀκούσῃς ἀῤῥητα ῥήματα· κἂν ὑπὲρ ἐκείνους (3) γένῃ, ἀγγελικῆς τινος ἢ ἀρχαγγελικῆς στάσεώς τε καὶ τάξεως ἠξιωμένος. Κἂν γὰρ οὐράνιον (4) ἅπαν, κἂν ὑπερουράνιόν τι, καὶ πολὺ τὴν φύσιν ὑψηλότερον ἡμῶν ᾖ, καὶ ἐγγυτέρω Θεοῦ, πλέον ἀπέχει Θεοῦ καὶ τῆς τελείας καταλήψεως, ἢ ὅσον ἡμῶν ὑπεραίρει τοῦ συνθέτου, καὶ ταπεινοῦ, καὶ κάτω βρίθοντος κράματος.

III. Verum quid mihi accidit, o amici, ac iisdem sacris initiati, ejusdemque veritatis studiosi? Currebam hoc animo, quasi Deum percepturus, sicque in montem ascendi, ac nubem penetravi, a materia rebusque materia constantibus reductus, atque in meipsum, quoad ejus fieri poterat, collectus. Ut autem oculorum aciem adjeci, vix hoc etiam sum consecutus, ut Dei posteriora cernerem [38], idque petra, hoc est, Verbo nostræ salutis causa incarnato, contectus. Atque aliquantum prospiciens, non primam illam et purissimam naturam, sibique ipsi, id est Trinitati, notam, quæque primo velo obtecta manet, et a cherubim obtegitur, conspicatus sum, verum postremam atque ad nos pertingentem. Ea autem est, ut quidem ipse cognitione assequor, majestas illa, vel, ut David appellat, magnificentia [39], quæ in rebus ab eo creatis productisque et gubernatis elucet. Dei quippe posteriora sunt ea, quæ post eum exstiterunt, nobisque ipsius numen declarant, non secus videlicet ac solis in aquis umbræ atque simulacra infirmis oculis solem repræsentant, quandoquidem eum obtueri non possumus, utpote qui lucis puritate **498** sensum omnem superat. Ad hunc itaque modum theologi munus obibis, quamvis etiam Moyses sis, Deusque Pharaonis [40], quamvis ad tertium usque cœlum, instar Pauli [41], abreptus fueris, atque arcana verba audiveris; quamvis etiam supra illos evectus, angelicam quamdam aut archangelicam sedem et ordinem sis consecutus. Creatum enim omne, sive cœleste sive supercœleste, licet sublimiori quam nos natura præditum, Deoque vicinius, longiori tamen intervallo a Deo, ac plena illa et absoluta cognitione distat, quam quo compositam hanc nostram, et abjectam atque humi vergentem massam superat.

Δ'. Ἀρκτέον οὖν οὕτω πάλιν· Θεὸν νοῆσαι μὲν, χαλεπόν· φράσαι δὲ, ἀδύνατον, ὡς τις τῶν (5) παρ' Ἕλλησι θεολόγων ἐφιλοσόφησεν, οὐκ ἀτέχνως ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα καὶ κατειληφέναι δόξῃ τὸ χαλεπὸν εἰπεῖν, καὶ διαφύγῃ τῷ ἀνεκφράστῳ τὸν ἔλεγχον. Ἀλλὰ φράσαι μὲν, ἀδύνατον, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος· νοῆσαι δὲ, ἀδυνατώτερον. Τὸ μὲν γὰρ νοηθὲν, τάχα ἂν λόγος δηλώσειεν, εἰ καὶ μὴ μετρίως, ἀλλ' ἀμυδρῶς γε τῷ μὴ πάντη τὰ ὦτα διεφθαρμένῳ, καὶ νωθρῷ τὴν διά-

IV. Esto igitur hoc alterum orationis exordium. Deum intellectu percipere difficile est: eloqui autem impossibile, ut profanorum theologorum quidam docuit, meo quidem judicio, non incallide, nempe ut ex eo quod intellectu difficilem affirmat, opinionem hominibus afferat, se eum cognitione percepisse; ex eo autem quod nullis verbis eum explicari posse ait, hoc agat, ne inscitia sua prodi atque convinci queat. Ego vero ita potius dicendum cen-

[38] Exod. xxxiii, 23. [39] Psal. viii, 2. [40] Exod. vii, 1. [41] II Cor. xii, 2.

(94) *Ἔτρεχον.* Reg. a, tres Colb. et Or. 1, εἶχον. Sic etiam videtur legisse Leuv., qui vertit : « Animus erat Deum comprehendere, » etc.

(95) *Τὰ ὀπίσθια.* Schol. : Οἰκονομίαν· « Incarnationem. »

(96) *Λόγῳ.* Reg. a, Θεῷ Λόγῳ.

(97) *Συγκαλύπτεται.* Hoc propitiatorii velamen, de quo Exod. xxvi, 31, significat in sensu Gregorii prohibitionem contemplationis summæ illius naturæ.

(98) *Ὅσα.* Reg. a, ὡς.

(99) *Τὰ ὀπίσθια.* Quemadmodum « facies Dei » substantiam et deitatem, mundi creatione priorem, sic « posteriora » creationem et Providentiam indicant.

(1) *Προσβλέπειν.* Reg. a, βλέπειν.

(2) *Τρίτου.* Comb., τοῦ τρίτου.

(3) *Ἐκείνους.* Reg. bm, duo Colb. et Or. 1, ἐκεῖνον.

(4) *Κἂν γὰρ οὐράνιον*, etc. Id intelligit Elias de « cœlo, » et de « angelis, » qui super cœlos sunt.

(5) *Ὡς τις τῶν*, etc. Plato hic intelligitur, qui in *Timæo* ita habet : Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦ παντὸς εὑρεῖν τὸ ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν. Quod Tullius lib. *De universitate* sic reddit : « Illum quidem quasi parentem hujus universitatis invenire difficile est, et, cum jam inveneris, indicare in vulgus, nefas. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

seo, Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse ; animo autem atque intellectu comprehendi multo minus posse. Nam quod quis animo et ratione complexus fuerit, id quoque fortasse sermone declarare queat, si ne mediocriter quidem, at saltem obscure, modo auditorem nactus sit non omnino surdum, tardique et stupidi ingenii. At rem tantam animo comprehendere, omnino impossibile est, non modo ignavis et languidis, deorsumque vergentibus, sed magnis etiam et excelsis viris Deique amore præditis, ac mortalibus peræque omnibus, quibus ad veri cognitionem caligo hæc et carnis crassities tenebras offundit. Atque haud scio an hoc quoque sublimioribus illis et intelligentibus naturis, negatum non sit; quæ quia Deo propius junctæ sunt, ac toto illo splendore collucent, cernere utique fortasse queant, si non prorsus, ac certe plenius quam nos et solidius, atque aliæ aliis, pro cujusque ordine, vel uberius, vel parcius.

A νοιαν. Τὸ δὲ τοσοῦτο (6) πρᾶγμα τῇ διανοίᾳ περιλαβεῖν, πάντως ἀδύνατον καὶ ἀμήχανον, μὴ ὅτι τοῖς καταβεβλακευμένοις (7) καὶ κάτω νεύουσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς λίαν ὑψηλοῖς τε καὶ φιλοθέοις, καὶ ὁμοίως πάσῃ γεννητῇ (8) φύσει, καὶ οἷς ὁ ζόφος οὗτος ἐπιπροσθεῖ, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον, πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς κατανόησιν· οὐκ οἶδα δὲ (9), εἰ μὴ καὶ ταῖς ἀνωτέρῳ καὶ νοεραῖς φύσεσιν· αἳ, διὰ τὸ πλησίον εἶναι Θεοῦ, καὶ ὅλῳ τῷ φωτὶ καταλάμπεσθαι, τυχὸν ἂν καὶ τρανοῖντο, εἰ καὶ μὴ πάντη, ἀλλ' ἡμῶν γε τελεώτερόν τε καὶ ἐκτυπώτερον, καὶ ἄλλων ἄλλαι πλεῖον ἢ ἔλαττον, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς τάξεως.

V. Sed de hac re hic sit finis. Quod autem ad nos attinet, non pax tantummodo Dei exsuperat omnem mentem et cognitionem [42], nec quæcunque iis, qui justitiam coluerint, **499** in divinis pollicitationibus recondita sunt, quæ nec oculis cerni, nec auribus excipi, nec animo cogitari ac perspici [43], nisi tenuissime, possunt, nec exacta et absoluta rerum creatarum cognitio (nam harum quoque te solas umbras tenere haud dubites, cum Scripturam ad hunc modum loquentem audieris : *Videbo cœlos, opera digitorum tuorum, lunam et stellas* [44], eamque, quæ ipsis inest, firmam et stabilem rationem, perinde scilicet atque in hac vita ea minime videns, sed aliquando perspecturus) : sed multo magis natura illa his sublimior, et ex qua hæc originem traxerunt, captum omnem et comprehensionem superat. Nec vero hæc verba ita accipi velim, quasi percipi non posse dicam, quod sit Deus, sed quid, et quale sit. Neque enim inanis est prædicatio nostra, nec vana fides nostra [45]; nec id est, quod astruimus (ne rursus id quod probe candideque diximus, in impietatis et calumniæ argumentum trahas, ac nobis, ut ignorantiam confitentibus, arroganter insultes). Plurimum namque interest, certo tibi persuadeas aliquid esse, an, quid tandem illud sit, compertum habeas.

B Ε'. Τοῦτο μὲν οὖν ἐνταῦθα κείσθω· τὸ δὲ ἡμέτερον, οὐχ ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μόνον ὑπερέχει πάντα νοῦν καὶ κατάληψιν, οὐδὲ ὅσα τοῖς δικαίοις ἐστὶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκείμενα, τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς (10) ὁρατὰ, μήτε ὠσὶν ἀκουστὰ, μήτε διανοίᾳ θεωρητὰ, κατὰ μικρὸν γοῦν, οὐδὲ ἡ τῆς κτίσεως ἀκριβὴς κατανόησις (καὶ γὰρ καὶ ταύτης πείσθητι τὰς σκιὰς ἔχειν μόνον, ὅταν ἀκούσῃς· *Ὄψομαι τοὺς οὐρανούς, ἔργα τῶν δακτύλων σου, σελήνην καὶ ἀστέρας*, καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς πάγιον λόγον· ὡς οὐχὶ νῦν ὁρῶν, ὀψόμενος δὲ ἔστιν ὅτε)· ἀλλὰ πολὺ πρὸ τούτων, ἡ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ ἐξ ἧς ταῦτα, φύσις ἄληπτός τε καὶ ἀπερίληπτος· λέγω δὲ, οὐχ ὅτι ἔστιν, ἀλλ' ἥ τίς ἐστιν. Οὐ γὰρ κενὸν (11) τὸ κήρυγμα ἡμῶν, οὐδὲ ματαία ἡ πίστις ἡμῶν, οὐδὲ τοῦτό ἐστιν ὃ δογματίζομεν (μὴ πάλιν τὴν εὐγνωμοσύνην ἡμῶν ἀθείας λάβῃς ἀρχὴν καὶ συκοφαντίας, καὶ κατεπαρθῇς ὡς (12) ὁμολογούντων τὴν ἄγνοιαν). Πλεῖστον γὰρ διαφέρει τοῦ εἶναί τι πεπεῖσθαι, τὸ τί ποτέ ἐστι τοῦτο εἰδέναι.

VI. Etenim quod Deus sit, ac princeps quædam causa, quæ res omnes procrearit, atque conservet, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docent; illi, dum rebus in aspectum cadentibus aciem affigunt, easque et pulchre fixas et stabiles esse, et progredi, atque immote, ut ita dicam, moveri volvique perspiciunt : hæc autem, dum per res oculis subjectas, ac recto ordine collocatas, auctorem earum certo quidem ratiocinando assequitur. Quonam enim modo universa hæc rerum moles vel producta unquam fuisset, vel consisteret, nisi Deus omnia in rerum

Ϛ'. Τοῦ μὲν γὰρ εἶναι Θεὸν, καὶ τὴν πάντων ποιητικήν τε καὶ συνεκτικὴν αἰτίαν, καὶ ὄψις διδάσκαλος, καὶ ὁ φυσικὸς νόμος· ἡ μὲν τοῖς ὁρωμένοις προσβάλλουσα, καὶ πεπηγόσι καλῶς, καὶ ὁδεύουσι, καὶ ἀκινήτως, ἵνα οὕτως εἴπω, κινουμένοις καὶ φερομένοις· ὁ δὲ, διὰ τῶν ὁρωμένων καὶ τεταγμένων, τὸν ἀρχηγὸν τούτων συλλογιζόμενος. Πῶς γὰρ ἂν καὶ ὑπέστη τόδε τὸ πᾶν, ἢ συνέστη, μὴ Θεοῦ τὰ πάντα καὶ οὐσιώσαντος καὶ συνέχοντος; Οὐδὲ γὰρ κιθάραν τις ὁρῶν κάλλιστα ἠσκημένην, καὶ τὴν ταύτης εὐαρμοστίαν καὶ εὐταξίαν, ἢ τῆς κιθαρῳδίας αὐτῆς

[42] Philip. IV, 7. [43] I Cor. II, 9. [44] Ps. VIII, 4. [45] I Cor. XV, 14.

(6) *Τοσοῦτο*. Regg. a, bm et Or. 1, τοιοῦτο, « talem. »

(7) *Καταβεβλακευμένοις*. Duo Colb., Or. 1 et Bud., κατεβλακευμένοις.

(8) *Γεννητῇ*. Reg. a et Or. 1, γενητῇ.

(9) *Οἶδα δέ*. Sic Regii et Colbertini plures. Deest δέ in ed. Nullum certe est dubium, quin angeli Deum videant, cumque visuri sint homines, cum æternam beatitudinem adipiscentur.

(10) *Τὰ μήτε ὀφθαλμοῖς*, etc. Observat Elias Cretensis hæc Apostoli verba mutuata fuisse ex apocrypho libro, qui ab Elia propheta scriptus dicitur. Quidni potius desumpta ex Isaiæ LXIV, 4, « oculus non vidit, » etc.

(11) *Κενόν*. Par., καινόν, « nova. »

(12) *Καὶ κατεπαρθῇς ὡς*, etc. Id est, « et adversum nos insurgas, quasi nos profiteamur ignorare an sit Deus. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἀκούων, ἄλλο τι ἢ τὸν τῆς κιθάρας δημιουργὸν, καὶ τὸν κιθαρῳδὸν ἐννοήσει, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναδραμεῖται τῇ διανοίᾳ, κἂν ἀγνοῶν τύχῃ ταῖς ὄψεσιν· οὕτω καὶ ἡμῖν τὸ ποιητικὸν ὂν ὅλον, καὶ τὸ κινοῦν, καὶ τηροῦν τὰ πεποιημένα, κἂν μὴ διανοίᾳ περιλαμβάνηται· καὶ λίαν ἀγνώμων, ὁ μὴ μέχρι τούτων προῖὼν ἑκουσίως, καὶ ταῖς φυσικαῖς ἐπόμενος ἀποδείξεσιν· ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο εἶναι Θεὸν, ὅπερ ἐφαντάσθημεν, ἢ ἀνετυπωσάμεθα, ἢ λόγος (13) ὑπέγραψεν. Εἰ δέ τις ἐν περινοίᾳ τούτου ποτὲ (14) κἂν ἐπὶ ποσὸν ἐγένετο, τίς ἡ ἀπόδειξις; τίς οὕτως εἰς ἔσχατον σοφίας ἀφίκετο; τίς τοσούτου χαρίσματος ἠξιώθη ποτέ; τίς οὕτω τὸ στόμα τῆς διανοίας ἤνοιξε, καὶ εἵλκυσε Πνεῦμα, ἵνα τῷ τὰ πάντα ἐρευνῶντι καὶ γινώσκοντι, καὶ τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, Πνεύματι, Θεὸν καταλάβῃ, καὶ μηκέτι τοῦ πρόσω δέηται, τὸ ἔσχατον ὀρεκτὸν ἔχων ἤδη, καὶ εἰς ὃ πᾶσα σπεύδει καὶ πολιτεία τοῦ ὑψηλοῦ καὶ διάνοια;

A naturam protulisset, atque conservaret? Quemadmodum enim quispiam citharam pulcherrime confectam et elaboratam conspiciens, ejusque concinnitatem et constitutionem, aut etiam ipsius citharæ cantum audiens, nihil aliud quam ipsum citharæ conditorem et citharœdum mente reputat, atque ad eum cogitatione fertur, etiamsi de facie ignotum : eodem quoque modo nobis, is, qui res effecit, effectasque movet atque conservat, manifestus est, etiamsi mente minime comprehendatur. Ac nimis profecto hebes et stolidus est, quisquis non hucusque sponte sua progreditur, naturaliumque demonstrationum vestigiis insistit : atque adeo hoc sibi persuadet, ne id quidem Deum esse, quod vel imagine quadam animi concepimus, vel informavi-
B mus, vel orationis **500** penicillo utcunque descripsimus. Quod si quis unquam cogitatione Deum quoquo modo comprehendit, quonam, obsecro, argumento id probabit? Ecquis enim eo sapientiæ pervenit? Ecquis unquam tantam gratiam divinitus consecutus est? Ecquis os mentis ita aperuit, ac Spiritum attraxit [46], ut Spiritus omnia perscrutantis, atque etiam Dei profunda cognoscentis [47] ope atque adjumento, Dei naturam comprehenderit, nec jam ulterius progredi necesse habeat, utpote qui extremum illud appetendum jam habeat, ad quod omnis sublimium virorum et vita et cogitatio contendit?

Ζ'. Τί γάρ ποτε ὑπολήψῃ τὸ Θεῖον, εἴπερ ὅλαις (15) ταῖς λογικαῖς πιστεύεις ἐφόδοις (16); ἢ πρὸς τί σε ὁ λόγος ἀνάξει βασανιζόμενος (17), ὦ φιλοσοφώτατε σὺ, καὶ θεολογικώτατε, καὶ καυχώμενε εἰς τὰ ἄμετρα; Πότερον σῶμα; καὶ πῶς τὸ ἄπειρον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀναφὲς, καὶ ἀόρατον; ἢ καὶ ταῦτα σώματα; Ὦ τῆς ἐξουσίας! οὐ γὰρ αὐτὴ φύσις σωμάτων. Ἡ σῶμα μὲν, οὐχὶ ταῦτα δέ; Ὦ τῆς
C παχύτητος (18)! ἵνα μηδὲν πλέον ἡμῶν ἔχῃ τὸ Θεῖον. Πῶς γὰρ σεπτὸν (19), εἰ περιγραπτόν; ἢ πῶς φεύξεται τὸ ἐκ στοιχείων συγκεῖσθαι, καὶ εἰς αὐτὰ πάλιν ἀναλύεσθαι, ἢ καὶ ὅλως λύεσθαι; Σύνθεσις γὰρ, ἀρχὴ μάχης· μάχη δὲ, διαστάσεως· ἡ δὲ, λύσεως· λύσις δὲ ἀλλότριον πάντη Θεοῦ, καὶ τῆς πρώτης φύσεως. Οὔκουν διάστασις, ἵνα μὴ λύσις· οὐδὲ μάχη, ἵνα μὴ διάστασις· οὐδὲ σύνθεσις, ἵνα μὴ μάχη· διὰ τοῦτο οὐδὲ σῶμα, ἵνα μὴ σύνθεσις. Ἐκ τῶν τελευταίων ἐπὶ τὰ πρῶτα ὁ λόγος ἀνιὼν, οὕτως ἵσταται.

VII. Quid enim tandem Deum esse censebis, si argumentis a ratione petitis fidem omnino habes? Aut quo tandem te subvehet hæc disputatio, si accuratius examinetur? Te, inquam, appello, qui philosophiæ ac theologiæ principatum tibi vindicas, atque in immensum gloriaris. An corpus eum esse dices? Quonam ergo modo immensus, infinitus, figuræ expers est, ac denique ejusmodi, ut nec tangi, nec oculis cerni queat? An hæc quoque in corpora cadunt? O licentiam! Non enim hæc corporum natura est. An corpus quidem esse statues, immensum vero, atque infinitum, cæteraque hujus generis esse negabis? O crassitiem! ut nulla re Deus nobis præstet. Quid enim afferri potest, cur colatur atque adoretur, si circumscriptus est? Aut quid causæ esse dicemus, quin ex elementis conflatus sit, atque in eadem denuo redigatur, aut etiam prorsus intereat? Compositio quippe pugnæ initium est, pugna autem dissidii, dissidium solutionis : solutio porro nullo modo in Deum ac primam illam naturam cadit. Quocirca nullum dissidium admittendum est, ne solutio consequatur : nec pugna, ne dissidium oriatur : nec compositio, ne pugna exsistat. Ac proinde ne corpus quidem est, ne alioqui compositum quidem eum necesse sit. Sic ab extremis ad prima recurrens oratio insistit.

Η'. Πῶς δὲ καὶ σωθήσεται τὸ διὰ πάντων διήκειν, καὶ πληροῦν τὰ πάντα Θεὸν, κατὰ τὸ, *Οὐχὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ; λέγει Κύριος*· καὶ, *Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην*, εἰ τὸ μὲν περιγράφοι (20), τὸ δὲ περιγράφοιτο; Ἢ γὰρ διὰ κενοῦ χωρήσει τοῦ παντὸς, καὶ τὰ πάντα οἰχήσε-
D

VIII. Jam vero quomodo illud tueri poterimus, quod ait Scriptura, Deum omnia pervadere atque implere, juxta illud : *Nonne cœlum et terram ego impleo? dicit Dominus* [48]; et, *Spiritus Domini replevit orbem terrarum* [49]; si Deus partim circumscribat, partim circumscribatur? Aut enim per va-

[46] Ps. CXVIII, 131. [47] I Cor. II, 10. [48] Jer. XXIII, 24. [49] Sap. I, 7.

(13) Λόγος. Hic Elias « rationem, » non « sermonem » intelligit.
(14) Ποτέ. Deest in Or. 1.
(15) Ὅλαις. Coisl. 3 et Or. 1, ὅλως, « omnino. »
(16) Ἐφόδοις. Coisl. 1, ὁρμαῖς.
(17) Βασανιζόμενος. Coisl. 2, βιαζόμενος.
(18) Ὦ τῆς ἐξουσίας!.. ὦ τῆς παχυτητος! Sic Coisl. 1. Deest ὦ in ed.
(19) Πῶς γὰρ σεπτόν, etc. « Quomodo enim eum colamus, si circumscribi potest? Aut quomodo concedere detrectabimus, eum ex elementis conflatum esse, atque in eadem denuo redigendum, denique prorsus interiturum? »
(20) Περιγράφοι. Reg. 3, περιγράφει.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

cuam universitatem grassabitur, et res omnes nobis peribunt, ut sic Deus contumelia afficiatur, nimirum et qui corpus sit, et iis quæ procreavit careat: aut corpus in corporibus erit, id quod fieri non potest: aut implicabitur, et opponetur, quemadmodum ea, quæ liquiditate prædita sunt, **301** inter se miscentur; atque alia secabit, et ab aliis rursus secabitur, quod ipsis etiam Epicuri atomis absurdius et anilius est; sicque nobis collabetur, nec corpus, nec solidi quidquam habebit hæc disputatio, qua corpus Deo tribuere conamur. Quod si eum corpus materiæ expers esse contenderint, si quidem quintum illud, ut nonnulli censuerunt, et in orbem volubile: sit sane corpus quoddam quintum, et a materia semotum, atque etiam, si ipsis ita collibuerit, incorporeum; quandoquidem ita sermone comparati sunt, ut pro arbitrio in omnem partem sese versent, ac quidvis effingant; nihil enim hac de re in præsentia cum illis altercabor. Cæterum quo tandem in genere erit earum rerum, quæ motu cientur et agitantur, ut interim taceam, quam gravis sit contumeliæ, asserere, Creatorem eodem, quo res ab eo creatas, motu incitari, atque eum, cujus vi ac numine res conditæ volvuntur, si tamen hoc etiam daturi sunt, eodem modo cum iis volvi ac circumferri? Quæro etiam, quidnam sit quod universum hoc moveat? Quidnam vero quod vicissim illud moveat, ac rursum a quo illud moveatur? Eodemque modo in infinitum progrediar. Qui etiam fieri potest, ut omnino non sit in loco, si quidem fertur, ac motu incitatur? Jam si aliud quoddam corpus, præter quintum illud, Deum esse statuant, si quidem angelicum: unde probabunt angelos corpore constare, et quo tandem corpore? Quantum autem, si res ita se habeat, Deus angelum, quo ministro utitur, antecellet? Si corpus quoddam his sublimius esse dixerint, rursus corporum examen rationis expers inducetur, ac nugarum gurges adeo profundus, ut nusquam pes figi possit.

IX. Atque hinc constat, Deum corpus non esse. Neque enim adhuc quisquam eorum, qui divinitus afflati sunt, hoc vel dixit, vel ab aliis dictum comprobavit, nec nostri ovilis est hæc doctrina. Superest igitur, ut incorporeum esse Deum existimemus. Verum, utcunque incorporeum dicamus, nondum tamen hoc naturam illius essentiamque complectitur et declarat; quemadmodum nec ingenitum, nec anarchum, id est, principii expers, nec immutabile,

A ται ἡμῖν, ἵν' ὑβρισθῇ Θεὸς, καὶ σῶμα γενόμενος, καὶ οὐκ ἔχων ὅσα πεποίηκεν· ἢ σῶμα ἐν σώμασι ἔσται, ὅπερ ἀδύνατον· ἢ πλακήσεται καὶ ἀντιπαρατεθήσεται, ὥσπερ (21) ὅσα τῶν ὑγρῶν μίγνυται· καὶ τὸ μὲν τέμνει, ὑπὸ δὲ τοῦ τμηθήσεται, ὃ καὶ τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἀτοπώτερόν τε καὶ γραωδέστερον (22)· καὶ οὕτω διαπεσεῖται ἡμῖν, καὶ σῶμα οὐχ ἕξει, οὐδὲ πῆξίν τινα ὁ περὶ τοῦ σώματος λόγος (23). Εἰ δὲ ἄϋλον φήσομεν, εἰ μὲν τὸ πέμπτον, ὡς τισιν ἔδοξε (24), καὶ τὴν κύκλῳ φορὰν φερόμενον· ἔστω μὲν ἄϋλόν τι καὶ πέμπτον σῶμα, εἰ βούλονται δὲ, καὶ ἀσώματον, κατὰ τὴν αὐτόνομον αὐτῶν τοῦ λόγου φορὰν καὶ ἀνάπλασιν· οὐδὲν γὰρ νῦν περὶ τούτου διοίσομαι (25). Κατὰ τί δὲ τῶν κινουμένων ἔσται καὶ φερομένων, ἵνα μὴ λέγω τὴν ὕβριν, εἰ τὰ αὐτὰ τοῖς B πεποιημένοις ὁ πεποιηκὼς κινηθήσεται, καὶ τοῖς φερομένοις ὁ φέρων, εἴ γε καὶ τοῦτο δώσουσι; Τί δαὶ τὸ (26) τοῦτο πάλιν κινοῦν; τί δὲ τὸ πᾶν κινοῦν; κἀκεῖνο τί; καὶ τί πάλιν ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον. Πῶς δαὶ οὐκ ἐν τόπῳ πάντως, εἴ γε φερόμενον; Εἰ δὲ ἄλλο τι παρὰ τὸ πέμπτον φήσουσιν, εἰ μὲν ἀγγελικόν· πόθεν ὅτι ἄγγελοι (27) σώματα, καὶ τίνα ταῦτα; καὶ πόσον (28) ὑπὲρ ἄγγελον εἴη Θεὸς, οὗ λειτουργὸς ἄγγελος; Εἰ δὲ ὑπὲρ ταῦτα, πάλιν εἰσήχθη σωμάτων ἐσμὸς ἀλόγιστος, καὶ φλυαρίας βυθὸς, οὐ δαμοῦ στῆναι δυνάμενος.

Θ'. Οὕτω μὲν οὖν (29) οὐ σῶμα ἡμῖν ὁ Θεός· οὐδὲ γὰρ ἤδη τις τοῦτο τῶν θεοπνεύστων, ἢ εἶπεν, ἢ παρεδέξατο, οὐδὲ τῆς ἡμετέρας (30) αὐλῆς ὁ λόγος. Λείπεται δὴ ἀσώματον ὑπολαμβάνειν. Ἀλλ' εἰ ἀσώματον, οὕπω μὲν οὐδὲ τοῦτο τῆς οὐσίας παραστατικόν τε καὶ περιεκτικὸν (31), ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀγέννητον, καὶ τὸ ἄναρχον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ ἄφθαρτον, καὶ ὅσα περὶ Θεοῦ, ἢ περὶ Θεὸν εἶναι λέγεται. Τί γὰρ ὄντι (32) αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν

C

(21) *Ὥσπερ.* Sic duo Regg., tres Colb., Coisl. 1, Or. 1, etc. In ed., ἢ ὥσπερ.

(22) *Γραωδέστερον.* Coisl. 1 addit, ὡς οἱ περὶ ταῦτα ἐσχολακότες ἐλήρησαν, « anilius etiam iis deliramentis, quæ homines in hac disciplina versati finxerunt. » Hæc tamen desunt in plerisque codd. et ed., Elias autem agnoscit.

(23) *Ὁ περὶ τοῦ σώματος λόγος.* Hæc jungit Leuv. cum his superioribus verbis, καὶ οὕτω διαπεισεῖται ἡμῖν, sicque reddit: « Atque hoc modo ratio, quæ Deo corpus attribuit, subsistere nobis nequit; adeoque nec corpus, nec compagem ullam habebit. »

(24) *Ὅς τισιν ἔδοξε.* Ex his fuit Aristoteles, qui præter quatuor rerum principia, seu elementa, quæ sunt « aqua, terra, ignis et aer, » quintum, nempe « cœlum, » e materia quadam efformatum, admittebat.

(25) *Διοίσομαι.* Reg. a, διοίσομεν.

(26) *Τί δαὶ τό,* etc. Reg. bm et Or. 1, τί δὲ τό. Totum hunc locum sic vertit Leuv.: « At enim, obsecro, quodnam erit a quo universum hoc movebitur? Quidnam illud vicissim movebit? Quid item illud? Idque adeo in infinitum. » Sic Græca videtur legisse: Τί δὲ πᾶν κινοῦν; τί δὲ τοῦτο πάλιν κινοῦν; καὶ τί πάλιν ἐκεῖνο; καὶ τοῦτο εἰς ἄπειρον.

D (27) *Ἄγγελοι.* Reg. a, οἱ ἄγγελοι.

(28) *Πόσον.* Duo Colb., et Or. 1 addunt, ἄν.

(29) *Οὖν.* Deest in Reg. bm et Or. 1.

(30) *Οὐδὲ τῆς ἡμετέρας,* etc. Bill.: « Atque ab hujusmodi sermone fides Ecclesiæ abhorret. »

(31) *Περιεκτικόν.* Deest in nonnullis codd.

(32) *Τί γὰρ ὄντι,* etc. Bill.: « Primum enim, huic quidem certe, qui Dei mentem vere habeat, atque in contemplatione perfectior sit, considerandum et expendendum occurrit, quid Deus natura sua et substantia sit: ac postea hoc adjiciendum superest, eum nec initium habere, nec a se unquam desciscere; nec fine ullo circumscribi ac definiri, sed, quidquid in rerum natura est, ambitu suo complecti atque coercere. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑπόστασιν ὑπάρχει, τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν, μηδὲ ἐξίστα- A
σθαι, μηδὲ περατοῦσθαι ; Ἀλλ' ὅλον τὸ εἶναι περι-
λαμβάνειν λείπεται προσφιλοσοφεῖν τε καὶ προσεξ-
ετάζειν τῷ γε νοῦν Θεοῦ (33) ἀληθῶς ἔχοντι, καὶ τε-
λεωτέρῳ τὴν θεωρίαν. Ὡς γὰρ οὐκ ἀρκεῖ τὸ σῶμα
εἰπεῖν, ἢ τὸ γεγεννῆσθαι, πρὸς τὸ καὶ τὸ, περὶ ὃ ταῦ-
τα, παραστῆσαί τε καὶ δηλῶσαι, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ
ὑποκείμενον τούτοις εἰπεῖν, εἰ μέλλοι (34) τελείως καὶ
ἀποχρώντως τὸ νοούμενον παραστήσεσθαι (ἢ γὰρ ἄν-
θρωπος, ἢ βοῦς, ἢ ἵππος τοῦτο τὸ ἐνσώματον, καὶ γεννώ-
μενον. καὶ φθειρόμενον)· οὕτως οὐδὲ ἐκεῖ στήσεται μέχρι
τοῦ εἰπεῖν ἃ μὴ ἔστιν, ὁ τὴν τοῦ ὄντος πολυπραγμο-
νῶν φύσιν· ἀλλὰ δεῖ πρὸς τῷ (35) εἰπεῖν ἃ μὴ ἔστι,
καὶ ὃ ἐστιν εἰπεῖν· ὅσῳ καὶ ῥᾷον ἕν τι περιλαβεῖν, ἢ
τὰ πάντα καθ' ἕκαστον ἀπειπεῖν, ἵνα ἔκ τε (36) τῆς
ἀναιρέσεως ὧν οὐκ ἔστι, καὶ τῆς οὗ ἐστι θέσεως, B
περιληφθῇ τὸ νοούμενον. Ὁ δὲ, ἃ μὲν οὐκ ἔστι λέ-
γων, σιωπῶν δὲ ὃ ἐστι, ποιεῖ παραπλήσιον, ὥσπερ
ἂν (37) εἰ τὰ πέντε δὶς ὅσα ἐστὶν ἐρωτώμενος, ὅτι
μὲν οὐ δύο λέγοι (38), οὐδὲ τρία, οὐδὲ τέσσαρα, οὐδὲ
πέντε, οὐδὲ εἴκοσιν, οὐδὲ τριάκοντα, οὐδέ τινα, ἵνα
συνελὼν εἴπω, τῶν ἐντὸς δεκάδος, ἢ δεκαδικῶν ἀρι-
θμῶν· ὅτι δὲ εἴη δέκα μὴ λέγοι, μηδὲ ἐρείδοι τὸν νοῦν
τοῦ ἐρωτῶντος εἰς τὸ ζητούμενον. Πολλῷ γὰρ ῥᾷον ;
καὶ συντομώτερον ἐκ τοῦ ὃ ἐστιν ὅσα οὐκ ἔστι δηλῶ-
σαι, ἢ ἐκ τοῦ ἀνελεῖν ἃ μὴ ἔστιν, ὃ ἐστιν ἐνδείξα-
σθαι. Ἢ τοῦτο μὲν παντὶ δῆλον.

nec incorruptibile, cæteraque omnia, **502** quæ de Deo, vel circa Deum, prædicantur. Quid enim prodest ad indicandam ipsius naturam et subsistentiam qua exsistit, si dicas eum initium non habere, nec a se unquam desciscere, nec ullis terminis includi? Verum totam ejus essentiam edisserendam et inquirendam huic relinquimus, qui vere Dei notitiam habet, atque in contemplando perfectior est. Ut enim non satis est corpus dicere, aut procreatum esse, ad hoc vel illud, cui hæc adjacent, exprimendum et indicandum, sed quid ipsa quoque res subjecta sit, dicendum est, si modo volumus, in quod cogitamus, plene atque abunde repræsentare (potest enim vel homo, vel bos, vel equus esse, hoc quod corporeum ac procreatum et corruptibile esse pronuntiamus) : ad eumdem modum qui Dei naturam curiosius inquirendam duxerit, non hic conquiescet, ut dicat, quid non sit Deus, sed hoc quoque ipsi adjiciendum erit, ut, quid sit, exponat ; idque eo magis, quod minus difficile est unum quidpiam animo complecti, quam omnia sigillatim inficiando removere, ut rejectis iis, quæ non est, et constituto eo, quod sit, comprehendatur id quod cogitamus. Qui vero ita, quid res aliqua non sit, pronuntiat, ut interim, quid sit, taceat, non absimilis est ei qui rogatus, bis quinque quot sint, respondeat quidem ea nec duo esse, nec tria, nec quatuor, nec quinque, nec viginti, nec triginta, nec, ut brevi complectar, ullum numerum citra vel ultra denarium ; cæterum quod decem sint, non dicat, nec mentem ejus, a quo interrogatur, ad id quod quæsitum est, affigat. Multo enim facilius et compendiosius est, ex eo, quod, quid sit, dixeris, quidquid non sit declarare, quam ex eorum, quid non est, ablatione atque inficiatione, quæ sit, demonstrare; quemadmodum cuivis perspicuum esse arbitror.

Ι'. Ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀσώματον ἡμῖν τὸ Θεῖον, μικρόν C
τι προσεξετάσωμεν. Πότερον οὐδαμοῦ τοῦτο, ἢ ἐστιν
ὅπου; Εἰ μὲν γὰρ οὐδαμοῦ, ζητήσαι τις ἂν τῶν ἄγαν
ἐξεταστικῶν (39), πῶς ἂν καὶ εἴη. Εἰ γὰρ τὸ μὴ ὄν,
οὐδαμοῦ, τὸ μηδαμοῦ, τυχὸν οὐδὲ ὄν. Εἰ δέ ἐστί που,
πάντως ἐπείπερ ἐστὶν, ἢ ἐν τῷ παντί, ἢ ὑπὲρ τὸ
πᾶν. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τῷ παντί, ἤ τινι, ἢ πανταχοῦ.
Καὶ εἰ μὲν ἔν τινι, ὑπ' ἐλάττονος περιγραφήσεται τοῦ
τινος. Εἰ δὲ πανταχοῦ (40), ὑπὸ πλείονος καὶ ἄλλου
πολλοῦ, λέγω δὲ, τὸ περιεχόμενον τοῦ περιέχοντος.
Εἰ τὸ πᾶν ὑπὸ τοῦ παντὸς μέλλει (41) περισχεθήσεσθαι,
καὶ μηδένα τόπον εἶναι περιγραφῆς ἐλεύθερον. Ταῦτα
μὲν (42), εἰ ἐν τῷ παντί. Καὶ ποῦ, πρὶν γενέσθαι τὸ πᾶν;
Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μικρὸν εἰς ἀπορίαν. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸ
πᾶν, ἆρ' οὐδὲν ἦν τὸ διορίζον αὐτὸ τοῦ παντός; Ποῦ
δὲ τὸ ὑπὲρ τοῦτο; Καὶ πῶς ἐνοήθη τὸ ὑπεραῖρον D
καὶ ὑπεραιρόμενον, οὐκ ὄντος ὄρου τινὸς τοῦ τέμνον-
τος ταῦτα καὶ διορίζοντος; Ἢ χρὴ πάντως εἶναι τὸ
μέσον, καὶ ᾧ περατοῦται τὸ πᾶν, καὶ τὸ ὑπὲρ τὸ

X. Quoniam igitur Deum corpore vacare nobis est exploratum, aliquanto ulterius in inquirendo progrediamur. Nusquamne ille est, an alicubi? Si enim nusquam, quæret fortasse aliquis ex iis qui inquirendi ac disputandi subtilitate impensius gaudent, quomodo esse quoque possit. Nam si id quod non est, nusquam est : id quoque quod nusquam est, ne quidem fortasse est. Quod si alicubi esse dixeris, proculdubio, quandoquidem est, vel in universo est, vel supra universum. Si in universo; vel in quadam ejus parte est, vel **503** ubique. Si quadam in parte, ergo a minori hac parte circumscribetur Sin ubique, ab ampliore alioque multo majore, id est, a continente continebitur. Hæc si dederimus, futurum est, ut universum universi complexu teneatur, nec ullus a circumscriptione liber exstet locus. In has absurditates incidant necesse est, qui eum in universo esse dixerint. Ac præterea, ubinam erat, antequam universa hæc rerum machina exstitisset?

(33) *Θεοῦ*. Deest in Or. 1.
(34) *Μέλλοι*. Reg. a, μέλλει.
(35) *Τῷ*. Coisl. 1, τό.
(36) *Ἔκ τε*. Deest τε in Reg. bm.
(37) *Ὥσπερ ἄν*. Deest ἄν in Or. 1.
(38) *Οὐ δύο λέγοι*, etc. Regg. a, bm, tres Colb. et Or. 1, οὐ δύα λέγει, οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ τέσσαρας.
(39) *Τῶν ἄγαν ἐξεταστικῶν*. « Qui scire ac investigare omnia cupiunt. »
(40) *Εἰ δὲ πανταχοῦ*, etc. Bill. : « Sin ubique, ergo ab alio multo majore continebitur : si quidem futurum est, ut Deus totus universi complexu teneatur, nec ulla ex parte circumscriptionis expers sit. »
(41) *Μέλλει*. Reg. bm, tres Colb. et Comb. μέλλοι.
(42) *Ταῦτα μέν*, etc. « Hæc quidem consequentur, si in hac universitate Deus constituatur. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Nam hoc quoque non levem difficultatem affert. Quod si eum supra universum esse dixerint, quid? Nihilne erat, quod eum ab universo dirimeret? Ubinam porro erat, quod supra universum erat? Aut quomodo internosci poterat id, quod sublimius erat, ab eo, quod inferius, cum nullus limes esset, qui hæc secerneret ac distingueret? Annon omnino necesse est medium quoddam esse, quo, velut termino, dirimatur universum ab eo, quod supra universum est? Quid autem aliud hoc fuerit, quam locus, quem jam ante exclusimus? Nondum enim commemoro, fieri omnino non posse, quin circumscriptus sit Deus, si animo et cogitatione comprehendi potest. Unum quippe circumscriptionis genus comprehensio quoque ipsa est.

A πᾶν; Καὶ τί ἄλλο τοῦτο ἢ τόπος ἐστὶν, ὅνπερ ἐφύγομεν; Καὶ οὕπω λέγω τὸ περιγραπτὸν πάντως εἶναι τὸ Θεῖον, καὶ εἰ (43) διανοίᾳ καταληπτόν· ἐν γὰρ περιγραφῇ εἶδος καὶ ἡ κατάληψις.

XI. Quorsum autem hæc disserui, curiosiusque fortasse, quam vulgi aures ferant, ac pro ea, quæ hac tempestate viget, disputandi ratione (quæ, simplici atque ingenua rerum divinarum pertractatione contempta et pro nihilo habita, subdolum atque involutum dicendi genus invexit; ut nimirum ex fructibus arbor [50], hoc est, ater ille ac tenebrosus spiritus, hujusmodi dogmatum afflator, ex hac disputationis caligine agnoscatur)? Non enim hoc eo a me factum est, ut ipse quoque nova et ab hominum sensibus aliena proferre, atque eximia quadam et excellenti sapientia ornatus esse [51] videar, nodos nectens, atque astricta dissolvens; quod quidem magnum Danielis miraculum fuit; verum ut illud ostendam, quod orationis principio dicere instituebam, nimirum Deum extra humani ingenii captum esse, nec totum, quantus est, cogitari atque animo informari posse; idque non ob invidiam (longe enim abest a divina natura invidiæ livor, utpote quæ omni perturbatione vacat, solaque bona et domina est, ac præsertim erga id, quod ex omnibus rebus a se conditis maximo in pretio habet. Quid enim apud Verbum priore loco ac numero est, quam quæ rationem ac sermonis **504** facultatem acceperunt? Quandoquidem hoc quoque ipsum, quod procreata sunt, summæ cujusdam divinæ bonitatis argumentum est), nec ut inde ipsius, qui plenus est, honori gloriæque quidquam accederet, ut videlicet ex eo quod ad ejus cognitionem mortales pervenire nequeunt, major ad ipsum honor ac veneratio redeat. Sophisticum enim plane, atque alienum est, non dicam a Deo, sed ab homine, mediocri saltem probitate candoreque prædito, atque ingenuæ cujusdam honestatis sibi conscio, prohibendis aliis principatum sibi arrogare.

IA'. Τίνος οὖν ἕνεκεν ταῦτα διῆλθον, καὶ περιεργότερον ἴσως ἢ κατὰ τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς, καὶ κατὰ τὸν νῦν (44) κεκρατηκότα τύπον τῶν λόγων (ὃς τὸ γενναῖον καὶ ἁπλοῦν ἀτιμάσας, τὸ σκολιὸν καὶ γριφοειδὲς (45) ἐπεισήγαγεν· ὡς ἐκ τῶν καρπῶν τὸ δένδρον γινώσκεσθαι, λέγω δὲ τὸ ἐνεργοῦν τὰ τοιαῦτα δόγματα σκότος ἐκ τοῦ ζόφου τῶν λεγομένων); Οὐ γὰρ ἵνα καὶ αὐτὸς παράδοξα λέγειν δόξω, καὶ περιττὸς φαίνωμαι τὴν σοφίαν, πλέκων συνδέσμους (46), καὶ διαλύων κρατούμενα, τοῦτο δὴ τὸ μέγα θαῦμα τοῦ Δανιήλ· ἀλλ' ἵν' ἐκεῖνο δηλώσαιμι, ὅ μοι λέγειν ὁ λόγος ἀπ' ἀρχῆς ὥρμησε (47). Τοῦτο δὲ τί ἦν (48); Τὸ μὴ ληπτὸν εἶναι ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ τὸ Θεῖον, μηδὲ ὅλον ὅσον ἐστὶ φαντάζεσθαι· καὶ τοῦτο οὔτε διὰ φθόνον (μακρὰν γὰρ τῆς θείας φύσεως φθόνος, τῆς γε ἀπαθοῦς, καὶ μόνης ἀγαθῆς, καὶ κυρίας, καὶ μάλιστα τῶν ἑαυτοῦ κτισμάτων περὶ τὸ τιμιώτατον (49). Τί γὰρ Λόγῳ πρὸ τῶν λογικῶν· ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ ὑποστῆναι τῆς ἄκρας ἀγαθότητος). οὔτε εἰς τιμὴν ἑαυτοῦ καὶ δόξαν τοῦ πλήρους (50), ἵνα τῷ ἀνεφ- C ἰκτῳ τὸ τίμιον ἔχῃ καὶ τὸ σεβάσμιον. Τοῦτο γὰρ πάντως (51) σοφιστικὸν καὶ ἀλλότριον, μὴ ὅτι Θεοῦ, ἀλλ' οὐδὲ ἀνθρώπου μετρίως ἐπιεικοῦς, καί τι δεξιὸν ἑαυτῷ συνειδότος, ἐκ τοῦ κωλύειν ἑτέρους τὸ πρωτεῖον πορίζεσθαι.

XII. Verum aliasne etiam quasdam ob causas, viderint ii, qui Deo propinquiores conjunctioresque sunt, atque impervestigabilium ipsius judiciorum [52] inspectores et contemplatores, si qui tamen sunt ad eam virtutis magnitudinem evecti, atque in abyssi vestigiis deambulantes [53], ut proverbio dici solet. D Quantum tamen nos, qui exiguis modulis ea quæ ad contemplandum difficilia sunt, metimur, conjectura assequi possumus, tres hujus rei causæ afferri queant. Prima forsan, ne, ob adipiscendi facilitatem, facilis

IB'. Ἀλλ' εἰ μὲν καὶ δι' ἄλλας αἰτίας, εἰδεῖεν ἂν οἱ ἐγγυτέρω Θεοῦ, καὶ τῶν ἀνεξιχνιάστων αὐτοῦ κριμάτων ἐπόπται καὶ θεωροὶ, εἴπερ εἰσί τινες τοσοῦτοι τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐν ἴχνεσιν ἀβύσσου περιπατοῦντες, τὸ δὴ λεγόμενον· ὅσον δ' οὖν ἡμεῖς κατειλήφαμεν, μικροῖς μέτροις μετροῦντες τὰ δυσθεώρητα· τάχα μὲν, ἵνα μὴ τῷ ῥᾳδίῳ τῆς κτήσεως, ῥᾴστη γένηται καὶ ἡ τοῦ κτηθέντος ἀποβολή. Φιλεῖ γὰρ τὸ μὲν πόνῳ κτηθὲν μᾶλλον κρατεῖσθαι· τὸ δὲ ῥᾳδίως κτηθὲν, καὶ ἀποπτύεσθαι (52) τάχιστα, ὡς πάλιν ληφθῆ-

[50] Matth. VII, 20. [51] Dan. V, 11. [52] Rom. XI, 33. [53] Job XXXVIII, 16.

(43) *Καὶ εἰ.* Deest εἰ in Reg. Cypr.

(44) *Τὸν νῦν.* Sic codd. In ed., τὸν νοῦν.

(45) *Γριφοειδές.* Sic Reg. bm et Coisl. 1. In quibusdam, γριφῶδες. In ed., γρυφοειδές. Schol., αἰνιγματωδές, « ænigmatice, obscure. » Notat hic Gregorius Eunomianos, ac præcipue Aetium Eunomii magistrum.

(46) *Συνδέσμους.* Vulgata versio Dan. V, 12, habet, « obscura interpretari, et ligata dissolvere. »

(47) *Ὥρμησε.* In nonnullis, ὥρμητο.

(48) *Τοῦτο δὲ τί ἦν.* Deest τί in Or. 1.

(49) *Τιμιώτατον.* Comb. præfert, οἰκειότατον. « Maxima sibi necessitudine conjunctum, familiarissimum. »

(50) *Τοῦ πλήρους.* Alludit ad hæc Isaiæ verba I, 11 : « Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? dicit Dominus : plenus sum, » etc.

(51) *Πάντως.* Comb., πάντη.

(52) *Ἀποπτύεσθαι.* Or. 1 ἀποπτύεται.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ναι δυνάμενον· καὶ οὕτως (53) εὐεργεσία καθίσταται τὸ μὴ πρόχειρον τῆς εὐεργεσίας, τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Τάχα δὲ, ὡς μὴ ταυτὸν ἡμᾶς τῷ πεσόντι Ἑωσφόρῳ πάσχειν (54), ἐκ τοῦ τὸ φῶς ὅλον χωρῆσαι κατέναντι Κυρίου παντοκράτορος τραχηλιᾷν, καὶ πίπτειν ἐκ τῆς ἐπάρσεως, πτῶμα πάντων ἐλεεινότατον. Τυχὸν δὲ, ἵν' ᾖ τι πλέον ἐκεῖθεν ἆθλον φιλοπονίας καὶ λαμπροῦ βίου τοῖς ἐνταῦθα κεκαθαρμένοις, καὶ μακροθυμοῦσι πρὸς τὸ παθούμενον. Διὰ τοῦτο μέσος ἡμῶν τε καὶ Θεοῦ ὁ σωματικὸς οὗτος ἵσταται γνόφος, ὥσπερ ἡ νεφέλη (55) τοπάλαι τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἑβραίων. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἴσως, ὃ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, τὴν ἡμετέραν παχύτητα, δι' ἣν ὀλίγοι καὶ μικρὸν διακύπτουσιν. Τοῦτο μὲν οὖν φιλοσοφείτωσαν οἷς ἐπιμελὲς, καὶ ἀνίτωσαν ἐπὶ πλεῖστον τῆς διασκέψεως· ἡμῖν δ' οὖν ἐκεῖνο γνώριμον τοῖς δεσμίοις τῆς γῆς, ὃ φησιν ὁ θεῖος Ἱερεμίας, καὶ τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περιβεβλημένοις (56)· ὅτι ὥσπερ ἀδύνατον ὑπερβῆναι (57) τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν, καὶ τῷ λίαν ἐπειγομένῳ (φθάνει γὰρ ἀεὶ τοσοῦτον, ὅσον καταλαμβάνεται), ἢ τοῖς ὁρατοῖς πλησιάσαι τὴν ὄψιν, δίχα τοῦ ἐν μέσῳ φωτὸς καὶ ἀέρος, ἢ τῶν ὑδάτων ἔξω τὴν νηκτὴν φύσιν διολισθαίνειν· οὕτως ἀμήχανον τοῖς ἐν σώματι (58), δίχα τῶν σωματικῶν, πάντη γενέσθαι μετὰ τῶν νοουμένων. Ἀεὶ γάρ τι παρεμπεσεῖται τῶν ἡμετέρων, κἂν ὅτι μάλιστα χωρίσας ἑαυτὸν τῶν ὁρωμένων ὁ νοῦς, καὶ καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, προσβάλλειν ἐπιχειρῇ τοῖς συγγενέσι καὶ ἀοράτοις. Γνώσῃ δὲ οὕτως.

A quoque rei quæsitæ jactura sit. Fit enim fere, ut quod non sine labore atque industria partum est, arctius quoque teneatur : quod autem nullo negotio comparatum est, citissime vilescat, et abjiciatur, utpote quod recuperari possit ; atque ita in beneficium cedit non obvia illa beneficentia, apud eos saltem, qui prudentes sunt. Altera, ne idem nobis, quod Lucifero illi prolapso [54], accidat ; hoc est, ne toto illo fulgore perfusi cervicem adversus Dominum omnipotentem attollamus, atque ob elationem corruamus, casu omnium miserrimo et calamitosissimo. Postrema, ut pro industriæ suæ illustrisque vitæ præmio uberius aliquid habeant, qui hic sese a vitiorum labe perpurgarint, ac rem adamatam et expetitam patientibus animis exspectarint. Idcirco B media inter nos ac Deum corporea hæc caligo interjecta est; non secus ac nubes illa [55] olim inter Ægyptios et Hebræos. Ac fortasse huc spectat illud Scripturæ, Posuit tenebras latibulum sibi [56], hoc est, crassitiem nostram, qua fit, ut pauci omnino, iique parum admodum transpiciant. Sed de hac re accuratius philosophentur, altissimeque consideratione provehantur, quibus id studio et curæ fuerit. Nobis utique, qui terræ vinculis astricti tenemur [57], ut Jeremiæ verbis utar, crassaque hac carne obtegimur, hoc perspicuum est, quod quemadmodum nulla ratione fieri **505** potest, ut quispiam, quamlibet gressum urgeat, umbram suam prætereat (quantum enim eam assequeris, tantum etiam illa semper antevertit), aut oculus rebus in aspectum cadentibus citra intermediam lucem et aerem conjungatur, aut pisces extra aquas natent ; ita etiam impossibile est iis, qui corporibus inclusi sunt, sine corporearum ac sensibilium rerum adminiculo, rebus iis, quæ animo ac ratione intelliguntur, omnino conjungi. Semper enim obiter sensibile aliquid rerum nostrarum incidit, quantumvis maxime nostra mens ab iis rebus, quæ in aspectum cadunt, abstracta, atque in seipsam collecta, res cognatas, et oculorum aciem fugientes assequi ac percipere contenderit. Quod quidem ita tibi clarum ac dilucidum erit.

ΙΓ'. Οὐ πνεῦμα, καὶ πῦρ, καὶ φῶς, ἀγάπη τε καὶ σοφία, καὶ δικαιοσύνη, καὶ νοῦς, καὶ λόγος, καὶ τὰ τοιαῦτα (59), αἱ προσηγορίαι τῆς πρώτης φύσεως; Τί οὖν; Ἢ πνεῦμα νοήσεις δίχα φορᾶς καὶ χύσεως; Ἢ πῦρ ἔξω τῆς ὕλης, καὶ τῆς ἄνω φορᾶς, καὶ τοῦ ἰδίου χρώματός τε καὶ σχήματος; Ἢ φῶς οὐκ ἀέρι σύγκρατόν τε καὶ ἄφετον τοῦ οἷον γεννῶντός τε καὶ φωτίζοντος; Νοῦν δὲ τίνα; Μὴ τὸν ἐν ἄλλῳ, καὶ οὗ κινήματα τὰ διανοήματα, ἠρεμοῦντα, ἢ προβαλλόμενα ; Λόγον δὲ τίνα παρὰ τὸν ἡσυχάζοντα ἐν ἡμῖν, ἢ χεόμενον; ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, λυόμενον. Εἰ δὲ καὶ σοφίαν, τίνα παρὰ τὴν ἕξιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς θεωρήμασιν (60) εἴτε θείοις, εἴτε καὶ ἀνθρωπίνοις; Δικαιοσύνην τε καὶ ἀγάπην, οὐ διαθέσεις ἐπαινουμένας; D

XIII. Nonne spiritus, et ignis, et lux, et charitas, et sapientia, et justitia, et mens, et verbum, atque similia, principis illius naturæ sunt nomina ? Quid igitur ? An spiritum animo concipies, qui motus ac diffusionis expers sit ? An ignem, qui materia careat, sursumque non feratur, nec proprio colore ac figura præditus sit ? An lucem nullo aere permistam, atque a suo quasi parente eamque effundente segregatam ? Jam mentem, quam tandem intelliges ? An non eam, quæ in alio est, cujusque motus cogitationes sunt, vel tacitæ, vel sese proferentes ? Quod item verbum ? An non illud, quod vel in nobis quiescit, vel diffunditur ? vereor enim dicere, solvitur. Quam porro sapientiam, præter

[54] Isa. xiv, 12. [55] Exod. xiv, 20. [56] Psal. xvii, 12. [57] Thren. iii, 34.

(53) *Καὶ οὕτως*, etc. id est, « ac sic ipsam beneficii comparandi difficultatem pro beneficio habent cordati homines. »

(54) *Πάσχειν*. Comb., παθεῖν.

(55) *Νεφέλη*. Schol. : Νεφέλην λέγει τὸ ἐπίπροσθεν τῇ ψυχῇ σῶμα. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἡ ψυχὴ, ἡμέτερον δὲ τὸ σῶμα· « Nubem appellat corpus quod animæ objectum est. Nos enim anima sumus, corpus vero nostrum est. »

(56) *Περιβεβλημένοις*. Sic Colb. 3. Alii, προβεβλημένοις.

(57) *Ἀδύνατον ὑπερβῆναι*. Reg. Cypr., ἀδύνατόν ἐστιν ὑπερβαίνειν.

(58) *Σώματι*. Reg. bm, σώμασι.

(59) *Καὶ τὰ τοιαῦτα*, etc. Bill. : « Atque aliis natura nuncupatur? » In prima autem ed. : « Atque hujusmodi nominibus divina natura appellatur? »

(60) *Ἐν τοῖς θεωρήμασιν*. Reg. a, ἐν τοῖς νοήμασι καὶ θεωρήμασιν, « in cogitationibus et contemplationibus. »

Digitized by Google Распознавание текста АВК/ГЛК

D ἐξυφαίνουσι (50) (καὶ ταῦτα ἐξ ἀφανῶν τῶν ἀρχῶν), οἴκησίν τε ὁμοῦ τιμίαν, καὶ θήραν τῶν ἀσθενῶν (51), εἰς τροφῆς (52) ἀπόλαυσιν; Ποῖος Εὐκλείδης ἐμιμήσατο ταῦτα, γραμμαῖς ἐμφιλοσοφῶν ταῖς οὐκ οὖ-

[88] Job xxxviii, 36.

(39) *Ὀρνέων*. Or. 1, ὀρνίθων.

(40) *Μαγάδα*. Schol. : Μαγὰς κυρίως, ἡ τῆς κιθάρας καὶ τῆς λύρας ἡ τὰς νεύρας βαστάζουσα σανίς· « Proprie est tabulatum citharæ vel testudinis chordas sustinens. »

(41) *Μηδικός*. Sic pavo appellatur, quod e Medorum regione sit allatus.

(42) *Ἢ ταῖς θηλείαις*. Hic videtur deesse, ἐπιδείκνυσθαι βούληται, aut simile quid. Edit.

(43) *Θεατρίζει*. Sic Coisl. 1, Or. 1, etc. In ed., Θεατρίζειν.

(44) *Τοῖς*. Forte, ταῖς. Edit.

(45) *Οὐρανίων*. In quibusdam, οὐρανῶν, « ad cœlos tendentis. »

(46) *Σύνεσιν*. Tres Colb., Coisl. 1 et Comb., κίνησιν, « motum. »

(47) *Εἰ δύνασαι*. Deest in pluribus codd.

(48) *Πλάσμασι*. Legendum videtur, πλέγμασι, « textis calathis. » Alveariorum enim hæc est descriptio.

(49) *Αἱ δέ*. Or. 1, οἱ δέ.

(50) *Ἐξυφαίνουσι*. Or. 1, ἐξυφαίνωσι.

(51) *Ἀσθενῶν*. Reg. bm, et Or. 1, ἀσθενεστέρων.

(52) *Τροφῆς*. In quibusdam, τρυφῆς, « deliciarum, »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σαις (53), καὶ κάμνων ἐν ταῖς ἀποδείξεσιν; Τίνος Παλαμήδους (54) τακτικὰ κινήματά τε καὶ σχήματα γεράνων, ὥς φασι, καὶ ταῦτα παιδεύματα κινουμένων ἐν τάξει, καὶ μετὰ ποικίλης τῆς πτήσεως; Ποῖοι Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες (55), καὶ Πολύγνωτοι, Παῤῥάσιοί τέ τινες καὶ Ἀγλαόφωντες, κάλλη μεθ' ὑπερβολῆς γράφειν καὶ πλάττειν εἰδότες; Τίς Κνώσσιος (56) Δαιδάλου χορὸς ἐναρμόνιος, νύμφῃ πονηθεὶς εἰς κάλλους περιουσίαν; ἢ λαβύρινθος Κρητικὸς δυσδιέξοδος καὶ δυσέλικτος, ποιητικῶς εἰπεῖν, καὶ πολλάκις (57) ἁπάντων ἑαυτῷ τοῖς τῆς τέχνης σοφίσμασιν; Καὶ σιωπῶ μυρμήκων ταμεῖά (58) τε καὶ ταμίας, καὶ θησαυρισμὸν τροφῆς τῷ καιρῷ σύμμετρον, τἄλλα τε ὅσα περὶ ὁδῶν καὶ περὶ (59) ἡγουμένων, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἔργοις εὐταξίας ἔγνωμεν ἱστορούμενα.

animantibus inserviant? Ecquis Euclides hoc artificium unquam imitando expressit, de lineis pertractans nusquam exstantibus, atque in demonstrationibus anxio labore desudans? Ecquis Palamedes, qui etiam aciei instruendæ artem, ac motus et figuras, nullis aliis præceptoribus quam gruibus, usus didicisse fertur, cum videlicet eas ordine ac multiplici volatus genere moveri perspexisset? Quinam Phidiæ, et Zeuxides, et Polygnoti, Parrhasii etiam et Aglaophontes, qui incredibili quadam elegantium formarum pingendarum et sculpendarum peritia claruerunt? Quis Gnossius **516** Dædali chorus ad musicos numeros sese movens, in puellæ gratiam ad omnem artis pulchritudinem confectus et expolitus? Quis Cretensis labyrinthus, ut poetarum more loquar, difficiles exitus et ambages habens, identidemque in sese per artis industriam incurrens? Taceo formicarum penuaria eorumque custodes, et alimenti aggestionem, tempori respondentem, ac cætera ea quæ, et de earum viis ac ducibus, et eo ordine, quem in operibus servant, historiarum monumentis consignata sunt.

ΚΖ'. Εἰ τούτων ἐφικτὸς ὁ λόγος σοι, καὶ τὴν περὶ ταῦτα σύνεσιν ἔγνως, σκέψαι καὶ φυτῶν διαφοράς, μέχρι καὶ τῆς ἐν φύλλοις φιλοτεχνίας, πρὸς τὸ ἥδιστόν τε ἅμα ταῖς ὄψεσι, καὶ τοῖς καρποῖς χρησιμώτατον. Σκέψαι μοι καὶ καρπῶν ποικιλίαν καὶ ἀφθονίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἀναγκαιοτάτων τὸ κάλλιστον. Καὶ σκέψαι μοι καὶ δυνάμεις ῥιζῶν, καὶ χυμῶν, καὶ ἀνθέων, καὶ ὀδμῶν, οὐχ ἡδίστων μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ὑγίειαν ἐπιτηδείων, καὶ χρωμάτων χάριτας καὶ ποιότητας, ἔτι δὲ λίθων πολυτελείας καὶ διαυγείας· ἐπειδή σοι πάντα προῦθηκεν, ὥσπερ ἐν πανδαισίᾳ κοινῇ, ὅσα τε ἀναγκαῖα καὶ ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν, ἡ φύσις· ἵν', εἰ μή τι ἄλλο, ἐξ ὧν εὐεργετῇ, γνωρίσῃς Θεὸν, καὶ τῷ δεῖσθαι, γένῃ σεαυτοῦ συνετώτερος. Ἐντεῦθεν ἔπελθέ μοι γῆς πλάτη καὶ μήκη, τῆς κοινῆς πάντων μητρὸς, καὶ κόλπους θαλαττίους, ἀλλήλοις τε καὶ τῇ γῇ συνδεδεμένους (60), καὶ ἁλσῶν κάλλη, καὶ ποταμοὺς, καὶ πηγὰς δαψιλεῖς τε καὶ ἀεννάους, οὐ μόνον ψυχρῶν καὶ ποτίμων ὑδάτων, καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς (61), ἀλλὰ καὶ ὅσαι ὑπὸ γῆν ῥέουσαι, καὶ σήραγγάς (62) τινας ὑποτρέχουσαι, εἶτ' ἐξωθούμεναι βιαίῳ τῷ πνεύματι καὶ ἀντιτυπούμεναι,

XXVI. Quod si horum omnium rationes assequeris, ac prudentiam eam, qua gubernantur, cognitam et exploratam habes, confer jam animum ad varia stirpium genera, artificiumque etiam illud expende, quod foliis ipsis inest, simulque et maximam oculis voluptatem, et fructibus utilitatem affert. Considera, quæso, et fructuum varietatem et uberrimam copiam, ac præsertim eorum, quæ ad vitam degendam maxime necessaria sunt, summam pulchritudinem. Cogita etiam stirpium et succorum, et florum atque odorum, non modo suavissimorum, verum etiam ad corporis sanitatem aptissimorum, vires et facultates, colorum etiam elegantiam et qualitates, atque insuper gemmarum eximia pretia et splendores; quandoquidem omnia, tam quæ ad necessarios vitæ usus, quam quæ ad delicias spectant, velut in communi convivio natura proposuit; ut, si nihil aliud, ex ipsis saltem beneficiis Deum cognoscas, atque ob penuriam qua laboras, teipso prudentior efficiaris. Hinc mihi facito, ut terræ communis omnium parentis latitudinem longitudinemque percurras, et maris sinus,

(53) *Γραμμαῖς... οὐκ οὔσαις.* « Lineis nusquam exstantibus : vel quod, » inquit Elias, « in animi consideratione non hæreant, postquam, earum quasi simulacra evanuerint; vel quod, » addit Billius, « oculis cerni nequeant. » Quidni potius, addemus, quod non exstent in rerum natura; quippe quæ a mathematicis sola longitudinis dimensione considerantur, nulla habita ratione latitudinis et profunditatis.

(54) *Παλαμήδους.* Primus Palamedes fertur, gruum compositos motus observando, figuras, secundum quas instruuntur acies, invenisse. Quid de gruibus scripsit Plinius, lege lib. x, c. 24.

(55) *Φειδίαι, καὶ Ζεύξιδες*, etc. « Phidias » Atheniensis, nobilis statuarius, qui in ebore scalpendo citra æmulum claruit. « Zeuxis » Heracleotes pictor sua ætate maximus. « Polygnotus, » patria Thasius, et pictor, nonagesima Olympiade floruit. « Parrhasius, » pictor insignis, qui primus symetriam picturæ dedit. « Aglaophon » pictor nobilissimus, cujus meminit Plinius l. xxxv, c. 9.

(56) *Κνώσσιος*, etc. « Gnossus » urbs Cretæ clarissima, Minois regia, olim « Ceratus » appellata a vicino ejusdem nominis fluvio. Ea fuit apud veteres de Dædalo opinio, quod statuis immobilibus oculos induxerit, atque effecerit, abditis quibusdam nervis, ut huc atque illuc moverentur, adeo scite, ut spectantibus vivere viderentur. Vide Diodorum Siculum lib. v, etc. Idem Dædalus labyrinthum in Creta construxit, multiplici intricata viarum perplexitate irremeabilem. Vide Virgil. *Æn.* v, et Ovid. *Metam.* viii.

(57) *Καὶ πολλάκις*, etc. « Atque artificiosa fraude multoties reciprocatus? »

(58) *Ταμεῖα.* Combef., ταμιεῖα.

(59) *Περὶ.* Deest in tribus Colb., et Or. 1.

(60) *Συνδεδεμένους.* Sic Reg. a. In ed., συνδεομένους.

(61) *Καὶ τῶν ὑπὲρ γῆς*, etc. « Quæque super terram, et quæ subtus terram. » Forte significat Gregorius aquas calidas, et eas quæ ex metallis medicaminum vim hauriunt.

(62) *Σήραγγας.* In quibusdam, σύριγγας.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tum mutuo nexu, tum etiam cum terra velut vinculis quibusdam constrictos, et nemorum pulchritudines, et fluvios, et fontes uberes ac perennes, non modo gelidarum et potabilium aquarum, quæque in terra sunt, sed earum etiam, quæ infra terram fluentes, et specus quosdam subeuntes, ac deinde violento aliquo flatu impulsæ atque repercussæ, postea per conflictus ebullitionis vehementiam inflammatæ, quaqua fors tulerit, paulatim erumpunt, hincque calidorum balneorum usum nobis plerisque terræ locis, et cum contraria facultate, suppeditant, gratuitam scilicet medicinam ac **517** sponte promanantem. Dic, obsecro, quomodo et unde hæc? Quænam magna hæc atque artis expers textura? Nec enim ob mutuam eam affectionem, quam inter se habent, minus laudis merentur, quam si seorsim unumquodque consideretur. Quo pacto terra firma et immota constitit? Quidnam pro vehiculo habet? Cujus rei adminiculo fulcitur? Quidque rursus fulturam illam sustinet? Neque enim rationi quidquam, cui innitatur, occurrit, si divinam voluntatem exceperis. Quo pacto ea, partim in montium vertices assurgens, partim in campos subsidens, idque varie et multipliciter, ac denique paulatim alternando commutata, tum ad hominum usus uberior, tum varietate ipsa jucundior? Qui fit, ut partim in domicilia divisa sit, partim inculta et inhabitabilis relinquatur, quantum nimirum excelsissimi quique montes ab ea abscindunt, atque alia ad alium quemdam orbis finem dissecta porrectaque divini opificii magnificentiam luculentissimo argumento declarat?

A εἶτ' ἐκπυρούμεναι τῷ σφοδρῷ τῆς πάλης καὶ τῆς ἀντιθέσεως, ὅπη παρείκοι κατὰ μικρὸν ἀναῤῥήγνυνται, καὶ τὴν τῶν θερμῶν λουτρῶν χρείαν ἐντεῦθεν ἡμῖν χαρίζονται, πολλαχοῦ τῆς γῆς, καὶ μετὰ τῆς ἐναντίας (63) δυνάμεως, ἰατρείαν ἄμισθον καὶ αὐτόματον. Εἰπὲ πῶς καὶ πόθεν ταῦτα; Τί τὸ μέγα τοῦτο καὶ ἄτεχνον (64) ὕφασμα; Οὐχ ἧττον ἐπαινετὰ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως (65), ἢ καθ' ἕκαστον θεωρούμενα. Πῶς γῆ μὲν ἕστηκε παγία καὶ ἀκλινής; ἐπὶ τίνος ὀχουμένη; καὶ τίνος ὄντος τοῦ ὑπερείδοντος; καὶ τίνος ἐκεῖνο πάλιν; Οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος ἔχει, ἐφ' ὃ ἐρεισθῇ, πλὴν τοῦ θείου θελήματος. Καὶ πῶς ἡ μὲν εἰς ὀρῶν κορυφὰς ἀνηγμένη, ἡ δὲ εἰς πεδία καθεζομένη, καὶ τοῦτο πολυειδῶς, καὶ ποικίλως, καὶ ταῖς κατ' ὀλίγον ἐναλλαγαῖς μεθισταμένη, πρός τε τὴν B χρείαν ἐστὶν ἀφθονωτέρα, καὶ τῷ ποικίλῳ χαριεστέρα; καὶ ἡ μὲν εἰς οἰκήσεις νενεμημένη, ἡ δὲ ἀοίκητος, ὅσην αἱ ὑπερβολαὶ τῶν ὀρῶν ἀποτέμνονται, καὶ ἄλλη πρὸς ἄλλο τι πέρας σχιζομένη καὶ ἀποβαίνουσα, τῆς τοῦ Θεοῦ μεγαλουργίας ἐναργέστατόν ἐστι γνώρισμα;

XXVII. Jam vero mare, si non magnitudine sua mirabile mihi occurreret, lenitatem utique et placiditatem admirarer, simulque quo pacto fiat, ut quamvis liberum ac solutum, finibus tamen suis consistat: quod si non lenitatem, magnitudinem certe suspicerem. Quoniam autem utraque laude excellit, utramque vim et facultatem prædicabo. Quis tantam aquarum molem conjunxit? Quis quasi vinculis quibusdam astrinxit? Qui fit, ut attollatur, et tamen loco suo se contineat, perinde ac vicinam terram reverita? Qui fit, ut cum fluvios omnes excipiat, ob exuberantes tamen opes et copias, aut quo verbo id appellandum sit, nescio, nullam amplitudinis accessionem faciat, sed eadem semper suique similis maneat? Qui fit, ut tantum elementum arenam pro termino habeat [69]? Possuntne hoc D expedire physici, atque inanis eruditionis laude celebres, ac vere cyatho mare, hoc est, res tantas ingenio suo metientes? An faciam ipse, ut paucissimis verbis hoc ex Scriptura sacra explicem, idque probabilius ac verius, quam ipsi cum prolixis suis

[69] Jerem. v, 22.

ΚΖ'. Θαλάττης δὲ, εἰ μὲν μὴ τὸ μέγεθος εἶχον θαυμάζειν, ἐθαύμασα ἂν τὸ ἥμερον, καὶ πῶς ἵσταται λελυμένη τῶν ἰδίων ὅρων ἐντός· εἰ δὲ μὴ τὸ ἥμερον, πάντως τὸ μέγεθος. Ἐπεὶ δὲ ἀμφότερα, τὴν ἐν ἀμφοτέροις δύναμιν ἐπαινέσομαι. Τί τὸ συναγαγόν; Τί τὸ δῆσαν; Πῶς ἐπαίρεταί τε καὶ ἵσταται, ὥσπερ αἰδουμένη τὴν γείτονα γῆν; Πῶς καὶ δέχεται ποταμοὺς πάντας (66), καὶ ἡ αὐτὴ διαμένει διὰ πλήθους περιουσίαν, ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι (67) χρὴ λέγειν; Πῶς ψάμμος ὅριον αὐτῇ, τηλικούτῳ στοιχείῳ; Ἔχουσί τι λέγειν οἱ φυσικοὶ, καὶ σοφοὶ τὰ μάταια, καὶ κυάθῳ μετροῦντες (68) ὄντως τὴν θάλασσαν, τὰ τηλικαῦτα ταῖς ἑαυτῶν ἐπινοίαις; ἢ συντόμως ἐγὼ παρὰ τῆς Γραφῆς τοῦτο φιλοσοφήσω, καὶ τῶν μακρῶν λόγων πιθανώτερόν τε καὶ ἀληθέστερον; *Πρόσταγμα ἐγύρωσεν ἐπὶ πρόσωπον ὕδατος.* Τοῦτο τῆς ὑγρᾶς φύσεως ὁ δεσμός. Πῶς δὲ τὸν χερσαῖον ναυτίλον (69) ἄγει ξύλῳ μικρῷ καὶ πνεύματι; (τοῦτο οὐ θαυμάζεις ὁρῶν; οὐδ' ἐξίσταταί σου ἡ διάνοια;) ἵνα γῆ καὶ θάλασσα δεθῶσι ταῖς χρείαις καὶ ταῖς ἐπιμιξίαις, καὶ εἰς ἓν ἔλθῃ (70) τῷ ἀνθρώπῳ τὰ τοσοῦτον ἀλλήλων δι-

(63) *Μετὰ τῆς ἐναντίας.* « Cum aquis frigidis. » Plerumque enim scaturiunt e propinquo aquæ calidæ cum frigidis.

(64) *Ἄτεχνον.* Hoc universum dicitur « artis expers, » quod nullis sit fabricatum manibus, sed divinitus contextum. Scholium vero sic exponit: Ὕφασμα, vel, ὑφασμὸν τὴν σύμπηξιν τῶν στοιχέων καλεῖ καὶ πρὸς ἄλληλα νεῦσιν· « Texturam appellat elementorum compagem, et mutuam in se propensionem. »

(65) *Τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως.* Leuv. « Non minus laudis merentur collata inter se. »

(66) *Πάντας.* Regg. a, bm, et Or. 1, ἅπαντας.

(67) *Ἢ οὐκ οἶδ' ὅτι*, etc. Leuv. « Equidem aut nihil habeo quod dicam, aut summam ob vastitatem maris, hoc fieri statuo. »

(68) *Μετροῦντες.* Combef., συμμετροῦντες.

(69) *Χερσαῖον ναυτίλον.* « Terrestrem nautilum. » Sic hominem eleganter appellat Gregorius. « Nautilus » piscis est sic dictus, quod navis speciem præferat.

(70) *Ἔλθῃ.* Combef., συνέλθῃ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

εστηκότα κατὰ τὴν φύσιν; Τίνες δὲ πηγῶν αἱ πρῶται πηγαί, ζήτησον, ἄνθρωπε, εἴ τί σοι τούτων ἐξιχνεῦσαι ἢ εὑρεῖν δυνατόν; καὶ τίς ὁ ποταμοῖς (71) σχίσας καὶ πεδία καὶ ὄρη, καὶ δοὺς τὸν δρόμον ἀκώλυτον; καὶ πῶς ἐκ τῶν ἐναντίων τὸ θαῦμα, μήτε θαλάσσης ἐπεξιούσης, μήτε ποταμῶν ἱσταμένων; Τίς δὲ ἡ τῶν ὑδάτων τροφὴ (72), καὶ τί τὸ ταύτης διάφορον, τῶν μὲν ἄνωθεν ἀρδομένων, τῶν δὲ ταῖς ῥίζαις ποτιζομένων, ἵνα τι καὶ αὐτὸς κατατρυφήσω τοῦ λόγου, Θεοῦ τὴν τρυφὴν ἐξηγούμενος;

A disputationibus? Præceptum circumdedit super faciem aquæ [90]. Hoc humidæ naturæ vinculum est. Jam quomodo terrestrem nautilum exiguo ligno ac vento ducit? (Hoc tu cum cernis, non admiratione defigeris? Non mens extra se rapitur?) Idque ut mare ac terra commoditatibus et commerciis inter se vinciantur, 518 ac ea, quæ natura adeo inter se dissident, ad hominis usum conjungantur? Qui porro fontium primi fontes, quæras velim, o homo, si quid horum investigare aut invenire potes: tum quis fluviis campos et montes dissecuit, ac liberum cursum eis concessit? Quo etiam pacto ex contrariis rebus miraculum exsistat, dum nec mare unquam regurgitat, nec fluvii subsistunt? Ad hæc quæ aquarum alimonia, quodque hujus discrimen, quippe res quædam sunt, quæ desuper rigantur, quædam rursus, quibus potus per radices suas suppeditatur, ut ipse quoque delicioso dicendi genere utar, dum Dei delicias oratione complector?

ΚΗ'. Ἄγε δὴ γῆν ἀφεὶς, καὶ τὰ περὶ γῆν, πρὸς τὸν ἀέρα κουφίσθητι τοῖς τῆς διανοίας πτεροῖς, ἵνα σοι καθ' ὁδὸν ὁ λόγος προΐῃ· κἀκεῖθεν ἀνάξω σε πρὸς τὰ οὐράνια, καὶ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν, καὶ τὰ ὑπὲρ οὐρανόν. Καὶ τοῖς ἐξῆς ὀκνεῖ μὲν προσβῆναι ὁ λόγος, προσβήσεται δὲ ὅμως ὁπόσον ἔξεστιν. Τίς ὁ χέας ἀέρα, τὸν πολὺν τοῦτον πλοῦτον καὶ ἄφθονον, οὐκ ἀξίαις, οὐ τύχαις μετρούμενον, οὐχ ὅροις κρατούμενον, οὐχ ἡλικίαις μεριζόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ μάννα διανομὴν, αὐταρκείᾳ περιλαμβανόμενον, καὶ ἰσομοιρίᾳ τιμώμενον; τὸ τῆς πτηνῆς φύσεως ὄχημα, τὴν ἀνέμων ἕδραν, τὴν ὡρῶν εὐκαιρίαν, τὴν ζώων ψύχωσιν, μᾶλλον δὲ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα συντήρησιν, ἐν ᾧ σώματα, καὶ μεθ' οὗ λόγος, ἐν ᾧ φῶς καὶ τὸ φωτιζόμενον, καὶ ἡ ὄψις, ἡ δι' αὐτοῦ ῥέουσα; Σκόπει δέ μοι καὶ τὰ ἐξῆς· οὐ γὰρ συγχωροῦμαι τῷ ἀέρι δοῦναι τὴν ἅπασαν δυναστείαν τῶν τοῦ ἀέρος εἶναι νομιζομένων. Τίνα μὲν ἀνέμων ταμεῖα; τίνες θησαυροὶ χιόνος; Τίς δὲ ὁ τετοκὼς βώλους (73) δρόσου, κατὰ τὸ γεγραμμένον; Ἐκ γαστρὸς δὲ τίνος ἐκπορεύεται κρύσταλλος; Τίς ὁ δεσμεύων ὕδωρ ἐν νεφέλαις, καὶ τὸ μὲν ἱστὰς ἐπὶ τῶν νεφελῶν (ὦ τοῦ θαύματος!) λόγῳ κρατουμένην φύσιν (74) τὴν ῥέουσαν, τὸ δὲ ἐκχέων (75) ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ σπείρων καιρίως καὶ ὁμοτίμως, καὶ οὐδὲ ἀφιεὶς ἅπασαν (76) τὴν ὑγρὰν οὐσίαν ἐλευθέραν καὶ ἄσχετον (ἀρκεῖ γὰρ ἡ ἐπὶ Νῶε κάθαρσις, καὶ τῆς ἑαυτοῦ διαθήκης οὐκ ἐπιλήσμων ὁ ἀψευδέστατος), οὔτε ἀνέχων παντάπασιν, ἵνα μὴ πάλιν Ἡλίου τινὸς δεηθῶμεν, τὴν ξηρότητα λύοντος; Ἐὰν κλείσῃ, φησὶ, τὸν οὐρανὸν, τίς ἀνοίξει; ἐὰν δὲ ἀνοίξῃ τοὺς καταράκτας, τίς συνέξει; τίς οἶσει τὴν ἐπ' ἀμφότερα τοῦ ὑετίζοντος ἀμετρίαν, ἐὰν μὴ τοῖς ἑαυτοῦ μέτροις καὶ σταθμοῖς, διεξαγάγῃ (77) τὰ σύμπαντα; Τί μοι φιλοσοφήσεις περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὦ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι

B XXVIII. Sed jam missa facta terra, rebusque terrenis, indutis animi pennis in aerem convola, ut recto ordine progrediatur oratio: ac deinde te illinc ad cœlestia, cœlumque adeo ipsum, et quæ cœlo superiora sunt, eveham. Quanquam ad ea, quæ deinceps sequuntur, accedere refugit quidem ac reformidat oratio; sed tamen quantum licebit, accedet. Quis aerem fudit, uberem, inquam, hunc et copiosum thesaurum, non pro cujusque dignitate atque fortunis varie dimensum, non finibus ullis inclusum ac circumscriptum, non pro ætatum ratione distributum, verum, quod olim in manna contigit [91], quantum cuique sat sit, impertitum, atque æquabilitatis honore decoratum? Quis, inquam, hoc avium vehiculum, hanc ventorum C sedem, hoc elementum, quo et anni partes temperantur, et animantur animantia, vel anima potius cum corpore conservatur, in quo corpora, et cujus ope atque adjumento loquimur, in quo lumen, et res lumine perfusæ, atque ipse etiam aspectus per eum fluens? Volve jam animo ea quæ sequuntur: nec enim mihi fas est aeri universum earum rerum imperium largiri, quæ aeris esse censentur. Quæ ventorum promptuaria? Qui nivis thesauri? Quis roris stillas, ut cum Scriptura loquar, peperit? E cujus utero glacies egressa est [92]? Quis aquam in nubibus alligat [93], eamque (o rem admirandam!) partim in nubibus figit verbo compressam, tametsi natura sua fluxam et labilem, partim in totius terræ faciem effundit, ac tempestive et D æquali modo spargit: ac neque humidam omnem substantiam liberam et solutam relinquit (sufficit enim purgatio illa, quæ tempore Noe contigit, pactique sui [94] memoriam haudquaquam is abjecit, qui ab omni mendacio est alienissimus), nec rursus omnino inhibet, ne iterum Elia quondam opus

[90] Job XXVI, 10. [91] Exod. XVI, 18 seqq. [92] Job XXXVIII, 28, 29. [93] Psal. CXXXIV, 7. [94] Gen. IX, 12.

(71) *Ποταμοῖς*. Sic codd. In ed., ποταμούς.
(72) *Τροφή*. « Alimonia, » non qua alantur aquæ, sed qua res alias ipsæ aquæ alunt.
(73) *Βώλους*. Sic LXX, et Or. 1. In ed., βόλους.
(74) *Φύσιν*. Reg. Cypr., τὴν φύσιν.
(75) *Ἐκχέων*. Sic duo Regg., Or. 1 et Comb. In ed., ἐκχέον.
(76) *Ἅπασαν*. Reg. Cypr., ἅπασι, quasi, παντάπασι, « omnino, prorsus. »
(77) *Διεξαγάγῃ*. Reg. a, et Or. 1, διεξάγῃ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

deinde in res oculis subjectas intuens, atque adeo ea, quæ ab initio condita sunt, considerans, ne hic quidem **508** gradum fixit. Neque enim rationis erat, iis, quæ, quantum ad sensum, pari nobiscum conditione sunt, principatum dare. Quin potius eorum ope atque adjumento nos ad id, quod his superius est, cujusque beneficio hæc sunt, ducit. Quid enim tandem illud est, quod cœlestia et terrestria, quæque, vel per aerem, vel per aquam feruntur, vel potius ea, quæ his priora sunt, cœlum, terram, aerem, aquam certo ordine collocavit? Quis hæc miscuit ac sejunxit? Quæ mutua horum societas naturæque cognatio et conspiratio? Hoc enim dictum, licet hominis a religione nostra alieni, mihi magnopere probatur: *Quis motum his attulit, ac perpetuo minimeque impedito cursu ea moderatur?* An non eorum artifex et qui rebus omnibus rationem eam indidit, qua universum fertur et gubernatur? Quis porro horum artifex? An non is, qui hæc procreavit atque in rerum naturam produxit? Neque enim proculdubio casui fortunæque hæc vis et facultas ascribenda est. Ut enim hoc demus, casu omnia exstitisse, cui tandem eorum constitutio ac dispositio tribuenda erit? Atque ut hoc quoque ipsum, si ita lubet, casui concedamus, cujusnam, quæso, fuerit, hæc, juxta eas rationes, quibus primum creata sunt, tueri atque conservare? Alteriusne cujuspiam, an casus? Alterius profecto, non casus. Hoc autem quid tandem aliud esse queat, quam Deus? Sic ratio, quæ ex Deo est, et cunctis insita, et prima in pectoribus nostris condita lex, cunctisque mortalibus innexa, nos ab iis rebus, quæ oculis cernuntur, ad Deum subvexit. Ac proinde hoc pacto rursus exordiamur.

A μέχρι τούτων ἔστησεν. Οὐ γὰρ ἦν λόγου δοῦναι τὴν ἡγεμονίαν τοῖς ὁμοτίμοις κατὰ τὴν αἴσθησιν (84). Καὶ διὰ τούτων ἄγει πρὸς τὸ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ δι' οὗ (85) τούτοις τὸ εἶναι περίεστιν. Τί γὰρ τὸ τάξαν τὰ οὐράνιά τε (86) καὶ τὰ ἐπίγεια, ὅσα τε δι' ἀέρος, καὶ ὅσα καθ' ὕδατος, μᾶλλον δὲ τὰ πρὸ τούτων, οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ φύσιν ὕδατος; Τίς ταῦτα ἔμιξε καὶ ἐμέρισεν; τίς (87) κοινωνία τούτων πρὸς ἄλληλα, καὶ συμφυΐα, καὶ σύμπνοια; Ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰρηκότα (88), κἂν ἀλλότριος ᾖ· (89) *Τί τὸ ταῦτα κεκινηκὸς, καὶ ἄγον* (90) *τὴν ἄληκτον φορὰν καὶ ἀκώλυτον*; ἆρ' οὐχ ὁ τεχνίτης τούτων, καὶ πᾶσι λόγον ἐνθεὶς, καθ' ὃν τὸ πᾶν φέρεταί τε καὶ διεξάγεται; Τίς δὲ ὁ τεχνίτης τούτων; ἆρ' οὐχ ὁ πεποιηκὼς (91) ταῦτα, καὶ εἰς τὸ εἶναι (92) παραγαγών; οὐ γὰρ δὴ τῷ αὐτομάτῳ δοτέον τοσαύτην δύναμιν. Ἔστω γὰρ τὸ γενέσθαι τοῦ αὐτομάτου· τίνος τὸ τάξαι; Καὶ τοῦτο, εἰ δοκεῖ, δῶμεν· τίνος τὸ τηρῆσαι καὶ φυλάξαι καθ' οὓς πρῶτον ὑπέστη λόγους; ἑτέρου τινὸς, ἢ τοῦ αὐτομάτου; Ἑτέρου δηλαδὴ παρὰ τὸ αὐτόματον. Τοῦτο δὲ τί ποτε ἄλλο πλὴν Θεός; Οὕτως ὁ ἐκ Θεοῦ λόγος καὶ πᾶσι σύμφυτος, καὶ πρῶτος ἐν ἡμῖν (93) νόμος καὶ πᾶσι συνημμένος, ἐπὶ Θεὸν ἡμᾶς ἀνήγαγεν ἐκ τῶν ὁρωμένων. Καὶ δὴ λέγωμεν (94) ἀρξάμενοι πάλιν.

B

XVII. Quid tandem Deus natura sua et essentia sit, nec hominum quisquam unquam invenit, nec invenire potest. An vero aliquando sit inventurus, quærat hoc qui volet, ac perscrutetur. Mea quidem sententia, tum demum hoc inveniet, cum deiforme hoc atque divinum, id est, mens nostra et ratio cum natura cognata conjuncta fuerit, et imago ad exemplar illud suum, cujus nunc desiderio tangitur, ascenderit. Atque illud mihi esse videtur, quod primarium philosophiæ caput est, nempe nos aliquando antum cognituros, quantum cogniti sumus [89.66]. At in hac mortali vita quidquid ad nos usque pertingit, aliud nihil est, quam exiguus quidam rivulus, ac velut **509** parvus magnæ lucis radius. Quamobrem si quis Deum cognovit, aut, Scriptura

C

ΙΖ'. Θεὸν, ὅ τί ποτε μὲν ἔστι τὴν φύσιν καὶ τὴν οὐσίαν, οὔτε τις εὗρεν ἀνθρώπων πώποτε, οὔτε μὴν (95) εὕρῃ. Ἀλλ' εἰ μὲν εὑρήσει ποτὲ, ζητείσθω τοῦτο, καὶ φιλοσοφείσθω παρὰ τῶν βουλομένων· εὑρήσει δὲ, ὡς ὁ ἐμὸς (96) λόγος, ἐπειδὰν τὸ θεοειδὲς τοῦτο καὶ θεῖον, λέγω δὲ τὸν ἡμέτερον νοῦν τε καὶ λόγον, τῷ οἰκείῳ (97) προσμίξῃ, καὶ ἡ εἰκὼν ἀνέλθῃ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον, οὗ νῦν ἔχει τὴν ἔφεσιν. Καὶ τοῦτο εἶναί μοι δοκεῖ τὸ πάνυ φιλοσοφούμενον, *ἐπιγνώσεσθαί ποτε ἡμᾶς, ὅσον ἐγνώσμεθα*. Τὸ δὲ νῦν εἶναι (98), βραχεῖά τις ἀπόῤῥοή πᾶν τὸ εἰς ἡμᾶς φθάνον, καὶ οἷον μεγάλου φωτὸς μικρὸν ἀπαύγασμα. Ὥστε καὶ εἴ τις ἔγνω Θεὸν, ἢ ἐγνωκέναι μεμαρτύρηται, τοσοῦτον ἔγνω, ὅσον ἄλλου μὴ τὸ ἴσον ἐλλαμφθέντος φανῆναι φωτοειδέστερος· καὶ τὸ ὑπερβάλλον, τέλειον ἐνο-

[89.66] I Cor. XIII, 12.

(84) *Κατὰ τὴν αἴσθησιν*. « Quantum ad sensum. » Schol.: Οὐ κατὰ τὸν νοῦν· « Non quantum ad mentem. »

(85) *Δι' οὗ*. « Cujus. » Schol.: τοῦ Θεοῦ· « Dei. »

(86) *Οὐράνιά τε*. Deest τε in duobus Regg., et Or. 1.

(87) *Τίς*. Duo Regg. addunt, ἡ.

(88) *Τὸν εἰρηκότα*. Schol. τὸν Πλάτωνα· « Platonem. » Quod verisimilius quidem dictum videtur de isto philosopho, quam de Oppiano, ut vult Billius in notis.

(89) *Τί τὸ ταῦτα... καὶ ἀκώλυτον*. Hæc in Coisl. 3 ad marg. ascribuntur Platoni.

(90) *Καὶ ἄγον*, etc. Reg. Cypr. habet: καὶ ὑπὸ τὴν ἄληκτον φορὰν καὶ ἀκώλυτον ἀγαγόν.

(91) *Ὁ πεποιηκώς*. Sic tres Colb., Or. 1, et Par.

D In ed., ὁ πεποιηκός.

(92) *Εἰς τὸ εἶναι*. Par., εἰς τὸ ἓν.

(93) *Ἐν ἡμῖν*. Sic Or. 1. In ed., ἐν ὑμῖν.

(94) *Λέγωμεν*. Sic Combef. In ed., λέγομεν

(95) *Οὔτε μήν*. Reg. bm, Or. 1, Basil., οὔτε μή.

(96) *Ὡς ὁ ἐμός*. Sic duo Regg., et Or. 1. Alii, ὡς ἐμός, minus recte. EDIT.

(97) *Οἰκείῳ*. Sic Reg. bm, Coisl. 3, etc., « cum Deo. » Etenim homo, cum sit ad imaginem Dei creatus, Deo quodam cognationis jure est conjunctus. In ed., οἰσείῳ.

(98) *Τὸ δὲ νῦν εἶναι*. Coisl. 3, et tres Colbert., Τὸ δὲ νῦν γνῶναι, « Quod autem nunc cognoscimus, » etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μίσθη, οὐ τῇ ἀληθείᾳ, τῇ δὲ τοῦ πλησίον δυνάμει παραμετρούμενον.

A teste, cognovisse dicitur, eatenus cognovisse censendus est, quatenus uberioris splendoris particeps sit, quam qui minus luminis divinitus accepit. Ita exsuperantia hæc, perfecta cognitio existimata est, non ad rei ipsius veritatem, sed ad aliorum modulum et facultatem perpensa.

ΙΗ'. Διὰ τοῦτο Ἐνὼς μὲν ἤλπισεν ἐπικαλεῖσθαι (99) τὸν Κύριον· ἐλπὶς τὸ κατορθούμενον ἦν, καὶ τοῦτο οὐ γνώσεως, ἀλλ' ἐπικλήσεως. Ἐνὼχ δὲ μετετέθη μὲν, οὔπω δὲ δῆλον, εἰ Θεοῦ φύσιν περιλαβὼν, ἢ περιληψόμενος. Τοῦ δὲ Νῶε, καλὸν ἡ εὐαρέστησις, τοῦ καὶ κόσμον ὅλον ἐξ ὑδάτων διασώσασθαι πιστευθέντος, ἢ κόσμου σπέρματα, ξύλῳ μικρῷ φεύγοντι (1) τὴν ἐπίκλυσιν. Ἀβραὰμ δὲ ἐδικαιώθη μὲν ἐκ πίστεως, ὁ μέγας πατριάρχης, καὶ θύει θυσίαν ξένην, καὶ τῆς μεγάλης ἀντίτυπον· Θεὸν δὲ οὐχ ὡς Θεὸν εἶδεν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπον ἔθρεψε, καὶ ἐπῃνέθη, σεβασθεὶς ὅσον κατέλαβεν. Ἰακὼβ δὲ, κλίμακα μὲν ὑψηλὴν ἐφαντάσθη τινὰ, καὶ ἀγγέλων ἄνοδον, καὶ στήλην ἀλείφει μυστικῶς (ἴσως ἵνα τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀλειφέντα λίθον παραδηλώσῃ), καὶ οἶκος Θεοῦ (2) τόπῳ τινὶ προσηγορίαν δίδωσιν, εἰς τιμὴν τοῦ ὀφθέντος, καὶ ὡς ἀνθρώπῳ τῷ Θεῷ προσπαλαίει, ἢ τίς ποτέ ἐστιν ἡ πάλη Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον, ἢ τάχα τῆς ἀνθρωπίνης ἀρετῆς πρὸς Θεὸν ἀντεξέτασις, καὶ σύμβολα τῆς πάλης ἐπὶ τοῦ σώματος φέρει, τὴν ἥττάν παραδεικνύντα τῆς γεννητῆς (3) φύσεως, καὶ ὅλον εὐσεβείας τὴν μεταβολὴν τῆς προσηγορίας λαμβάνει, μετονομασθεὶς, ἀντὶ Ἰακὼβ, Ἰσραὴλ, τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ τίμιον ὄνομα· ἐκεῖνο δὲ, οὔτε αὐτὸς, οὔτε τις ὑπὲρ αὐτὸν μέχρι σήμερον ἐκαυχήσατο τῶν δώδεκα φυλῶν, ὧν πατὴρ ἦν, ὅτι Θεοῦ φύσιν ἢ ὄψιν ὅλην ἐχώρησεν (4).

B

C

XVIII. Quocirca Enos quidem spem habuit fore ut Dominum invocaret [61]: ubi vides spem duntaxat in eo laudari, eamque non cognitionis, sed invocationis. Enoch autem, quamvis translatus fuerit [62], nondum tamen constat, an Dei naturam comprehenderit, aut comprehensurus sit. Jam Noe, cui orbis universi ab aquarum periculo conservandi cura credita est [63], vel potius orbis semina commissa, exiguo ligno diluvium fugientia [64], hinc solum laudem consecutus est, quod Deo gratus et acceptus fuisset. Magnus porro ille patriarcha Abraham, ex fide quidem justificatus est [65], ac novam et inauditam victimam, magnæque illius figuram gerentem, obtulit [66]: at Deum non ut Deum conspexit, sed ut hominem aluit [67]; ac proinde laudatus est, quod, quantum percepit, tantum quoque veneratus est. Nam quid de Jacob dicam, qui licet sublimem quamdam scalam, et ascendentes angelos in somnis conspicatus sit [68], ac columnam non sine mysterio quodam unxerit (fortasse ut lapidem salutis nostræ causa unctum significaret), atque in ejus, quem conspexerat, honorem, loco cuidam domus Dei cognomentum imposuerit, ac cum Deo quasi cum homine luctam inierit, quæcunque tandem illa Dei cum homine lucta esse queat. His enim verbis fortasse nihil aliud indicatur, quam humanæ virtutis cum divina comparatio, luctæque signa, quæ creatam naturam victam esse ostenderent, in corpore tulerit, ac denique pro pietatis præmio nominis commutationem acceperit, pro Jacob nimirum, magno illo et eximio Israelis nomine nuncupatus; hoc tamen nec ipse, nec quisquam eo sublimior, ad hunc usque diem in omnibus duodecim tribubus, quarum pater exstitit, gloriari magnificeque prædicare potuit, se totam Dei naturam animo percepisse.

ΙΘ'. Ἠλίᾳ δὲ, οὔτε πνεῦμα βίαιον, οὔτε πῦρ, οὔτε συσσεισμὸς, ὡς τῆς ἱστορίας ἀκούεις, ἀλλ' ἡ αὔρα τις ὀλίγη τὴν τοῦ Θεοῦ παρουσίαν, καὶ ταῦτα, οὐ φύσιν ἐσκιαγράφησεν. Ἠλίᾳ τίνι; ὃν καὶ ὄρμα πυρὸς ἀνάγει πρὸς οὐρανὸν, δηλοῦν τοῦ δικαίου τὸ ὑπὲρ ἄνθρωπον. Μανωὲ δὲ τὸν κριτὴν πρότερον, καὶ Πέτρον τὸν μαθητὴν ὕστερον, πῶς οὐ τεθαύμακας; τὸν μὲν οὐδὲ ὄψιν φέροντα τοῦ φαντασθέντος Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦτο, *Ἀπολώλαμεν, ὦ γύναι*, λέγοντα, *Θεὸν ἑωράκαμεν*, ὡς οὐ χωρητῆς οὔσης ἀνθρώποις, οὐδὲ φαντασίας θείας, μὴ ὅτι γε φύσεως· τὸν δὲ καὶ τὸν

D

XIX. Nec vero Eliæ, vel spiritus vehemens, vel ignis, vel terræ concussio, ut **510** historiæ sacræ monumentis proditum est, sed aura quædam tenuis Dei præsentiam, non autem naturam ipsam, adumbravit [69]. Ipsum Eliam dico, quem igneus quoque currus in cœlum evexit [70], significans, ut opinor, singularem quamdam hominis virtutem, atque humanum fastigium excedentem. Quid? Non te judex ille Manue, ac Petrus apostolus, admiratione afficiunt? Quorum alter ne conspectum quidem Dei, per imaginem ipsi obversantis, ferre poterat, ac

[61] Gen. IV, 26. [62] Gen. V, 24. [63] Gen. VI, 13 sqq. [64] Gen. IX, 1 sqq. [65] Gen. XV, 6; Rom. IV, 3. [66] Gen. XXII, 2 seqq. [67] Gen. XVIII, 2 sqq. [68] Gen. XXVIII, 12. [69] III Reg. XIX, 11 sqq. [70] IV Reg. II, 11.

(99) *Ἐπικαλεῖσθαι.* Vocem hanc in activa significatione accepit Billius. Alii, post Theodoretum, in passiva accipiunt, et vertunt: « Speravit fore ut Dominus invocaretur. »

(1) *Φεύγοντι.* Savil. et Comb., διαφυγόντα. In aliis, διαφυγόντι.

(2) *Καὶ οἶκος Θεοῦ.* « Domus Dei. » Regg. a, hm, duo Colb. et Or. 1, εἶδος Θεοῦ, « facies Dei. » Fatetur Billius in notis se in priori editione sic vertisse auctoritate codicum; neque hanc lectionem improbandam judicat. Sed in secunda ed. prætulit cum Elia, οἶκος Θεοῦ, « domus Dei, » quod « Gregorii verba, de loci nuncupatione, Jacobi cum angelo luctam præcedant. » Si lectionem οἶκος Θεοῦ prætuleris, lege Gen. XXVIII, 12, 17 et 19. Sin alteram εἶδος Θεοῦ, lege Gen. XXXII, 24, 30. Si aperiendum sit quid hac de re sentiamus, aptior nobis videtur lectio « facies Dei, » quam « domus Dei, » quia hic præcipue de visione Dei disputatur.

(3) *Γεννητῆς.* Reg. Cypr., γενητῆς.

(4) *Ἐχώρησεν.* Non bene Bill.: « oculis usurpasse; » nec melius Leuv. « aspiciendo » percepisse, quasi natura divina res esset « oculis » et « aspectui » subjecta.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

proinde dicebat : Perimus, uxor, Deum vidimus [71], tanquam videlicet homines, ne divini quidem in imagine conspectus, nedum naturæ ipsius, capaces sint : alter conspicuum etiam Christum in naviculam admittere recusabat, atque ablegabat [72]. Quod eo quoque mirabilius videri debet, quod idem ad Christi agnitionem animi ardore alios anteibat, eoque nomine beatus prædicatus est [73], resque maximas in fidem accepit. Quid Isaiam et Ezechielem rerum maximarum spectatorem reliquosque prophetas commemorem? Quorum alter Dominum Sabbaoth in gloriæ throno sedentem vidit [74], eumque a seraphim senis alis præditis in orbem cinctum ac laudatum et tectum, seque ipsum carbone perpurgatum, atque ad obeundum prophetiæ munus adornatum. Alter vehiculum quoque Dei [75], hoc est, cherubinos describit, thronumque ipsis excelsiorem, eoque sublimius firmamentum, atque insuper eum, qui in firmamento sese utcunque conspicandum præbebat, vocesque etiam quasdam, et impetus, atque actiones; idque, sive diurnum quoddam hoc spectrum, solis sanctissimis viris spectabile, sive minime fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens, sive arcanum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo; novit hoc prophetarum Deus, et qui hujusmodi afflatibus agitantur. Cæterum neque hi, de quibus loquor, neque quisquam alius ejusdem ordinis, in substantia et essentia Domini, ut Scriptura loquitur [76], stetit, nec Dei naturam, aut vidit, aut aliis prodidit et patefecit.

XX. Quod si Paulo ea, quæ tertium cœlum [77], atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio exhibuit, mortalibus evulgare licuisset, amplius quiddam **511** fortasse de Deo cognovissemus, si modo arcana hæc causa erat, cur in cœlum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, faciamus nos quoque, ut ea silentio commendemus. Atque hoc duntaxat Paulum dicentem audiamus : *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus* [78]. Hæc, atque ejusmodi fateri non dubitat ille scientia nequaquam imperitus, ille experimentum se daturum minitans loquentis in se Christi, magnus, inquam, ille veritatis propugnator et doctor. Eoque nomine omnem quoque humanam ac terrenam scientiam nihil supra specula et ænigmata [79] esse statuit, utpote quæ

A φαινόμενον Χριστὸν τῷ πλοίῳ μὴ προσιέμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἀποπεμπόμενον· καίτοιγε θερμότερος τῶν ἄλλων εἰς ἐπίγνωσιν Χριστοῦ Πέτρος, καὶ διὰ τοῦτο μακαριζόμενος, καὶ τὰ μέγιστα πιστευόμενος. Τί δ' ἂν εἴποις περὶ Ἡσαΐου, καὶ Ἰεζεχιὴλ τοῦ τῶν μεγίστων ἐπόπτου, καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν; ὧν ὁ μὲν τὸν Κύριον Σαββαὼθ (5) εἶδε καθήμενον ἐπὶ θρόνου δόξης, καὶ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἑξαπτερύγων σεραφὶμ κυκλούμενον, καὶ αἰνούμενον, καὶ ἀποκρυπτόμενον (6), ἑαυτόν τε τῷ ἄνθρακι καθαιρόμενον, καὶ πρὸς τὴν προφητείαν καταρτιζόμενον· ὁ δὲ καὶ τὸ ὄχημα τοῦ Θεοῦ τὰ χερουβὶμ διαγράφει, καὶ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν (6*) θρόνον, καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ στερέωμα, καὶ τὸν ἐν τῷ στερεώματι φανταζόμενον, καὶ φωνάς δή τινας, καὶ ὁρμάς, καὶ πράξεις (7)·
B καὶ ταῦτα, εἴτε φαντασία τις ἦν ἡμερινὴ, μόνοις θεωρητὴ τοῖς ἁγίοις, εἴτε νυκτὸς ἀψευδὴς ὄψις, εἴτε τοῦ ἡγεμονικοῦ τύπωσις συγγενομένη (8) τοῖς μέλλουσιν ὡς παροῦσιν, εἴτε τι ἄλλο προφητείας εἶδος ἀπόῤῥητον, οὐκ ἔχω λέγειν· ἀλλ' οἶδεν ὁ τῶν προφητῶν Θεὸς, καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐνεργούμενοι. Πλὴν οὔτε οὗτοι περὶ ὧν ὁ λόγος, οὔτε τις ἄλλος τῶν κατ' αὐτοὺς (9), ἔστη ἐν ὑποστήματι (10) καὶ οὐσίᾳ Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, οὐδὲ Θεοῦ φύσιν ἢ εἶδεν ἢ ἐξηγόρευσεν.

C Κ'. Παύλῳ δὲ, εἰ μὲν ἐκφορὰ (11) ἦν ἅπερ ἔσχεν (12) ὁ τρίτος οὐρανὸς, καὶ ἡ μέχρις ἐκείνου πρόοδος, ἢ ἀνάβασις, ἢ ἀνάληψις, τάχα ἄν τι περὶ Θεοῦ πλέον ἔγνωμεν, εἴπερ τοῦτο ἦν τὸ τῆς ἁρπαγῆς μυστήριον· ἐπεὶ δὲ ἄῤῥητα ἦν, καὶ ἡμῖν σιωπῇ τιμάσθω. Τοσοῦτον δὲ ἀκούσωμεν αὐτοῦ Παύλου λέγοντος, ὅτι *Ἐκ μέρους γινώσκομεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύομεν*. Ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ὁμολογεῖ ὁ μὴ ἰδιώτης τὴν γνῶσιν, ὁ δοκιμὴν ἀπειλῶν τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ, ὁ μέγας τῆς ἀληθείας προαγωνιστὴς, καὶ διδάσκαλος. Διὸ καὶ (13) πᾶσαν τὴν κάτω γνῶσιν οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ἔσοπτρα καὶ τὰ αἰνίγματα τίθεται, ὡς ἐν μικροῖς τῆς ἀληθείας ἰσταμένην ἐνδάλμασιν. Εἰ δὲ μὴ λίαν δοκῶ τισι περιττὸς καὶ περίεργος τὰ τοιαῦτα ἐξετάζων, οὐδὲ ἄλλα
D τινὰ τυχὸν ἢ ταῦτα ἦν, ἃ μὴ δύνασθαι νῦν βασταProindé dicebat : Perimus, uxor, Deum vidimus [71], tanquam videlicet homines, ne divini quidem in imagine conspectus, nedum naturæ ipsius, capaces sint : alter conspicuum etiam Christum in naviculam admittere recusabat, atque ablegabat [72]. Quod eo quoque mirabilius videri debet, quod idem ad Christi agnitionem animi ardore alios anteibat, eoque nomine beatus prædicatus est [73], resque maximas in fidem accepit. Quid Isaiam et Ezechielem rerum maximarum spectatorem reliquosque prophetas commemorem? Quorum alter Dominum Sabbaoth in gloriæ throno sedentem vidit [74], eumque a seraphim senis alis præditis in orbem cinctum ac laudatum et tectum, seque ipsum carbone perpurgatum, atque ad obeundum prophetiæ munus adornatum. Alter vehiculum quoque Dei [75], hoc est, cherubinos describit, thronumque ipsis excelsiorem, eoque sublimius firmamentum, atque insuper eum, qui in firmamento sese utcunque conspicandum præbebat, vocesque etiam quasdam, et impetus, atque actiones; idque, sive diurnum quoddam hoc spectrum, solis sanctissimis viris spectabile, sive minime fallax noctis visio, sive prævia quædam mentis impressio, futura tanquam præsentia exhibens, sive arcanum quoddam aliud prophetiæ genus, dicere nequeo; novit hoc prophetarum Deus, et qui hujusmodi afflatibus agitantur. Cæterum neque hi, de quibus loquor, neque quisquam alius ejusdem ordinis, in substantia et essentia Domini, ut Scriptura loquitur [76], stetit, nec Dei naturam, aut vidit, aut aliis prodidit et patefecit.

XX. Quod si Paulo ea, quæ tertium cœlum [77], atque ad illud usque progressio, vel ascensio, vel assumptio exhibuit, mortalibus evulgare licuisset, amplius quiddam **511** fortasse de Deo cognovissemus, si modo arcana hæc causa erat, cur in cœlum raperetur. Quoniam autem hæc ei in vulgus efferre nefas erat, faciamus nos quoque, ut ea silentio commendemus. Atque hoc duntaxat Paulum dicentem audiamus : *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus* [78]. Hæc, atque ejusmodi fateri non dubitat ille scientia nequaquam imperitus, ille experimentum se daturum minitans loquentis in se Christi, magnus, inquam, ille veritatis propugnator et doctor. Eoque nomine omnem quoque humanam ac terrenam scientiam nihil supra specula et ænigmata [79] esse statuit, utpote quæ

[71] Judic. XIII, 22. [72] Luc. V, 8. [73] Matth. XVI, 17. [74] Isa. VI, 1. [75] Ezech. I, 4 seqq. [76] Jerem. XXIII, 18. [77] II Cor. XII, 2. [78] I Cor. XIII, 9. [79] ibid. 12.

(5) *Σαββαώθ*. Reg. bm, et Or. 1, Σαβαώθ.
(6) *Ἀποκρυπτόμενον*. Colb. 1 et Or. 1, κρυπτόμενον
(6*) *Ὑπὲρ αὐτῶν*. Reg. Cypr., ὑπὲρ αὐτοῦ. Combef. putat legendum, ὑπὲρ αὐτό, nempe, ὄχημα, sicut et mox pro τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ. censet scribendum, ὑπὲρ αὐτόν, scilicet, θρόνον.
(7) *Πράξεις*. Par., τάξεις, « ordines. »
(8) *Συγγενομένη*. Or. 1, συγγενομένου.
(9) *Κατ' αὐτούς*. Duo Regg. et Or. 1, κατὰ τούτους.
(10) *Ἐν ὑποστήματι*. Vox est Jeremiæ XXIII, 18, cui subjungit Gregorius, καὶ οὐσίᾳ, explicationis causa, quasi vox illa « essentiam, » sive « naturam Dei » significet, quod a vero sensu longius abest. Vox enim Hebræa Jeremiæ « consilium » sonat. Hinc Vulgata recte reddit : « Quis enim adfuit consilio Domini? » Septuaginta et Theodotion interpretantur, « substantiam, » seu « subsistentiam; » Aquila, « secretum, » et Symmachus, « sermonem. » Verum voces ὑπόστημα et ὑπόστασις recte verti possunt, « statio » et « consessus, » sicque propius accederent ad genuinum Hebraicæ vocis sensum.
(11) *Ἐκφορά*. Legendum videtur esse, ἔκφορα. EDIT.
(12) *Ἔσχεν*. Coisl. 3, παρέσχεν, « exhibuit, suppeditavit. » Bill. : « continet. »
(13) *Διὸ καί*. Reg. a et duo Colb., ὃ καί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

χθῆναι, ὁ Λόγος αὐτὸς ὑπηνίσσετο, ὡς (14) ποτε βασταχθησόμενα καὶ τρανωθησόμενα· καὶ ἅπερ (15) μηδ' ἂν αὐτὸν δυνηθῆναι χωρῆσαι τὸν κόσμον (16), Ἰωάννης ὁ τοῦ Λόγου πρόδρομος (17), ἡ μεγάλη τῆς ἀληθείας φωνὴ, διωρίζετο.

A ultra exigua veritatis simulacra minime sese porrigat. Quod nisi me quispiam in hujus generis rebus exquirendis nimis curiose et supervacanee versari existimet, dicere quoque non verear, nec alia quidem fortasse, quam hæc, ea esse, quæ Christus ipse portari in hac vita posse negavit [80], velut aliquando portanda, et declaranda; et quæ ille Verbi præcursor Joannes, et magna veritatis vox, ne a mundo quidem capi posse pronuntiavit [81].

ΚΑ'. Πᾶσα μὲν οὖν ἀλήθεια, καὶ πᾶς λόγος δυστέκμαρτός τε καὶ δυσθεώρητος· καὶ οἷον ὀργάνῳ μικρῷ μεγάλα δημιουργοῦμεν, τῇ ἀνθρωπίνῃ σοφίᾳ τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν θηρεύοντες, καὶ τοῖς νοητοῖς (18) προσβάλλοντες μετὰ τῶν αἰσθήσεων· ἢ οὐκ ἄνευ αἰσθήσεων, ὑφ' ὧν περιφερόμεθα καὶ πλανώμεθα, καὶ οὐκ ἔχομεν γυμνῷ τῷ νοῒ γυμνοῖς τοῖς πράγμασιν ἐντυγχάνοντες, μᾶλλόν τι προσιέναι τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὸν νοῦν τυποῦσθαι ταῖς καταλήψεσιν. Ὁ δὲ περὶ Θεοῦ λόγος, ὅσῳ τελεώτερος, τοσούτῳ δυσεφικτότερος, καὶ πλείους τὰς ἀντιλήψεις ἔχων καὶ τὰς λύσεις ἐργωδεστέρας. Πᾶν γὰρ τὸ ἐνιστάμενον, κἂν βραχύτατον ᾖ, τὸν τοῦ λόγου δρόμον ἐπέσχε καὶ διεκώλυσε, καὶ τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν διέκοψεν· ὥσπερ οἱ τοὺς ἵππους τοῖς ῥυτῆρσιν ἀθρόως μεθέλκοντες φερομένους, καὶ τῷ ἀδυκήτῳ τοῦ τιναγμοῦ περιτρέποντες. Οὕτω Σολομὼν μὲν ὁ (19) σοφισάμενος περισσὰ, ὑπὲρ πάντας τοὺς γενομένους ἔμπροσθεν, καὶ καθ' ἑαυτὸν, ᾧ τὸ τῆς καρδίας πλάτος δῶρον Θεοῦ, καὶ ἡ ψάμμου δαψιλεστέρα χύσις τῆς θεωρίας, ὅσῳ πλέον ἐμβατεύει τοῖς βάθεσι, τοσούτῳ πλέον ἐλιγγιᾷ, καὶ τέλος τι ποιεῖται σοφίας εὑρεῖν ὅσον διέφυγεν (20). Παῦλος δὲ πειρᾶται μὲν ἐφικέσθαι, οὔπω λέγω τῆς τοῦ Θεοῦ φύσεως, τοῦτο γὰρ ἦδει παντελῶς ἀδύνατον ὄν, ἀλλὰ μόνον τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων. Ἐπεὶ δὲ οὐχ εὑρίσκει διέξοδον, οὐδὲ στάσιν τῆς ἀναβάσεως, οὐδὲ εἴς τι (21) φανερὸν τελευτᾷ πέρας ἡ πολυπραγμοσύνη τῆς διανοίας, ἀεί τινος ὑποφαινομένου τοῦ λείποντος· ὦ τοῦ θαύματος (ἵνα καὶ αὐτὸς πάθω τὸ ἴσον)! ἐμπλήξει περιγράφει τὸν λόγον, καὶ πλοῦτον Θεοῦ, καὶ βάθος τὸ τοιοῦτο καλεῖ, καὶ ὁμολογεῖ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων τὸ ἀκατάληπτον, μονονουχὶ τὰ αὐτὰ τῷ Δαβὶδ φθεγγόμενος, ποτὲ μὲν ἄβυσσον πολλὴν ὀνομάζοντι τὰ τοῦ Θεοῦ κρίματα, ἧς οὐκ ἔστι τὴν ἔδραν ἢ μέτρῳ ἢ αἰσθήσει λαβεῖν, ποτὲ δὲ τεθαυμαστῶσθαι τὴν γνῶσιν ἐξ ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἑαυτοῦ συστάσεως (22) λέγοντι, κεκραταιῶσθαί τε πλέον ἢ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καὶ περίδραξιν.

XXI. Verum enim vero cum veritas omnis et disputatio plurimum difficultatis atque obscuritatis habeat; ac nos velut parvo quodam instrumento res magnas efficere moliamur, humanæ videlicet sapientiæ adjumento rerum cognitionem aucupantes, ac res, quæ animi tantum intelligentia comprehenduntur, per sensus cognoscere aggredimur; aut certe non sine sensibus, quibus undique jactamur B et in errorem pertrahimur, nec nuda mente cum nudis rebus versari, atque inde ad veritatem propius accedere, rebusque perceptis ac comprehensis mentem informare possumus. Tum vero disputatio ea, quæ de Deo suscipitur, quo perfectior, eo quoque difficilior est, pluribusque objectationibus patet, in iisque diluendis ac dissolvendis plus negotii facessit. Nihil enim tam levis exiguique ponderis nobis adversari potest, quod non disputationis cursum interrumpat atque comprimat, impediatque quominus ultra progrediamur. Quemadmodum qui equos ad cursum incitatos repente freno retrahunt, ac per inopinatam et repentinam excussionem retrorsum agunt. Sic nimirum Salomon, qui omnibus, cum suæ, tum superioris memoriæ hominibus sapientiæ C laude præstitit [82], et cordis latitudinem Dei beneficio **512** accepit, ac tantam contemplationis copiam et ubertatem [83], ut arenæ numerum excederet, quo altius in has profunditates penetrat, hoc magis æstuat, ac finem quemdam sapientiæ constituit, nimirum quod invenisset, quantum ea a se fugeret [84]. Consimili quoque modo Paulus, non dicam Dei naturam, hoc enim prorsus supra humanas vires esse perspectum habebat, sed Dei solum judicia cognitione assequi conatur. Quoniam autem nec exitum ullum, nec quo ascensum figere ac stabilire posset, reperiebat, nec perspicuo ullo fine curiosa ipsius animi perscrutatio claudebatur, quod videlicet subinde semper aliquid reliqui esse perspiceret: D o rem miram ac stupendam! (ut ipse quoque eodem affectu commovear) orationem admiratione circumscribit, idque Dei opes ac profundum appellat, ac Dei judicia nullius ingenio percipi et comprehendi posse ingenue fatetur [85], iisdem propemodum verbis cum Davide utens, qui nunc judicia Dei abyssum

[80] Joan. xvi, 12. [81] Joan. xxi, 25. [82] III Reg. iii, 12. [83] II Par. i, 12. [84] Eccle. vii, 24; viii, 17. [85] Rom. xi, 33.

(14) Ὡς. Reg. Cypr., ἴσως. Reg. bni, Coisl. 1 et Or. 1, ἅπερ.

(15) *Καὶ ἅπερ.* Plures Regg. et Colb., καὶ ἃ μηδέ.

(16) *Τὸν κόσμον.* Duo Regg., tres Colb. et Or. 1, τὸν κάτω κόσμον. Sic legit Leuv., qui vertit, « mundum hunc inferum. »

17) *Πρόδρομος.* Mirum videri potest Joannem Evangelistam, Verbi præcursorem a Gregorio appellari. Elias hanc, inter alias, affert causam, nempe, « quod et interpres fuerit doctrinæ de Deo. » Billius vero putat Gregorium hic « memoriæ lapsu errasse, quod eum Verbi præcursorem, et Veritatis vocem appellet, quem tonitrui potius filium vocare debuerat. » Addit etiam ita sensisse Maximum.

(18) *Καὶ τοῖς νοητοῖς*, etc. Billius : « ac rebus intellectilibus animum una cum sensibus admoventis. »

(19) *Σολομὼν μὲν ὁ.* Comb., Σολομὼν ὁ.

(20) *Ὅσον διέφυγεν.* Billius: « quantum ea a se effugiet. »

(21) *Οὐδὲ εἴς τι*, etc., « nec ullam perspicuam curiosæ animi perscrutationis metam habebat. »

(22) *Συστάσεως.* Billius : « creatione. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

multam vocat[86], cujus fundum, nec mensura, nec sensu capi queat; nunc mirabilem factam esse scientiam ex seipso suique ipsius constitutione pronuntiat[87], atque adeo robustam, ut viribus nostris eam capere et complecti nequeamus.

XXII. Ut enim missa alia faciens, inquit, me- A ipsum omnemque humanam naturam et compagem intuear, quæ hæc mistio nostra est? Quis motus? Quomodo id quod immortale est, cum mortali copulatum est? Quomodo deorsum fluo, et sursum feror? Quomodo anima circumscribitur? Quomodo vitam impertitur, et affectuum fit particeps? Quomodo mens simul et circumscripta est, et nullis terminis inclusa, in nobis manet, et motus fluxionisque celeritate omnia perlustrat? Quomodo sermonis opera percipitur vicissim, et communicatur, ac per aerem grassatur, et cum rebus ipsis ingreditur? Quomodo cum sensibus consuetudinem habet, ac rursus seorsim a sensibus sese colligit? Atque, ut quæ priora sunt dicam, quæ prima nostri effictio et constitutio in naturæ officina? Quæ B etiam postrema formatio ac perfectio? Quæ cibi appetitio ac distributio? Quis nos sponte ad primos illos fontes ac vitæ causas duxit? Quomodo corpus cibis, animus contra sermone ac doctrina pascitur? Quæ est illa naturæ vis mutuaque inter parentes et liberos affectio, ut quasi quodam philtro contineantur? Quomodo firmæ ac stabiles sunt species, et interim notis inter se distinctæ, **513** quarum proprietates, cum tanto numero sint, assequi non possumus? Quomodo idem animal mortale simul et immortale est; mortale quidem ratione migrationis, immortale autem ratione procreationis? Ut enim aliud morte subducitur, ita rursus ipsi aliud subrogatur, non secus atque in fluminis tractu, C quod simul fluxum est et stabile. Multa de hominis membris et partibus adhuc commemorare possis, ac de mutua earum concinnitate; quippe quæ naturæ lege ac ratione, non minus ad elegantiam, quam ad utilitatem, conjungantur simul et

ΚΒ'. Ἵνα γὰρ τἆλλα ἐάσας, φησὶ, πρὸς ἐμαυτὸν βλέψω, καὶ πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν καὶ σύμπηξιν (23), τίς ἡ μίξις ἡμῶν; Τίς ἡ κίνησις; Πῶς τὸ ἀθάνατον τῷ θνητῷ συνεκράθη; Πῶς κάτω ῥέω, καὶ ἄνω φέρομαι; Πῶς ψυχὴ περιγράφεται (24); πῶς ζωὴν δίδωσι, καὶ πάθους μεταλαμβάνει; Πῶς ὁ νοῦς καὶ περιγραπτὸς καὶ ἀόριστος (25), ἐν ἡμῖν μένων, καὶ πάντα ἐφοδεύων τάχει φορᾶς καὶ ῥεύσεως (26); Πῶς μεταλαμβάνεται λόγῳ καὶ μεταδίδοται, καὶ δι' ἀέρος χωρεῖ, καὶ μετὰ τῶν πραγμάτων εἰσέρχεται; Πῶς αἰσθήσει κοινωνεῖ, καὶ συστέλλεται ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων; Καὶ ἔτι πρὸ τούτων, τίς ἡ πρώτη πλάσις ἡμῶν, καὶ σύστασις ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ (27); Καὶ τίς ἡ τελευταία μόρφωσις καὶ τελείωσις; Τίς ἡ τῆς τροφῆς ἔφεσις καὶ διάδοσις; Καὶ τίς ἤγαγεν ἐπὶ τὰς πρώτας πηγὰς (28), καὶ τοῦ ζῆν ἀφορμὰς αὐτομάτως; Πῶς σιτίοις μὲν σῶμα, λόγῳ δὲ ψυχὴ τρέφεται; Τίς ἡ τῆς φύσεως ὁλκὴ, καὶ πρὸς ἄλληλα σχέσις τοῖς γεννῶσι καὶ τοῖς γεννωμένοις, ἵνα τῷ φίλτρῳ συνέχηται; Πῶς ἑστηκότα τε τὰ εἴδη, καὶ τοῖς χαρακτῆρσι διεστηκότα, ὧν τοσούτων ὄντων, αἱ ἰδιότητες ἀνέφικτοι; Πῶς τὸ αὐτὸ ζῶον θνητὸν καὶ ἀθάνατον, τὸ μὲν τῇ μεταστάσει (29), τὸ δὲ τῇ γεννήσει; Τὸ μὲν γὰρ ὑπεξῆλθε, τὸ δὲ ἀντεισῆλθεν, ὥσπερ ἐν ὁλκῷ ποταμοῦ μὴ ἑστῶτος καὶ μένοντος. Πολλὰ δ' ἂν ἔτι φιλοσοφήσαις (30) περὶ μελῶν καὶ μερῶν, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα τούτων εὐαρμοστίας, πρὸς χρείαν τε ὁμοῦ καὶ κάλλος συνεστώτων τε καὶ διεστώτων, προεχόντων τε καὶ προεχομένων, ἐνουμένων τε καὶ σχιζομένων, περιεχόντων τε καὶ περιεχομένων νόμῳ καὶ λόγῳ φύσεως. Πολλὰ περὶ φωνῶν καὶ ἀκοῶν· πῶς αἱ μὲν φέρονται διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων, αἱ δὲ ὑποδέχονται (31), διὰ τῆς ἐν μέσῳ τοῦ ἀέρος πληγῆς καὶ τυπώσεως ἀλλήλαις ἐπιμιγνύμεναι. Πολλὰ περὶ ὄψεως ἀῤῥήτως κοινωνούσης τοῖς ὁρατοῖς, καὶ μόνῳ

[86] Psal. xxxv, 7. [87] Psal. cxxxviii, 6.

(23) *Σύμπηξιν*. Billius : « constitutionem. »

(24) *Περιγράφεται*. « Circumscribitur. » Sic Coisl. 1, aliique optimæ notæ codd. Hanc lectionem postulant mox opposita, περιγραπτός et ἀόριστος. In ed., περιφέρεται, « circumfertur. »

(25) *Ἀόριστος*. Sic Regg. a, bm, Coisl. 1 et Or. 2. In ed., ἀόρατος, « invisibilis. »

(26) *Ῥεύσεως*. Reg. Cypr. et Or. 1, ῥύσεως.

(27) *Ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ*. Id est, « alvo materna. »

(28) *Πηγάς*. Elias : « fontes lactis. »

(29) *Τὸ μὲν τῇ μεταστάσει*, etc. Reg. Cypr., τὸ μὲν τῇ μεταποιήσει, etc., « mortale quidem ratione migrationis, » seu « immutationis, » aut « interitus; immortale autem ratione procreationis, » seu, « generationis. » Sic optime locum istum interpretantur Billius et Leuvenklaius; quamvis aliter sentiat Combefisius. Vertit enim vir doctus : « Mortale nativitate, immortale migratione. » Forsan ad hanc interpretationem adductus est auctoritate hujus Schol. : Τῇ μὲν γεννήσει θνητὸν, τῇ δὲ μεταστάσει ἀθάνατον· « Generatione quidem mortale, migratione autem, » seu, « ratione discessus e vita, immortale. » Fatetur tamen Billii interpretationem « veram esse de animalibus in genere, quod, uno se subducente, ejus loco subintrat aliud; » sed addit, « illud in homine singulare miraculum esse, quod sit mortali et immortali mistus, terrena substantia et immortalis, nascens mortalis et migrans immortalis. » Verum, ipsius pace dixerim, non satis attendit ad Theologi mentem. Gregorius enim eo loci hominem respicit, non quatenus ex anima et corpore compositus est, sed tantum quatenus est animal, aut, juxta id quod cum cæteris animalibus commune habet. Porro ea ex parte, seu, habita tantummodo corporis ratione, homo, ad Gregorii mentem, « interitu mortalis est, immortalis vero procreatione; » quia videlicet, deficiente uno corpore, aliud nascendo succedit, ita ut nunquam desinat esse corpus humanum, « non secus atque, » ut ait ipse Gregorius, « in fluminis tractu, quod simul fluxum est et stabile. » Unde immortalitas hic a Gregorio sumitur pro speciei perpetuitate, id est, pro perpetua morientium et nascentium hominum successione.

(30) *Φιλοσοφήσαις*. Coisl. 2, σπερμολογήσαις, « nugare, blaterare possis. »

(31) *Ὑποδέχονται*. Coisl. 1 et Comb., ὑπηχοῦνται, « insonant, » seu, « resonant. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῷ βούλεσθαι, καὶ ὁμοῦ κινουμένης, καὶ ταυτὸ (32) τῷ νοῖ πασχούσης. Μετὰ γὰρ τοῦ ἴσου τάχους, ἐκεῖνός τε μίγνυται τοῖς νοουμένοις, καὶ αὕτη τοῖς ὁρωμένοις. Πολλὰ περὶ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων, αἱ παραδοχαί τινές εἰσι τῶν ἔξωθεν, λόγῳ (33) μὴ θεωρούμεναι. Πολλὰ περὶ τῆς ἐν ὕπνοις ἀναπαύσεως, καὶ τῆς δι' ὀνειράτων ἀναπλάσεως, μνήμης τε καὶ ἀναμνήσεως, λογισμοῦ τε καὶ θυμοῦ, καὶ ἐφέσεως, καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὅσοις ὁ μικρὸς οὗτος κόσμος διοικεῖται, ὁ ἄνθρωπος.

A litatem ipsi largiaris, re ipsa tamen divinitatem ei amputas, ac veteratorie ab hoc homonymiæ genere, quod æqualitatem complectitur, ad genus illud transis, quod res æquales minime connectit. Ac proinde, ut quidem argumentari instituis, pictus ille ac vivus homo, ad divinitatem adumbrandam propius accedunt, quam canes, quos exempli causa proposuisti. Alioqui utrique, ut nomen commune, sic etiam parem naturæ dignitatem tribue, etiamsi diversas eas inducis; atque ita canes illos tuos deleveris, quos ad probandam Patris ac Filii inæqualitatem **534** excogitasti. Quis enim homonymiæ fructus, si dignitate pares sint, qui a te dividuntur? Nec enim, ut eos honore æquales, sed ut dispares ostenderes, ad homonymiam illam, et canes confugisti. Quonam modo quispiam magis convinci queat, et secum ipse, et cum divinitate pugnare?

ΙΕ'. Ἐὰν δὲ λεγόντων ἡμῶν, ὅτι τῷ αἰτίῳ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, προσλαβόντες τὴν, Τὸ δὲ (14) αἴτιον φύσει, πρότασιν· ἔπειτα, Τὸ μεῖζον τῇ φύσει, συνάγωσιν· οὐκ οἶδα πότερον ἑαυτοὺς παραλογίζονται, ἢ τοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος. Οὐ γὰρ ἁπλῶς (15), ὅσα κατά τινος λέγεται, ταῦτα καὶ κατὰ τοῦ ὑποκειμένου τούτῳ ῥηθήσεται· ἀλλὰ δῆλον κατὰ τίνος, καὶ τίνα. Ἐπεὶ τί κωλύει κἀμὲ ταύτην πρότασιν ποιησάμενον, τὴν, ὅτι Ὁ Πατὴρ μείζων τῇ φύσει, ἔπειτα προσλαβόντα τὸ, Φύσει δὲ οὐ πάντως μείζων οὐδὲ Πατήρ· ἐντεῦθεν συναγαγεῖν· Τὸ μεῖζον οὐ πάντως μεῖζον· ἢ, Ὁ Πατὴρ οὐ πάντως Πατήρ. Εἰ βούλει δὲ οὕτως· Ὁ Θεὸς, οὐσία· Ἡ οὐσία δὲ, οὐ πάντως Θεός· τὸ ἑξῆς αὐτὸς συνάγαγε (16)· Ὁ Θεὸς οὐ πάντως Θεός. Ἀλλ' οἶμαι, παρὰ τὸ πῆ (17) καὶ ἁπλῶς ὁ παραλογισμὸς οὗτος, ὡς τοῖς περὶ ταῦτα τεχνολογεῖν σύνηθες. Ἡμῶν γὰρ τὸ *μεῖζον* τῇ τοῦ αἰτίου φύσει διδόντων, αὐτοὶ τὸ τῇ φύσει μεῖζον ἐπάγουσιν· ὥσπερ ἂν (18) εἰ καὶ λεγόντων ἡμῶν, ὅτι ὁ δεῖνα νεκρὸς ἄνθρωπος, ἁπλῶς ἐπῆγον αὐτοὶ τὸν ἄνθρωπον.

B XV. Jam si dicentibus nobis, Patrem, quantum ad causam, Filio majorem esse, ipsi hanc propositionem assumant: At causa natura; posteaque conclusionem hanc subnectant: Ergo major natura; haud scio, seipsosne potius, an eos, cum quibus disputant, captiosa hac argumentatione circumveniant. Neque enim simpliciter, quæcunque de aliquo dicuntur, etiam de eo, quod ipsi subjectum est, dicuntur; sed perspicuum est de quo, et quænam dicantur. Alioqui quid prohibet, quominus ipse quoque allata hac propositione: Pater major natura est; ac deinde assumpta altera: Natura autem non omnino major, neque Pater; ita postremo concludam: Majus igitur non omnino majus; vel, Pater non omnino Pater. Aut si mavis, ad hunc C modum agam: Deus est essentia: Essentia non omnino est Deus; quod sequitur ipse conclude: Ergo Deus non omnino Deus. Verum, ni fallor, ab eo, quod secundum rationem quamdam dicitur, ad id quod simpliciter dicitur, captiose progreditur hæc argumentatio, quod artis hujus studiosis usitatum est et familiare. Nam cum nos hanc vocem, *majus*, causæ naturæ tribuamus, inferunt ipsi, causam natura majorem esse. Quod perinde est, ac si dicentibus nobis: Hic mortuus homo; inferrent ipsi: Ergo homo.

ΙΣ'. Ἐκεῖνο δὲ πῶς παραδράμωμεν, οὐδενὸς ἧττον τῶν εἰρημένων ὂν ἀξιάγαστον; Ὁ Πατὴρ, φησὶν, οὐσίας, ἢ ἐνεργείας ὄνομα· ὡς ἀμφοτέρωθεν ἡμᾶς δήσοντες. Εἰ μὲν οὐσίας φήσομεν, συνθησομένους ἑτεροούσιον εἶναι τὸν Υἱόν· ἐπειδὴ μία μὲν οὐσία Θεοῦ, ταύτην δὲ, ὡς οὗτοι, προκατείληφεν ὁ Πατήρ· εἰ δὲ ἐνεργείας, ποίημα σαφῶς ὁμολογήσοντας, ἀλλ' οὐ γέννημα· οὗ γὰρ ὁ ἐνεργῶν, ἐκεῖ πάντως καὶ τὸ ἐνεργούμενον. Καὶ πῶς τῷ πεποιηκότι ταυτὸν τὸ πεποιημένον, θαυμά- D

XVI. Quomodo autem istud, quod certe non minori admiratione dignum est, quam quæ superius dicta sunt, prætermittemus? Pater, inquiunt, vel essentiæ, vel actionis nomen est: sic enim nos utrinque ita astrictos putant, ut nulla ratione ex eorum vinculis elabi possimus. Si enim essentiæ nomen esse dixerimus, assentiemur, ut existimant, Filium diversam a Patre essentiam habere: quandoquidem una sit Dei essentia, quam Pater, ut

Eunomianorum, et exemplo canum quod afferebant.

(11) *Φύσεων*. Par., aliique nonnulli codices, et Bas. ed., τῆς φύσεως.

(12) *Εἰ τὸ ἰσότιμον μὴ ἔχοιεν*. « Delenda est, inquit Billius, particula negativa μή, quæ exstat in Hervagiano codice. » Combefisius primum repugnavit, sed deinde consensit. Nos vero negativam hanc particulam minime delendam censemus. Gregorius enim Eunomianos refellens, ostendit propositum ab ipsis ὁμωνυμίας exemplum, ad æqualitatem quamdam specie tenus in personis servandam, ineptum esse; et, quidquid negentur, parem non habere honoris dignitatem, id quod ita dividunt; nec denique eo animo canum ὁμωνυμίαν ab ipsis inductam esse, ut pari dignitate esse personas ostenderent, sed ut impares probarent.

(13) *Οὐ γὰρ ἴν'*. Sic Coisl. 1 et 3, Or. 1, Par., etc. Deest ἵνα in ed.

(14) *Δέ*. Deest in nonnullis.

(15) *Οὐ γὰρ ἁπλῶς*, etc. Schol.: Οὐ γὰρ ὅσα κατὰ τοῦ αἰτίου λέγεται, καὶ κατὰ τοῦ φύσει· « Non enim quæcunque de causa dicuntur, de eo etiam quod est natura dicuntur.

(16) *Συνάγαγε*. Duo Reg. et Or. 1, σύναγε.

(17) *Παρὰ τὸ πῆ*. Reg. a, παρατροπῆ. Coisl. 1, παρατροπήν.

(18) *Ὥσπερ ἄν*, etc. Sic exponit Elias: « Perinde scilicet faciebant (Eunomiani), ac si dicerent: Hic vel ille homo mortuus non respirat: ergo omnis homo non respirat. Vel, Æthiops albus est dentibus: ergo totus albus est. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

censent, jam ante occuparit. Sin autem actionis, creatum esse fatebimur, **535** non genitum. Ubi enim est agens, illic quoque omnino id quod agitur esse necesse est. Ac mirari se dicent, quo pacto factum cum factore idem esse queat. Me quoque ipsum vehementer hæc distinctio vestra permoveret, si mihi duorum alterutrum necessario admittendum esset, ac non potius, utraque disjunctionis parte vitata, tertium aliquid verius dicere liceret. Nec enim essentiæ nomen est Pater, o viri acutissimi, nec actionis; sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem. Ut enim apud nos hæc nomina germanam quamdam conjunctionem et necessitudinem declarant: ad eumdem modum illic quoque genitorem ac genitum eamdem naturam habere significant. Sed sit sane, in vestri gratiam, Pater essentiæ nomen: Filium utique simul introducet, non autem removebit, et alienabit, ut et communes notiones ferunt, et ipsa horum nominum vis ac facultas. Sit etiam actionis, si ita videtur: nec sic quidem causam obtinebitis. Eodem enim modo dicemus hoc ipsum egisse Patrem, ut consubstantialis ipsi Filius esset; etsi alioqui absurditate non caret hujusmodi actionis opinio. Videsne quo pacto, quamlibet improbe ac maligne pugnare studeatis, captiones tamen vestras effugiamus? Quoniam autem invictum illud tuum in ratiocinationibus et argutiis robur cognovimus, videamus jam quam vim in divinis oraculis positam habeas, si modo hinc quoque nobis dogma tuum persuadere non grave ducas.

A ζειν φήσουσιν. Σφόδρα ἂν ἠδέσθην ὑμῶν καὶ αὐτὸς τὴν διαίρεσιν, εἰ τῶν δύο τὸ ἕτερον δέξασθαι ἦν ἀναγκαῖον, ἀλλὰ μὴ τὰ δύο διαφυγόντα, τρίτον εἰπεῖν ἀληθέστερον· ὅτι οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ Πατήρ, ὦ σοφώτατοι, οὔτε ἐνεργείας· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατὴρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα. Ὡς γὰρ παρ' ἡμῖν αἱ κλήσεις αὗται τὸ γνήσιον καὶ οἰκεῖον γνωρίζουσιν, οὕτω κἀκεῖ τὴν τοῦ γεγεννημένου πρὸς τὸ γεγεννηκὸς ὁμοφυΐαν σημαίνουσιν. Ἔστω δὲ, ὑμῶν χάριν, καὶ οὐσίας (19) τις ὁ Πατήρ· συνεισάξει τὸν Υἱὸν, οὐκ ἀλλοτριώσει, κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας (20), καὶ τὴν τῶν κλήσεων τούτων δύναμιν. Ἔστω καὶ ἐνεργείας, εἰ τοῦτο δοκεῖ· οὐδὲ οὕτω ἡμᾶς αἱρήσετε (21). Αὐτὸ δὲ (22) τοῦτο ἐνηργηκὼς ἂν εἴη τὸ ὁμοούσιον, ἢ καὶ (23) ἄτοπος ἄλλως ἡ τῆς περὶ B τοῦτο ἐνεργείας ὑπόληψις. Ὁρᾷς ὅπως ὑμῶν, καὶ κακομαχεῖν ἐθελόντων, τὰς στροφὰς διαφεύγομεν; Ἐπεὶ δέ σου τὸ ἐν τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς στροφαῖς ἄμαχον ἔγνωμεν, ἴδωμέν σου καὶ τὴν ἐκ τῶν θείων λογίων ἰσχὺν, ἂν ἄοα δέξῃ κἀντεῦθεν πείθειν ἡμᾶς.

XVII. Nos quippe ex magnis et excelsis vocibus Filii divinitatem percepimus, ac prædicamus. Quibus tandem? His nimirum, Deus, Verbum, quod C in principio erat, et cum principio, et principium: ut in his locis: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum* [16]; et, *Tecum principium* [17]; et, *Qui vocat eam a generationibus principium* [18]. Ad hæc Filius unigenitus dicitur: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit* [19]. Via, Veritas, Vita, Lux: *Ego sum via, veritas et vita* [20]; et, *Ego sum lux mundi* [21]. Sapientia, Potentia; *Christus Dei potentia et Dei sapientia* [22]. Splendor, Character, Imago, Sigillum, ut in his verbis: *Qui cum sit splendor gloriæ* [23]; et, *Character substantiæ ipsius* [24]; et, *Imago bonitatis* [25]; et alio loco: *Quem Pater signavit Deus* [26]. Dominus, Rex, Ens, Omnipotens: *Pluit* **536** *Dominus ignem a Domino* [27]; et, *Virga directionis virga regni* D *tui* [28] et, *Qui erat, qui est, et qui venturus est omnipotens ille* [29]. Quæ perspicue de Filio dicuntur, sicut et alia plura, quæ eamdem vim habent, quorum

ΙΖ'. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐκ μεγάλων καὶ ὑψηλῶν τῶν φωνῶν, τοῦ Υἱοῦ τὴν θεότητα καὶ κατειλήφαμεν, καὶ κηρύσσομεν. Τίνων τούτων; Τῆς Θεὸς, τῆς Λόγος, ἐ ἐν ἀρχῇ, ὁ μετὰ τῆς ἀρχῆς, ἡ ἀρχή· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος*· καὶ, *Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχή*· καὶ, *Ὃν καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχήν* (24). Ἐπειδὴ Υἱὸς μονογενὴς, *Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο*. Ὁδὸς, Ἀλήθεια, Ζωὴ, Φῶς· *Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή*· καὶ, *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου*. Σοφία, Δύναμις· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*. Ἀπαύγασμα, Χαρακτὴρ, Εἰκὼν, Σφραγὶς· *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης*· καὶ, *Χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ*· καὶ, *Εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος*· καὶ, *Τοῦτον γὰρ ὁ Πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός*. Κύριος, Βασιλεὺς, ὁ Ὤν, ὁ Παντοκράτωρ· *Ἔβρεξε Κύριος πῦρ παρὰ Κυρίου*· καὶ, *Ῥάβδος εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου*· καὶ, *Ὁ ὤν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ὁ παντοκράτωρ*. Σαφῶς περὶ τοῦ Υἱοῦ λεγόμενα, καὶ

[16] Joan. I, 1. [17] Psal. CIX, 3. [18] Isa. XLI, 4. [19] Joan. I, 18. [20] Joan. XIV, 6. [21] Joan. VII, 12. [22] I Cor. I, 24. [23] Hebr. I, 3. [24] ibid. [25] Sap. VII, 26. [26] Joan. VI, 27. [27] Gen. XIX, 24. [28] Psal. XLIV, 7. [29] Apoc. I, 8.

(19) *Οὐσίας.* « Esto, Pater sit essentiæ nomen. » Sic Reg. Cypr. Sic etiam legendum suadent, quæ sequuntur, ἔστω καὶ ἐνεργείας. In ed., οὐσία. Bill.: « essentia quædam. »

(20) *Κατὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας.* « Quis enim, inquit Elias, tam fatuus, ut cogitet Filium alterius esse quam Patris naturæ? »

(21) *Αἱρήσετε.* Sic plures Regg. et Colb., Or. 2 et Comb. In ed., ἐναιρήσετε.

(22) *Αὐτὸ δέ.* Reg. Cypr., aliique Reg. et Colb. αὐτὸ νάρ.

(23) *Ἢ καί.* Tres Regg. et Or. 1, εἰ καί.

(24) *Ὃ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχήν.* In LXX legitur, ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. « Qui vocat eam, » nempe, δικαιοσύνην, « justitiam, a generationum principio. » Vulgata vero sic habet: « vocans generationes ab exordio. »—« Adnotat Elias, inquit Billius, « in pluribus exemplaribus ἀρχῆς legi, non ἀρχήν, ut idem sit, quod a generationibus sempiternis. Porro in ed. Bas. inseruntur sex lineæ quæ in nullis aliis codd. reperiuntur; et sane interpretem potius quam Gregorium ipsum redolent. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

δσα τῆς αὐτῆς τούτοις ἐστὶ δυνάμεως, ὧν οὐδὲν ἐπίκτητον, οὐδὲ ὕστερον τῷ Υἱῷ προσγενόμενον, ἢ τῷ Πνεύματι, ὥσπερ οὐδὲ αὐτῷ τῷ Πατρί· οὐ γὰρ ἐκ προσθήκης τὸ τέλειον (25). Οὐ γὰρ ἦν, ὅτε ἄλογος ἦν· οὐδὲ ἦν, ὅτε οὐ Πατήρ· οὐδὲ ἦν, ὅτε οὐκ ἀληθής, ἢ ἄσοφος, ἢ ἀδύνατος, ἢ ζωῆς ἐνδεής, ἢ λαμπρότητος, ἢ ἀγαθότητος.

ΙΗ'. Σὺ δέ μοι καταρίθμει πρὸς ταῦτα, τὰ τῆς ἀγνωμοσύνης (26) ῥήματα, τὸ, Θεός μου, καὶ Θεὸς ὑμῶν, τὸ μείζων, τὸ ἔκτισε, τὸ ἐποίησε, τὸ ἡγίασεν. Εἰ βούλει δὲ, καὶ τὸ δοῦλον, καὶ τὸ ὑπήκοον· τὸ δέδωκε, τὸ ἔμαθε, τὸ ἐντέταλται (27), τὸ ἀπέσταλται, τὸ μὴ δύνασθαι ἀφ' ἑαυτοῦ τι ποιεῖν, ἢ λέγειν, ἢ κρίνειν, ἢ δωρεῖσθαι, ἢ βούλεσθαι. Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα· τὴν ἄγνοιαν, τὴν ὑποταγὴν, τὴν εὐχὴν, τὴν ἐρώτησιν, τὴν προκοπὴν, τὴν τελείωσιν. Πρόσθες, εἰ βούλει, καὶ B δσα τούτων ταπεινότερα, τὸ ὑπνοῦν, τὸ πεινῆν, τὸ κοπιᾶν, τὸ δακρύειν, τὸ ἀγωνιᾶν (28), τὸ ὑποδύεσθαι. Τάχα δ' ἂν ὀνειδίσαις καὶ τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν θάνατον. Τὴν γὰρ ἔγερσιν, καὶ τὴν ἀνάληψιν παρήσειν μοι δοκεῖς, ἐπειδή τι καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν τούτοις εὑρίσκεται. Πολλὰ δ' ἂν ἔτι πρὸς τούτοις σπερμολογήσαις, εἰ βούλοιο συντιθέναι τὸν ὁμώνυμόν σοι (29) Θεὸν καὶ παρέγγραπτον, ἡμῖν δὲ ἀληθινὸν, καὶ ὁμότιμον τῷ Πατρὶ (30). Τούτων γὰρ (31) ἕκαστον, οὐ χαλεπὸν μὲν, καὶ κατὰ μέρος ἐπεξιόντα ἐξηγεῖσθαί σοι πρὸς τὸ εὐσεβέστατον, καὶ ἀνακαθαίρειν τὸ ἐν τοῖς γράμμασι πρόσκομμα, εἴ γε προσπταίεις ὄντως, ἀλλὰ μὴ ἑκὼν κακουργεῖς. Ἑνὶ δὲ κεφαλαίῳ, τὰ μὲν ὑψηλότερα πρόσαγε τῇ θεότητι, καὶ τῇ κρείττονι φύσει παθῶν καὶ σώματος· τὰ δὲ ταπεινότερα τῷ C συνθέτῳ, καὶ τῷ διὰ σὲ κενωθέντι καὶ σαρκωθέντι, οὐδὲν δὲ χεῖρον εἰπεῖν, καὶ ἀνθρωπισθέντι, εἶτα καὶ ὑψωθέντι, ἵνα σὺ τὸ τῶν δογμάτων σου σαρκικὸν καὶ χαμερπὲς (32) καταλύσας, μάθῃς ὑψηλότερος εἶναι, καὶ συνανιέναι θεότητι, καὶ μὴ τοῖς ὁρωμένοις ἐναπομένοις, ἀλλὰ συνεπαίρῃ τοῖς νοουμένοις, καὶ γινώσκῃς (33), τίς μὲν φύσεως (34) λόγος, τίς δὲ λόγος οἰκονομίας.

nihil ascititium est, nec Filio, aut Spiritui sancto posterius accessit, quemadmodum nec Patri. Neque enim ex accessione perfectio ipsis comparata est. Non enim Pater Verbi unquam expers fuit; nec unquam fuit quin Pater esset; nec denique unquam veritate, sapientia, viribus, vita, splendore, aut bonitate caruit.

XVIII. Tu mihi contra, illas ingrati animi tui voces enumera, has videlicet: Deus meus et Deus vester [20a], major [20], creavit [21], fecit [22], sanctificavit [23]; servum [24] etiam, si ita lubet, et obedientem [25] adjunge; atque hæc etiam, dedit [26], didicit [27], mandatum est [28], missus est [29]: illud etiam, quod a seipso quidquam facere non possit [30] aut loqui [31], aut judicare [32], aut donare [33], aut velle [34]. Huc adde ignorationem, subjectionem, precem, interrogationem, profectum, consummationem. Adde etiam, si ita placet, quæ his adhuc abjectiora sunt: Dormire [35], esurire [36], fatigari [37], lacrymari [38], mortis pavore affici [39], ac dejecto animo esse. Fortasse etiam probri causa crucem quoque ipsam et mortem objicies. Resurrectionem enim, ipsiusque in cœlum ascensionem, consulto mihi prætermissurus videris: quoniam in his quidpiam, quod causæ nostræ faveat, reperitur. Multa etiam alia congerere queas, si componere velis æquivocum illum de tua sententia et ascriptitium Deum, ut autem ipsi statuimus, verum, Patrique honore æqualem. Horum enim unumquodque sigillatim persequi, pioque sensu explicare minime difficile est, atque offendiculum illud, quod in litteris exsistit, repurgare et eximere, si modo vere offendis, ac non potius de industria peccas. Ut autem **537** rem summatim contraham, hoc tibi faciendum est, ut sublimiores voces divinitati, ac illi naturæ, passionibus et corpore præstantiori, attribuas: humiliores vero, composito, et tua causa inanito atque incarnato, imo etiam (non enim minus commode hoc a me dicetur) humanato, ac deinde exaltato, ut tu videlicet,

[20a] Joan. xx, 17. [20] Joan. xiv, 28. [21] Prov. viii, 22. [22] Act. ii, 36. [23] Joan. x, 36. [24] Isa. xlii, 1. [25] Phil. ii, 8. [26] Joan. xviii, 9; Matth. xx, 23. [27] Joan. vi, 45. [28] 1 Cor. xv, 28. [29] Joan. ix, 4. [30] Joan. v, 19. [31] Joan. xii, 49. [32] Joan. viii, 15. [33] Marc. x, 40. [34] Matth. xxvi, 39. [35] Matth. viii, 24. [36] Matth. iv, 2. [37] Joan. iv, 6. [38] Joan. xi, 35. [39] Marc. xiv, 33.

(25) *Οὐ γὰρ ἐκ προσθήκης τὸ τέλειον.* « Neque enim, » inquit Elias, « Pater et Filius per accessionem et incrementum, sed natura, et ab initio, perfectionem suam habent. »

(26) *Ἀγνωμοσύνης.* Unus codex, εὐγνωμοσύνης, « grati animi; » sed perperam, nisi ironice dictum.

(27) *Ἐντέταλται.* Coisl. 1, ἐντέταλκε.

(28) *Τὸ ἀγωνιᾶν, τὸ ὑποδύεσθαι.* « Angi, dejecto esse animo. » Sic plures Regg., Par. et Comb. In ed., ὑποδέεσθαι. Bill.: « ac velut tergiversari. »

(29) *Σοι.* Tres Reg., Coisl. 2 et Comb., σου.

(30) *Τῷ Πατρί.* Hæc desunt in pluribus codd.

(31) *Τούτων γάρ*, etc. Præclara sunt in eam rem verba S. Leonis, serm. 45, *De Quadragesima*, pag. 228: « Duplicis in Christo formæ una est persona, et Filius Dei, idemque filius hominis... Cum itaque, dilectissimi, legentes, vel audientes Evangelium, quædam in Domino nostro Jesu Christo cognoscitis subjecta injuriis, quædam illustrata miraculis; ita ut in eodem nunc humana appareant, nunc divina resplendeant; nolite quidquam ascribere falsitati, tanquam in Christo aut sola sit humanitas, aut sola divinitas, sed utrumque fideliter credite, utrumque humiliter adorate... Da homini, quod de muliere puer nascitur: da Deo, quod nec conceptu læditur virginitas materna, nec partu. Formam servi obvolutam pannis, jacentem in præsepio cognosce: sed annuntiatam ab angelis, declaratam ab elementis, adoratam a Magis formam Domini confitere... Nostra tibi innotescat affectio, cum mortuo amico fletus impenditur; divina potentia sentiatur, cum idem post quatriduanam jam fetidus sepulturam, solo vocis imperio vivificatus erigitur... Veri est hominis, fatigationem corpoream somni quiete relevare: sed veri Dei est, vim sævientium procellarum præcepti increpatione compescere, » etc.

(32) *Χαμερπές.* Plures codd., χαμαιπετές.

(33) *Γινώσκῃς.* Sic tres Regg., duo Colb. et Coisl. 2. In ed., γινώσκεις.

(34) *Τίς μὲν φύσεως*, etc. « Quæ naturæ ratio, quæ ratio dispensationis. » Videtur Gregorius idem

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

abjecta hac dogmatum humilitate et crassitie, sublimior esse, simulque cum divinitate ascendere, non autem rebus in aspectum cadentibus inhærescere ; condiscas, imo potius cum intellectibilibus rebus assurgas, atque intelligas, quæ naturæ ratio, quæ ratio Incarnationis.

XIX. Hic enim, quem nunc aspernaris, quondam A erat, et supra te erat : qui nunc homo est, compositionis expers erat. Quod erat, permansit : quod non erat, assumpsit. In principio sine causa erat. Quæ enim Dei causa afferri queat? At postea quoque certa de causa natus est. Ea autem erat, ut tu, insolens ac proterve, salutem consequereris, qui deitatem idcirco contemnis, quia crassitiem tuam suscepit, per intermediam mentem cum carne conjunctus, atque inferior hic homo Deus effectus, posteaquam cum Deo coaluit, præstantiorique parte superante, unus factus est, ut ipse quoque tantum deus efficiar, quantum ille homo. Natus quidem est, sed etiam genitus erat : ex muliere quidem, sed etiam virgine. Illud humanum, hoc divinum. Patris expers hic, matris expers illic. Utrumque horum B divinitatis est. Materno quidem utero gestatus est, verum a propheta cognitus est [45,48], et quidem in utero adhuc exsistente, atque coram Verbo, cujus causa procreatus fuerat, exsultante. Pannis quidem involutus est, at sepulturæ fascias redivivus excussit. In præsepio quidem reclinatus est, cæterum ab angelis celebratus est [46], et a stella indicatus, et a Magis adoratus [47]. Cur tu ad id, quod oculis cernitur, offendis, dum non id spectas, quod animo et intelligentia percipitur? In Ægyptum quidem pulsus est : verum Ægyptiorum errores in fugam vertit. Non erat illi species neque decor [48] apud Judæos : sed apud Davidem, speciosus erat forma præ filiis hominum [49], atque etiam in monte, fulguris instar, lucet, ac sole clarior efficitur [49a], futurum videlicet splendorem adumbrans.

538 XX. Baptizatus [50] quidem est ut homo : sed C peccata sustulit ut Deus; non quod lustrationibus indigeret, sed ut aquis ipsis sanctitatem afferret. Tentatus est ut homo : at victoriam adeptus est ut Deus; verum confidere nos jubet, ut qui mundum vicerit. Fame affectus est [51] : sed multa hominum millia aluit [52], ipseque panis est vivificus ac cœlestis [53]. Siti laboravit [54], sed clamavit : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* [55] : atque etiam facturum se pollicitus est, ut qui fide præditi sunt, fontis instar, scaturiant. Fatigatus est [56] : sed eorum, qui fatigantur, atque onerati sunt, est requies [57]. Somno

Ιθ'. Οὗτος γὰρ ὁ νῦν σοι καταφρονούμενος, ἦν ὅτε καὶ ὑπὲρ σὲ ἦν· ὁ νῦν ἄνθρωπος, καὶ ἀσύνθετος ἦν. Ὃ μὲν ἦν, διέμεινεν· ὃ δὲ οὐκ ἦν, προσέλαβεν. Ἐν ἀρχῇ ἦν ἀναιτίως (35)· τίς γὰρ αἰτία Θεοῦ; ἀλλὰ καὶ ὕστερον γέγονε δι' αἰτίαν. Ἡ δὲ ἦν, τὸ σὲ σωθῆναι τὸν ὑβριστὴν, ὃς διὰ τοῦτο περιφρονεῖς θεότητα, ὅτι τὴν σὴν παχύτητα κατεδέξατο, διὰ μέσου νοὸς ὁμιλήσας σαρκὶ, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος ὁ κάτω (36), Θεὸς, ἐπειδὴ συνανεκράθη Θεῷ, καὶ γέγονεν εἷς (37), τοῦ κρείττονος ἐκνικήσαντος, ἵνα γένωμαι (38) τοσοῦτον Θεὸς, ὅσον ἐκεῖνος ἄνθρωπος. Ἐγεννήθη μὲν, ἀλλὰ καὶ ἐγεγέννητο· ἐκ γυναικὸς μὲν, ἀλλὰ καὶ παρθένου. Τοῦτο ἀνθρώπινον, ἐκεῖνο θεῖον. Ἀπάτωρ ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ ἀμήτωρ ἐκεῖθεν. Ὅλον τοῦτο θεότητος. Ἐκυοφορήθη μὲν, ἀλλ' ἐγνώσθη προφήτῃ, καὶ αὐτῷ κυοφορουμένῳ, καὶ προσκιρτῶντι τοῦ Λόγου, δι' ὃν ἐγένετο. Ἐσπαργανώθη μὲν, ἀλλ' ἀποσπαργανοῦται τὰ τῆς ταφῆς ἀνιστάμενος. Ἐν φάτνῃ μὲν ἀνεκλίθη, ἀλλ' ὑπ' ἀγγέλων ἐδοξάσθη, καὶ ὑπὸ ἀστέρος ἐμηνύθη, καὶ ὑπὸ Μάγων προσεκυνήθη. Πῶς σὺ προσπταίεις τῷ βλεπομένῳ, μὴ σκοπῶν τὸ νοούμενον; Ἐφυγαδεύθη μὲν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλὰ ἐφυγάδευσε τὰ Αἰγυπτίων. Οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος παρὰ Ἰουδαίοις· ἀλλὰ τῷ Δαβὶδ ὡραῖος ἦν κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ὄρους ἀστράπτει, καὶ ἡλίου φωτοειδέστερος γίνεται, τὸ μέλλον μυσταγωγῶν.

Κ'. Ἐβαπτίσθη μὲν ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἁμαρτίας ἔλυσεν ὡς Θεός· οὐ καθαρσίων αὐτὸς δεόμενος, ἀλλ' ἵν' ἁγιάσῃ τὰ ὕδατα. Ἐπειράσθη ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐνίκησεν ὡς Θεός· ἀλλὰ θαρρεῖν διακελεύεται, ὡς κόσμον νενικηκώς. Ἐπείνησεν (39), ἀλλ' ἔθρεψε χιλιάδας, ἀλλ' ἄρτος ἐστὶ ζωτικὸς καὶ οὐράνιος. Ἐδίψησεν, ἀλλ' ἐβόησεν· *Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρός με, καὶ πινέτω*· ἀλλὰ καὶ πηγάζειν ὑπέσχετο τοὺς πιστεύοντας. Ἐκοπίασεν, ἀλλὰ τῶν κοπιώντων καὶ πεφορτισμένων ἐστὶν ἀνάπαυσις. Ἐβαρύνθη (40) μὲν ὕπνῳ, ἀλλ' ἐπὶ πελάγους κουφίζεται, ἀλλ' ἐπιτιμᾷ πνεύμασιν, ἀλλὰ Πέτρον κουφίζει βαπτιζόμε-

[45,48] Luc. I, 41. [46] Luc. II, 7 sqq. [47] Matth. II, 2 sqq. [48] Isa. LIII, 2. [49] Psal. XLIV, 3. [49a] Matth. XVII, 2. [50] Matth. III, 16. [51] Matth. IV, 1, 2. [52] Matth. XIV, 21 [53] Joan. V, 41. [54] Joan. XIX, 28. [55] Joan. VII, 37. [56] Joan. IV, 6. [57] Matth. XI, 28.

hic significare, quod postea Cyrillus, cum « unam Dei verbi naturam Incarnatam » dixit. Per « naturam » enim intelligit id, quo est simpliciter et æqualis Patri; per « dispensationem » vero, carnem qua similis nobis homo exstitit.

(35) Ἀναιτίως. Par., ἀναίτιος. « Sine causa, propter quam esset. »

(36) Ἄνθρωπος ὁ κάτω, etc. « Homo terrenus factus est Deus : » non quod homo, in propria persona jam subsistens, divinitatem sit consecutus, ut a Nestorio postea dictum est; sed quia Verbum humanam naturam assumpsit, eamque in unitatem personæ sibi conjunxit. Sic enim locutiones istas : « Homo Deus effectus : Homo assumptus, » interpretantur theologi. Vide Estium lib. III, dist. V, § 4.

(37) Καὶ γέγονεν εἷς. « Et factus est unus; » id est, « unus Deus-homo. »

(38) Ἵνα γένωμαι. Reg. Cypr., γενώμεθα, « ut nos dii efficiamur. »

(39) Ἐπείνησεν. In Matth. IV, 2, Ἐπείνασεν, « esuriit. »

(40) Ἐβαρύνθη. Tres Regg. et quatuor Colb., ἐβαρήθη.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νον. Δίδωσι τέλος, ἀλλ' ἐξ ἰχθύος, ἀλλὰ βασιλεύει τῶν ἀπαιτούντων. Σαμαρείτης ἀκούει καὶ δαιμονῶν, πλὴν σώζει τὸν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ καταβαίνοντα, καὶ λῃσταῖς περιπεσόντα, πλὴν ὑπὸ δαιμόνων ἐπιγινώσκεται, καὶ ἀπελαύνει δαίμονας, καὶ λεγεῶνας (41) πνευμάτων βυθίζει, καὶ ὡς ἀστραπὴν ὁρᾷ πίπτοντα τὸν ἀρχηγὸν τῶν δαιμόνων. Λιθάζεται, ἀλλ' οὐχ ἁλίσκεται. Προσεύχεται, ἀλλ' ἐπακούει· δακρύει, ἀλλὰ παύει δάκρυον· ἐρωτᾷ ποῦ τέθειται Λάζαρος, ἄνθρωπος γὰρ ἦν· ἀλλ' ἐγείρει Λάζαρον, Θεὸς γὰρ ἦν. Πωλεῖται καὶ λίαν εὐώνως, τριάκοντα γὰρ ἀργυρίων· ἀλλ' ἐξαγοράζει κόσμον (42), καὶ μεγάλης τιμῆς, τοῦ ἰδίου γὰρ αἵματος. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἄγεται, ἀλλὰ ποιμαίνει τὸν Ἰσραὴλ, νῦν δὲ καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Ὡς ἀμνὸς ἄφωνος, ἀλλὰ Λόγος ἐστὶ, φωνῇ (43) βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ καταγγελλόμενος. Μεμαλάκισται, καὶ τετραυμάτισται, ἀλλὰ θεραπεύει πᾶσαν νόσον, καὶ πᾶσαν μαλακίαν. Ἐπὶ τὸ ξύλον ἀνάγεται, προσπήγνυται· ἀλλὰ τῷ ξύλῳ τῆς ζωῆς ἀποκαθίστησιν, ἀλλὰ σώζει καὶ λῃστὴν συσταυρούμενον, ἀλλὰ σκοτίζει πᾶν τὸ ὁρώμενον· ὄξος ποτίζεται, χολὴν βρωματίζεται· τίς; ὁ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλών, ὁ τῆς πικρᾶς γεύσεως καταλυτὴς, ὁ γλυκασμὸς, καὶ ὅλος ἐπιθυμία. Παραδίδωσι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ἐξουσίαν ἔχει πάλιν λαβεῖν αὐτὴν, ἀλλὰ καταπέτασμα ῥήγνυται (τὰ γὰρ ἄνω παραδείκνυται), ἀλλὰ πέτραι σχίζονται, ἀλλὰ νεκροὶ ἐγείρονται (44). Ἀποθνήσκει, ζωοποιεῖ δὲ, καὶ καταλύει τῷ θανάτῳ τὸν θάνατον. Θάπτεται, ἀλλ' ἀνίσταται. Εἰς ᾅδου κάτεισιν, ἀλλ' ἀνάγει ψυχὰς, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς ἄνεισιν, ἀλλ' ἥξει κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ τοὺς τοιούτους βασανίσαι λόγους. Εἰ ταῦτα ἐμποιεῖ σοι τῆς πλάνης τὴν ἀφορμὴν, ἐκεῖνά σου λυέτω (45) τὴν πλάνην.

A depressus est [58]: sed in mari levis incedit, ac ventos increpat, Petrumque, cum jam mergeretur, sublevat [59]. Vectigal pendit, sed ex pisce [60], sed exigentium Rex est. Samaritanus vocatur et dæmoniacus [61]: at ei, qui ab Jerusalem descendens [62] in latrones inciderat, salutem affert, atque a dæmonibus agnoscitur [63], et dæmones fugat, et spirituum legiones in mare præcipites agit [64], principemque dæmonum, quasi fulgur, cadentem videt [65]. Lapidibus petitur, sed non arripitur [66]. Orat, sed alios orantes exaudit. Collacrymat, sed lacrymas sedat; quærit ubi positus sit Lazarus [67], homo enim erat; sed Lazarum a morte ad vitam excitat, Deus enim erat. Venditur, et quidem vili pretio, nempe triginta argenteis [68]: sed interim mundum pretio magno [69], hoc est cruore suo, redemit. Ut ovis ad occisionem ducitur [70]: verum Israelem pascit, nunc autem universum quoque terrarum orbem. Ut agnus mutus est [71], sed idem Verbum est, illius in deserto clamantis voce [72] annuntiatum. Languore affectus ac vulneratus est [73], verum morbum omnem et languorem pellit [74]. In lignum tollitur, illicque affigitur, sed nos vitæ ligno restituit, sed latronem etiam simul pendentem salute afficit, sed id omne, quod cernitur, obtenebrat. Aceto potatur, ac felle pascitur [75]: sed quis? Is nempe, qui aquam in vinum commutavit [76], atque amarulentum illum gustum sustulit, ipsamet, inquam, dulcedo, totusque desiderium [77]. Animam tradit: sed ejus rursus accipiendæ potestatem habet [78]; sed velum rumpitur (supera enim patefiunt); sed petræ scinduntur; sed mortui resurgunt [79]. Moritur, sed vitam impertitur, ac morte sua mortem exstinguit. Sepultura afficitur, sed resurgit. In infernum descendit, sed animas sursum ducit, atque in cœlos ascendit, venturusque est ad judicandos vivos et mortuos, et expendendos hujusmodi sermones. Quod si illa tibi erroris ansam afferunt, hæc errorem tuum discutiant.

B

C

D

539

ΚΑ'. Ταῦτα τοῖς αἰνιγματισταῖς (46) παρ' ἡμῶν, οὐχ ἑκόντων μὲν (οὐ γὰρ ἡδὺ τοῖς πιστοῖς ἀδολεσχία καὶ λόγων ἀντίθεσις, ἀρκεῖ γὰρ καὶ εἷς ἀντικείμενος (47), πλὴν ἀναγκαίως διὰ τοὺς ἐμπίπτοντας, ἐπεὶ καὶ διὰ τὰς νόσους τὰ φάρμακα, ἵν' εἰδῶσι μὴ πάντα ὄντες σοφοὶ, μηδὲ ἀήττητοι τὰ περιττὰ, καὶ κενοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον. Ὅταν γὰρ τὸ τοῦ λόγου δυνατὸν προ-

XXI. Atque hæc ad ænigmatum studiosos a nobis dicta sint, non lubenter quidem (nec enim piis hominibus jucunda est inepta loquacitas, verborumque contentio; satis enim superque est unus adversarius); cæterum necessario, propter eos, qui in hæc incidunt (quandoquidem ob morbos quoque medicamenta comparantur), ut intelligant se non

[58] Matth. VIII, 24. [59] Matth. XIV, 25 sqq. [60] Matth. XVII, 23 sqq. [61] Joan. VIII, 48. [62] Luc. X, 3 sqq. [63] Marc. I, 24; Luc. IV, 34. [64] Marc. V, 7 sqq. [65] Luc. X, 18. [66] Joan. VIII, 59. [67] Joan. XI, 24 sqq. [68] Matth. XXVI, 15. [69] I Pet. I, 19; I Cor. VI, 20. [70] Isa. LIII, 7. [71] Psal. LXXVII, 71. [72] Joan. I, 23. [73] Isa. LIII, 4, 5. [74] Matth. IX, 35. [75] Luc. XXIII, 33 sqq.; Matth. XXVII, 34 sqq. [76] Joan. II, 7. [77] Cant. V, 16. [78] Joan. X, 18. [79] Matth. XXVII, 51 sqq.

(41) *Λεγεῶνας*. Tres Regg., totidemque Colb., λεγεῶνα.

(42) *Κόσμον*. Duo Regg., τὸν κόσμον.

(43) *Φωνῇ*. Sic codd. In ed., φωνή, « vox. »

(44) *Ἐγείρονται*. Sic optimæ notæ Reg. Cypr. Hanc hujus codicis lectionem prætulimus, quamvis editi, ac plerique codices habeant, προεγείρονται, quia sacro textui, ut videre est apud Matth. XI, 5, aut XXVII, 53, concinit. Billius legit, προεγείρωνται, ac reddidit: « prius ad vitam revocantur; » sed in notis ait: « id est, ante Christum resurgunt; » quod quidem sanctus Thomas et theologi negant. Nam juxta Apost. ad Coloss. I, 18, Christus est « primogenitus ex mortuis. » Illi ergo dicendi sunt revocati ad vitam « ante communem mortuorum resurrectionem; » sed non ante Christum, qui primus ex mortuis surrexit, et istos excitavit, ut sibi comites essent resurgenti.

(45) *Λυέτω*. Reg. bm, λύει, « dissolvunt. »

(46) *Αἰνιγματισταῖς*. Schol.: Ὑμῖν· « Ad vos ænigmatum studiosos. »

(47) *Εἷς ἀντικείμενος*. Schol.: Λόγος δηλονότι· « Sermo scilicet. » Bill. in notis: « Satan. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

usquequaque sapientes et acutos esse, nec in supervacaneis disputationibus atque Evangelium evacuantibus invicto quodam robore præstare. Cum enim, relicta fide, vim facultatemque disserendi prætendimus, Spiritusque certam auctoritatem per quæstiones delemus, ac postea oratio rerum magnitudini cedit (cedet autem omnino, utpote ab infimo organo, id est animo nostro, proficiscens), quid efficitur? Orationis nimirum imbecillitas religioni nostræ ascribitur; atque ita sermonis ornatu et elegantia crucis evacuatio declaratur [80], quemadmodum ipsi quoque Paulo videtur. Fides quippe, doctrinæ nostræ complementum est. Qui autem ligata exponit, et nexus dissolvit, ac nobis in mentem induxit, ut violentorum dogmatum obliquitates solveremus, maxime quidem optarim, ut hos immutet, ac pro argutatoribus pios, et pro iis, qui nunc appellantur, Christianos efficiat. Hoc autem, rogamus, ac pro Christo obsecramus: Reconciliamini Deo [81], ac Spiritum nolite exstinguere [82]: vel potius, vobiscum Christus in gratiam redeat, et Spiritus aliquando tandem vobis illucescat. Quod si nimia contendendi libidine flagratis, at nos certe Trinitatem nobis ipsis servemus, atque a Trinitate servemur, manentes puri et inoffensi usque ad perfectionem eorum, quæ cupimus, ostensionem, in ipso Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

A βαλλώμεθα, τὸ πιστεύειν ἀφέντες, καὶ τὸ τοῦ Πνεύματος ἀξιόπιστον ταῖς ζητήσεσι λύσωμεν, εἶτα ἡττηθῇ τοῦ μεγέθους τῶν πραγμάτων ὁ λόγος (ἡττηθήσεται δὲ πάντως, ἀπὸ ἀσθενοῦς ὀργάνου τῆς ἡμετέρας διανοίας ὁρμώμενος), τί γίνεται; Τὸ ἀσθενὲς τοῦ λόγου, τοῦ μυστηρίου φαίνεται· καὶ οὕτω κένωσις τοῦ σταυροῦ, τὸ τοῦ λόγου κομψὸν ἀναδείκνυται, ὡς καὶ Παύλῳ δοκεῖ. Ἡ γὰρ πίστις, τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου πλήρωσις. Ὁ δὲ ἀναγγέλλων (48) συνδέσμους, καὶ λύων κρατούμενα, ὁ καὶ ἡμῖν ἐπὶ νοῦν ἀγαγὼν, διαλῦσαι στραγγαλιὰς βιαίων (49) δογμάτων (50), μάλιστα μὲν καὶ τούτους μεταβαλὼν ποιήσειεν (51) πιστοὺς ἀντὶ τεχνολόγων, καὶ Χριστιανοὺς ἀνθ' ὧν (52) νῦν ὀνομάζονται. Τοῦτο δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, δεόμεθα, ὑπὲρ Χριστοῦ· Καταλλάγητε τῷ Θεῷ, καὶ B τὸ Πνεῦμα μὴ ἀθέννυτε· μᾶλλον δὲ, καταλλαγείη Χριστὸς ὑμῖν, καὶ τὸ Πνεῦμα ὀψὲ γοῦν ἀναλάμψειεν. Εἰ δὲ λίαν ἔχοιτε (53) φιλονείκως, ἀλλ' ἡμεῖς γε σώζοιμεν ἡμῖν αὐτοῖς τὴν Τριάδα, καὶ ὑπὸ τῆς Τριάδος σωζοίμεθα, μένοντες εἰλικρινεῖς καὶ ἀπρόσκοποι, μέχρις ἀναδείξεως τελεωτέρας τῶν ποθουμένων, ἐν αὐτῷ Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν

[80] I Cor. I, 17. [81] II Cor. V, 20. [82] I Thess. V, 19.

(48) *Ἀναγγέλλων*. « Qui annuntiat, » nimirum « Deus. »
(49) *Βιαίων*. Reg. bm, τῶν βιαίων.
(50) *Δογμάτων*. Coisl. 1 et Par., συναλλαγμάτων.
(51) *Ποιήσειεν*. Sic plures Regg., Coisl. 1 et Par. In Coisl. 2, ποιήσειε. In ed., ποιήσεις.
(52) *Ἀνθ' ὧν*. « Pro iis, » nempe, « Eunomianis »
(53) *Ἔχοιτε*. In nonnullis, ἔχετε.

ORATIO XXX[a].

540 *THEOLOGICA QUARTA.*

De Filio.

ΛΟΓΟΣ Λ'.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

Περὶ Υἱοῦ.

1. Quoniam tibi ratiocinationum versutias nexusque vi Spiritus abunde discussimus, eas autem a divinis Scripturis petitas objectiones, quibus illi, litteræ sacrilegi, ac Scripturæ sensum suffurantes, plerosque ad suas partes trahunt, ac veritatis viam turbant, summatim quidem, perspicueque, ut candidissimo cuique visum iri persuasum habeo, dissolvimus (dum videlicet sublimiores voces, et quæ Deo magis conveniunt, divinitati attribuimus, humiliores autem, et quæ hominis naturæ magis congruunt, novo illi nostra causa Adamo, ac Deo adversus peccatum patibili); cæterum, festinante oratione, sigillatim eas haudquaquam prosecuti D sumus; ac tu earum quoque solutiones breviter a nobis afferri postulas, ne speciosis et ad persuadendum accommodatis sermonibus in errorem abstraharis: idcirco nos has quoque brevi complectemur, atque, ut facilius memoriæ hæreant, numeris distinguemus.

Α'. Ἐπειδή σοι τὰς μὲν ἐκ τῶν λογισμῶν στροφας καὶ πλοκὰς ἱκανῶς διεσείσαμεν τῇ δυνάμει (54) τοῦ Πνεύματος, τὰς δὲ παρὰ τῶν θείων Γραφῶν ἐνστάσεις τε καὶ ἀντιθέσεις (55), αἷς οἱ τοῦ γράμματος ἱερόσυλοι, καὶ τὸν νοῦν τῶν γεγραμμένων κλέπτοντες, τοὺς πολλοὺς σφετερίζονται, καὶ τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας ταράσσουσι, συλλήδδην μὲν ἤδη λελύκαμεν, καὶ οὐκ ἀμυδρῶς, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, τοῖς εὐγνωμονεστέροις (τὰς μὲν ὑψηλοτέρας καὶ θεοπρεπεστέρας φωνὰς προσνείμαντες τῇ θεότητι, τὰς δὲ ταπεινοτέρας καὶ ἀνθρωπικωτέρας τῷ νέῳ δι' ἡμᾶς Ἀδὰμ, καὶ Θεῷ παθητῷ (56) κατὰ τῆς ἁμαρτίας)· τοῖς δὲ καθ' ἕκαστον οὐκ ἐπεξεληλύθαμεν, ἐπειγομένου τοῦ λόγου· σὺ δὲ καὶ τούτων ἐπιζητεῖς ἐν βραχεῖ (57) τὰς λύσεις, τοῦ μὴ παρασύρεσθαι λόγοις πιθανότητος· ἡμεῖς καὶ (58) ταύτας κεφαλαιώσομεν, εἰς ἀριθμοὺς διελόντες διὰ τὸ εὐμνημόνευτον.

[a] Alias XXXVI, quæ autem 30 erat, nunc 13. — Habita anno 380.

(54) *Τῇ δυνάμει*. Reg. a, ἐν τῇ δυνάμει.
(55) *Ἐνστάσεις τε καὶ ἀντιθέσεις*. « Pugnaces instantias et oppositiones, » seu, « objectiones. »
(56) *Θεῷ παθητῷ*. « Deo patibili. » Humana Christi natura hic intelligitur.
(57) *Ἐν βραχεῖ*. Duo Regg., ἐν βραχέσι.
(58) *Ἡμεῖς καί*. In nonnullis, ἡμεῖς δὲ καί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Β'. Ἔστι γὰρ ἐν μὲν αὐτοῖς ἐκεῖνο καὶ λίαν πρόχειρον τὸ, *Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*. Πρὸς δὲ πῶς ἀπαντησόμεθα; Οὐ Σολομῶντος κατηγορήσομεν; οὐ τὰ πρὶν ἀθετήσομεν, διὰ τὴν τελευταίαν παράπτωσιν; οὐχὶ τῆς σοφίας αὐτῆς ἐροῦμεν εἶναι τὸν λόγον, τῆς οἷον ἐπιστήμης καὶ τοῦ τεχνίτου (59) λόγου, καθ' ὃν τὰ πάντα συνέστη; Πολλὰ γὰρ ἡ Γραφὴ προσωποποιεῖν οἶδε καὶ τῶν ἀψύχων, ὡς τὸ, *Ἡ θάλασσα εἶπε τάδε καὶ τάδε*. Καὶ, *Ἡ ἄβυσσος εἶπεν· Οὐκ ἔστιν ἐν ἐμοί*· καὶ, *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦμενοι* (60) *δόξαν Θεοῦ*. Καὶ πάλιν ῥομφαίᾳ τι διακελεύεται, καὶ ὄρη καὶ βουνοὶ λόγους ἐρωτῶνται σκιρτήσεως. Τούτων οὐδέν φαμεν, εἰ καί τισι τῶν πρὸ ἡμῶν ὡς ἰσχυρὰ τέθειται. Ἀλλ' ἔστω τοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ, τῆς ἀληθινῆς Σοφίας, ὁ λόγος. Μικρὸν δὲ συνδιασκεψώμεθα· Τί τῶν ὄντων ἀναίτιον; Θεότης. Οὐδεὶς γὰρ αἰτίαν εἰπεῖν ἔχει Θεοῦ· ἢ τοῦτο ἂν εἴη Θεοῦ πρεσβύτερον. Τίς δὲ τῆς ἀνθρωπότητος, ἣν δι' ἡμᾶς ὑπέστη Θεὸς, αἰτία; Τὸ σωθῆναι πάντως (61) ἡμᾶς. Τί γὰρ ἕτερον; Ἐπειδὴ τοίνυν ἐνταῦθα, καὶ τὸ *ἔκτισε*, καὶ τὸ *γεννᾷ με*, σαφῶς εὑρίσκομεν, ἁπλοῦς ὁ λόγος. Ὃ μὲν ἂν μετὰ τῆς αἰτίας εὑρίσκωμεν, προσθῶμεν τῇ ἀνθρωπότητι· ὃ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀναίτιον, τῇ θεότητι λογισώμεθα. Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν *ἔκτισεν* εἴρηται μετὰ τῆς αἰτίας; *Ἔκτισε* γάρ *με*, φησὶν, *ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ*. Ἔργα δὲ χειρῶν αὐτοῦ, ἀλήθεια καὶ κρίσις, ὧν ἕνεκεν ἐχρίσθη θεότητι. Χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος. Τὸ δὲ *γεννᾷ με*, χωρὶς αἰτίας (62)· ἢ δεῖξόν τι τούτῳ προσκείμενον. Τίς οὖν ἀντερεῖ λόγος, κτίσμα μὲν λέγεσθαι τὴν σοφίαν, κατὰ τὴν κάτω γέννησιν, γέννημα δὲ, κατὰ τὴν πρώτην καὶ πλέον ἄληπτον;

II. Illud quidem unum ipsis fere in promptu est: *Dominus creavit me principium viarum suarum ad opera sua* [83]. Cui argumento quo tandem modo occurremus? Num Salomonem accusabimus? Num pristina ipsius dicta ob postremum ipsius lapsum abrogabimus? Num ipsiusmet sapientiæ, ac velut scientiæ, artificisque rationis, secundum quam omnia condita sunt, hunc sermonem esse dicemus? Pleraque enim ex his, quæ anima carent, Scriptura per prosopopœiam loquentia inducere consuevit, juxta illud: *Mare hæc atque illa dixit* [84]; et, *Abyssus dixit: Non est in me* [85]; et, *Cœli enarrant gloriam Dei* [86]; et rursus, frameæ aliquid imperatur [87], et montes ac colles exsultationis [88] causam exposcuntur. Horum nihil proferre libet, etiamsi alioqui a nonnullis eorum, qui ante nos exstiterunt, pro firmis et validis allata sunt. Sed demus hoc sane Salvatoris ipsius, hoc est, veræ Sapientiæ, hæc verba esse. Illud vero aliquantisper una consideremus. Quid est ex omnibus rebus quod causæ sit expers? Divinitas. Nemo enim est, qui Dei causam dicere **541** queat: alioqui id Deo antiquius esset. Quæ autem humanitatis a Deo propter nos susceptæ causa exstitit? Profecto ut nobis salus pararetur. Quid enim aliud causæ afferri possit? Ergo quoniam hic aperte, et *creavit*, et *gignit me*, reperimus, hoc simpliciter dictum censeamus. Quod enim cum causa conjunctum invenimus, id humanitati assignandum est: quod autem simplex causæque expers, divinitati ascribendum. Age igitur, annon illud, *creavit*, adnexam causam habet? *Creavit* enim *me*, inquit, *principium viarum suarum ad opera sua* [89]. Opera autem ipsius, veritas et judicium [90], quorum causa divinitate delibutus est. Hæc enim humanitatis unctio est. At illud, *gignit me*, causam non habet. Alioqui ostende quidnam ipsi adjunctum sit. Quis igitur inficias ibit, quin sapientia, secundum inferiorem quidem generationem, creata, secundum autem primam illam magisque incomprehensibilem genita dicatur?

Γ'. Τούτῳ δὲ ἕπεται καὶ τὸ, δοῦλον ἀκούειν εὖ δουλεύοντα πολλοῖς. Καὶ τὸ, μέγα εἶναι αὐτῷ κληθῆναι Παῖδα Θεοῦ (63). Τῷ ὄντι γὰρ ἐδούλευσε σαρκὶ, καὶ γενέσει, καὶ πάθεσι τοῖς ἡμετέροις, διὰ τὴν ἡμετέραν ἐλευθερίαν, καὶ πᾶσιν οἷς σέσωκεν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κατεχομένοις (64). Τί δὲ μεῖζον ἀνθρώπου ταπεινότητι, ἢ Θεῷ πλακῆναι, καὶ γενέσθαι Θεὸν ἐκ τῆς μίξεως, καὶ τοσοῦτον ἐπισκεφθῆναι Ἀνατολῇ ἐξ ὕψους, ὥστε καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον Υἱὸν Ὑψίστου κληθῆναι, καὶ χαρισθῆναι αὐτῷ ὄνομα (65) τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα; Τοῦτο δὲ τί ποτε ἄλλο ἐστὶν ἢ *Θεός*; Καὶ τὸ, πᾶν γόνυ κάμψαι τῷ κενωθέντι δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν θείαν εἰκόνα δουλικῇ μορφῇ συγκεράσαντι, *καὶ γῆ καὶ πάντα οἶκον Ἰσραὴλ, ὅτι καὶ Κύριον*

III. Huic velut consectarium est, quod etiam servus dicitur [91], et multis bene serviens [92]; illudque item, quod magnum atque amplum ipsi sit Filium Dei vocari [93]. Haud dubie quippe carni, et generationi, et affectionibus nostris, libertatis nostræ causa servivit, ac denique omnibus illis, per quæ eos, qui a peccato detinebantur, in salutem asseruit. Quid autem majus et honorificentius hominis humilitati contingere queat, quam Deo copulari, atque ex illa mistione Deum effici, tantumque ab Oriente ex alto visitari [94], ut illud etiam sanctum, quod gignebatur, Altissimi Filius vocaretur [95], eoque nomine donaretur, quod est super omne nomen [96]? Quod porro aliud nomen illud est, quam

[83] Prov. VIII, 22. [84] Job XXVIII, 14. [85] ibid. [86] Psal. XVIII, 1. [87] Zach. XIII, 17. [88] Psal. CXIII, 4. [89] Prov. VIII, 22. [90] Psal. CX, 7. [91] Isa. XLIX, 6. [92] Isa. LIII, 11. [93] Luc. I, 35. [94] ibid. 78. [95] ibid. 32. [96] Philipp. II, 9.

(59) *Τεχνίτου*. Sic Coisl. 1 et Bas. In ed., τεχνικοῦ.

(60) *Διηγούμενοι*. Coisl. 1, διηγοῦνται.

(61) *Πάντως*. Sic duo Regg., tres Colb. et Coisl. 1. In ed., πάντας.

(62) *Χωρὶς αἰτίας*. Bill. « sine causa dictum est. »

(63) *Παῖδα Θεοῦ*. Vulgata, « servum Dei. » Nobilius, « puerum Dei, » sed eodem sensu.

(64) *Κατεχομένοις*. Reg. bm, Coisl. 1, Par., Bas., κατεχομένους. Mox *τί δέ*. In quibusdam *τί δαί*.

(65) *Ὄνομα*. Duo Regg. et tres Colb., τὸ ὄνομα.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Deus? Atque istud, omne genu ante eum flectatur [97], qui nostra causa exinanitus est, ac divinam imaginem servili formæ conjunxit, *sciatque omnis domus Israel, quia et Dominum eum, et Christum fecit Deus* [98]. Hæc enim factus est, opera quidem ejus, qui genitus est, bona autem voluntate genitoris.

A αὐτὸν καὶ Χριστὸν ὁ Θεὸς ἐποίησεν. Γέγονε γὰρ ταῦτα, ἐνεργείᾳ μὲν τοῦ γεννήματος, εὐδοκίᾳ δὲ τοῦ γεννήτορος.

IV. Quid secundo loco, tanquam maximi atque invicti cujusdam roboris, opponunt? Oportet enim illum regnare [99] huc usque, et a cœlo suscipi usque ad restitutionis tempora [1], et a dextris sedere [2], donec hostes in potestatem redegerit. Quid vero postea? Regnandi finem facere, aut e cœlis expelli? Et quisnam, obsecro, eum e regno ejiciet? Aut quam ob causam? Quam audax enarrator es, nimiumque a regio jugo abhorrens! At regni illius nullum finem [3] **542** fore audis. Verum hæc tibi erroris causa est, quod non intelligis hanc vocem, ἕως (id est, *usque*), non semper futuro tempori opponi, sed ita interjectum tempus statuere, ut interim sequens tempus non excludat. Nam nisi ita res se habeat, quonam modo illud, ut alia præteream, intelliges: *Ero vobiscum usque ad consummationem sæculi* [4]? An quasi postea minime futurus sit? Et quæ hæc ratio esset? Nec vero hac solum de causa in errorem incidis, sed etiam quia significationes ipsas non distinguis. Regnare enim duplici modo dicitur, uno, ut Omnipotens, ac volentium nolentiumque Rex: altero, ut subjectionem in nobis gignens, et sub imperium suum ac ditionem nos redigens, utpote qui lubenter ipsius regno colla submittimus. Quod ergo ad priorem significationem attinet, regni ipsius finis nullus erit. Quod autem ad secundam, quis erit finis? Ut nos subjectos teneat, servetque. Quid enim opus erit subjectionem in nobis moliri, cum jam ipsi subjecti fuerimus? Quod postquam effecerit, surrecturus est ad judicium de terra ferendum, et secernendos eos, qui salutem consequuntur, ab iis qui pereunt; stabitque Deus in medio deorum [5], hoc est, beatorum hominum, ut dijudicet ac distinguat, quo quisque honoris gradu, quaque mansione dignus sit.

Δ'. Δεύτερον δὲ τί τῶν μεγίστων αὐτοῖς καὶ ἀμάχων; Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν ἄχρι τοῦδε, καὶ ὑπ' οὐρανοῦ δεχθῆναι ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν καθέδραν ἔχειν, ἕως τῆς τῶν ἐχθρῶν ἐπικρατήσεως. Τὸ μετὰ τοῦτο δὲ τί; Λῆξαι τῆς βασιλείας, ἢ τῶν οὐρανῶν ἀποστῆναι (66); Τίνος παύσοντος; ἢ δι' ἥντινα τὴν αἰτίαν (67); Ὡς τολμηρὸς ἐξηγητὴς (68) σὺ, καὶ λίαν ἀβασίλευτος! Καὶ μὴν ἀκούεις τῆς βασιλείας αὐτοῦ μὴ εἶναι πέρας. Ἀλλὰ τοῦτο πάσχεις, παρὰ τὸ μὴ γινώσκειν, ὅτι τὸ, ἕως, B οὐ πάντως ἀντιδιαιρεῖ τῷ μέλλοντι, ἀλλὰ τὸ μέχρι μὲν τοῦδε (69), τίθησι· τὸ ὑπὲρ τοῦτο (70) δὲ, οὐκ ἀναίνεται. Ἢ πῶς νοήσεις, ἵνα μὴ τἄλλα λέγω τό· *Ἔσομαι μεθ' ὑμῶν ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*; Ἆρ' ὡς μετὰ τοῦτο οὐκ ἔτι (71) ἐσομένου; Καὶ τίς ὁ λόγος; Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸ μὴ διαιρεῖν τὰ σημαινόμενα. Βασιλεύειν γὰρ λέγεται, καθ' ἓν μὲν, ὡς Παντοκράτωρ, καὶ θελόντων, καὶ μὴ, βασιλεύς· καθ' ἕτερον δὲ, ὡς ἐνεργῶν τὴν ὑποταγὴν (72), καὶ ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ βασιλείαν τιθεὶς ἡμᾶς, ἑκόντας δεχομένους τὸ βασιλεύεσθαι. Τῆς μὲν οὖν ἐκείνως νοουμένης βασιλείας οὐκ ἔσται πέρας· τῆς δευτέρας δὲ, τί (73); Τὸ λαβεῖν ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα (74) σωζομένους. Τί γὰρ δεῖ τὴν ὑποταγὴν ἐνεργεῖν C ὑποτεταγμένων; Μεθ' ἣν ἀνίσταται κρίνων τὴν γῆν, καὶ διαιρῶν τὸ σωζόμενον, καὶ τὸ ἀπολλύμενον· μεθ' ἣν ἵσταται Θεὸς ἐν μέσῳ θεῶν, τῶν σωζομένων, διακρίνων καὶ διαστέλλων, τίνος ἕκαστος τιμῆς καὶ μονῆς ἄξιος.

V. Huic subjectionem quoque istam adjunge, qua Filium Patri subjicis. Quid ais, quasi jam nunc subjectus non sit [6]? Aut etiam omnino opus est, ut Deo subjiciatur, qui et ipse Deus est? Ergo quasi de latrone quodam, aut Dei hoste, verba facis. Verum ita rem expende. Quemadmodum salutis meæ causa maledictum vocatus est [7], qui maledictionem meam solvit; et peccatum, qui mundi peccatum D delet [8]; ac pro veteri Adamo, novus Adamus efficitur [9]: ad eumdem quoque modum contumaciam et rebellionem meam sibi asciscit, ut totius corporis

E'. Τούτῳ σύναπτε καὶ τὴν ὑποταγὴν, ἣν ὑποτάσσεις τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. Τί λέγεις, ὡς νῦν οὐχ ὑποτεταγμένου; δεῖται (75) δὲ ὅλως ὑποταγῆναι Θεῷ Θεὸς ὤν; Ὦ; περὶ λῃστοῦ τινος, ἢ ἀντιθέου, ποιῇ τὸν λόγον. Ἀλλ' οὕτω σκόπει· ὅτι ὥσπερ κατάρα ἦκουσε δι' ἐμὲ, ὁ τὴν ἐμὴν λύων κατάραν· καὶ ἁμαρτία, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· καὶ D Ἀδὰμ ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ γίνεται νέος· οὕτω καὶ τὸ ἐμὸν ἀνυπόταχτον ἑαυτοῦ ποιεῖται, ὡς κεφαλὴ τοῦ παντὸς σώματος. Ἕως μὲν οὖν ἀνυπότακτος ἐγὼ καὶ στασιώδης, τῇ τε ἀρνήσει τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῖς πάθε-

[97] Philipp. II, 10. [98] Act. II, 36. [99] I Cor. XV, 25. [1] Act. III, 21. [2] Psal. CIX, 1. [3] Luc. I, 32. [4] Matth. XXVIII, 20. [5] Psal. LXXXI, 1. [6] I Cor. XV, 28. [7] Galat. III, 13. [8] II Cor. V, 21. [9] I Cor. XV, 45.

(66) Ἀποστῆναι. Duo Regg., ἀποσθῆναι.
(67) Τὴν αἰτίαν. Deest τήν in tribus Regg.
(68) Ἐξηγητής. Comb. addit, εἶ.
(69) Μέχρι μὲν τοῦδε. Sic tres Regg. In ed., μέχρι τοῦδε μέν.
(70) Τὸ ὑπὲρ τοῦτο. Plures Regg. et Colb., τὸ μετὰ τοῦτο.
(71) Τοῦτο οὐκ ἔτι. Deest ἔτι in tribus Regg. et Cypr. qui habet, τοῦτο μή.
(72) Ὡς ἐνεργῶν τὴν ὑποταγήν. Leuvenk. sic vertit: « Quod subjectionem præstet, nosque sub regnum suum ponat, quotquot volentes ipsius imperium admittimus. »
(73) Τί. Deest in quatuor Colb.
(74) Λαβεῖν ἡμᾶς ὑπὸ χεῖρα. Quatuor Colb. addunt, καί, quod commode reddit Leuvenk., « ut nos scilicet ei subjiciamur, et servemur. »
(75) Δεῖται, etc. Hæc per interrogationem legenda, etsi aliter exponat Elias.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σιν, ἀνυπότακτος (76) τὸ κατ ἐμὲ καὶ ὁ Χριστὸς (77) λέγεται· ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, ὑποταγήσεται δὲ καὶ τῇ ἐπιγνώσει, καὶ τῇ μεταποιήσει, τότε καὶ αὐτὸς τὴν ὑποταγὴν πεπλήρωκε, προσάγων ἐμὲ τὸν σεσωσμένον. Τοῦτο γὰρ ἡ ὑποταγὴ Χριστοῦ, κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, ἡ τοῦ Πατρικοῦ θελήματος πλήρωσις. Ὑποτάσσει δὲ καὶ Υἱὸς Πατρὶ, καὶ Υἱῷ Πατήρ· ὁ μὲν ἐνεργῶν, ὁ δὲ εὐδοκῶν, ὅ καὶ πρότερον εἴπομεν· καὶ οὕτω τὸ ὑποτεταγμένον ὁ ὑποτάξας Θεῷ παρίστησιν, ἑαυτοῦ ποιούμενος τὸ ἡμέτερον. Τοιοῦτον εἶναί μοι φαίνεται καὶ τό· *Ὁ Θεὸς, ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι, ἵνα τί ἐγκατέλιπές με;* Οὐ γὰρ αὐτὸς ἐγκαταλέλειπται, ἢ ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, ἢ ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ θεότητος, ὃ δοκεῖ τισιν, ὡς ἂν φοβουμένης τὸ πάθος, καὶ διὰ τοῦτο συστελλομένης ἀπὸ τοῦ πάσχοντος· (τίς γὰρ ἢ γεννηθῆναι κάτω τὴν ἀρχὴν, ἢ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνελθεῖν ἠνάγκασεν;) Ἐν ἑαυτῷ δὲ, ὅπερ εἶπον, τυποῖ τὸ ἡμέτερον. Ἡμεῖς γὰρ ἦμεν οἱ ἐγκαταλελειμμένοι καὶ παρεωραμένοι πρότερον, εἶτα νῦν προσειλημμένοι καὶ σεσωσμένοι τοῖς τοῦ ἀπαθοῦς πάθεσιν· ὥσπερ καὶ τὴν ἀφροσύνην ἡμῶν, καὶ τὸ πλημμελὲς οἰκειούμενος, τὰ ἑξῆς διὰ τοῦ ψαλμοῦ φησιν· ἐπειδὴ προδήλως εἰς Χριστὸν ὁ εἰκοστὸς πρῶτος ψαλμὸς ἀναφέρεται.

caput. Proinde quandiu inobediens ipse sum ac turbulentus, tum per Dei abnegationem, tum per vitiosas animi permotiones, tandiu inobediens quoque, quantum ad me attinet, Christus dicitur. Cum autem ei omnia subjecta fuerint (subjicientur autem, et per agnitionem, et per immutationem), tum ipse quoque subjectionem impleverit, adducens me, salutem consecutum. Nec enim quidquam aliud est, mea quidem sententia, Christi subjectio, quam paternæ voluntatis expletio. Subjicit **543** autem, et Filius Patri, et vicissim Filio Pater: *ille* opera sua, *hic* beneplacito, quemadmodum ante a nobis dictum est. Atque ita eos, qui subjecti sunt, Deo sistit ac repræsentat is, qui subjecit, nostra videlicet sibi vindicans. Eodem in genere mihi illud quoque esse videtur: *Deus, Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti*[10]? Neque enim, quod quidam opinantur, ipse, vel a Patre, vel a sua divinitate, quasi passionem extimuisset, ac propterea sese a perpetiente corpore collegisset, derelictus est. (Quis enim eum, vel primum humanitus gigni, vel in crucem ascendere coegit?) Verum in seipso, ut dictum est, nostra repræsentavit. Nos enim eramus derelicti illi prius atque contempti; nunc vero per impatibilis illius passiones, assumpti ac servati sumus; quemadmodum nostram quoque insipientiam ac peccatum sibi arrogavit, ut ea, quæ deinceps in psalmo sequuntur, pronuntiant. Siquidem vicesimus primus psalmus manifeste ad Christum refertur.

Ϛ'. Τῆς δὲ αὐτῆς ἔχεται θεωρίας, καὶ τὸ μαθεῖν αὐτὸν τὴν ὑπακοὴν ἐξ ὧν ἔπαθεν· ἥ τε κραυγὴ, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ τὸ ἱκετεῦσαι, καὶ τὸ εἰσακουσθῆναι, καὶ τὸ εὐλαβές· ἃ δραματουργεῖται (78) καὶ πλέκεται θαυμασίως ὑπὲρ ἡμῶν (79). Ὡς μὲν γὰρ Λόγος, οὔτε ὑπήκοος ἦν, οὔτε ἀνήκοος. Τῶν γὰρ ὑπὸ χεῖρα ταῦτα, καὶ τῶν δευτέρων· τὸ μὲν τῶν εὐγνωμονεστέρων, τὸ δὲ τῶν ἀξίων κολάσεως. Ὡς δὲ δούλου μορφὴ, συγκαταβαίνει τοῖς ὁμοδούλοις καὶ δούλοις, καὶ μορφοῦται τὸ ἀλλότριον, ὅλον ἐν ἑαυτῷ ἐμὲ φέρων μετὰ τῶν ἐμῶν (80), ἵνα ἐν ἑαυτῷ δαπανήσῃ τὸ χεῖρον (81), ὡς κηρὸν πῦρ, ἢ ὡς ἀτμίδα γῆς ἥλιος, κἀγὼ μεταλάβω τῶν ἐκείνου διὰ τὴν σύγκρασιν. Διὰ τοῦτο ἔργῳ τιμᾷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ πειρᾶται ταύτης (82), ἐκ τοῦ παθεῖν· οὐ γὰρ ἱκανὸν ἡ διάθεσις, ὥσπερ οὐδὲ ἡμῖν, εἰ μὴ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων χωρήσαιμεν· ἔργον γὰρ, ἀπόδειξις διαθέσεως. Οὐ χεῖρον δὲ ἴσως κἀκεῖνο ὑπολαβεῖν, ὅτι δοκιμάζει τὴν ἡμετέραν ὑπακοὴν, καὶ πάντα μετρεῖ (83) τοῖς ἑαυτοῦ (84) πάθεσι τέχνῃ (85) φιλανθρωπίας· ὥστε ἔχειν εἰδέναι

VI. Ejusdem speculationis illud etiam est, quod ex his, quæ passus est, obedientiam didicit; quod cum clamore et lacrymis supplicarit; quod exauditus sit pro sua reverentia[11]; quæ omnia nomine nostro mirabiliter efficiuntur et contexuntur. Nam, ut Verbum, nec obediens erat, nec inobediens. Hæc namque iis, qui aliorum imperio tenentur, quique secundæ classis sunt, conveniunt; illud scilicet, probis atque honestis, istud vero, improbis ac supplicio dignis. Ut autem servi forma, ad conservos, imo ad servos sese demittit, atque alienam formam suscipit, totum me simul, cum iis quæ mea sunt, in seipso ferens, ut, quod deterius est, in seipso absumat, et conficiat, non secus ac ceram ignis, aut terræ vaporem solis radius, atque ipse ob hujusmodi conjunctionem bonorum illius particeps fiam. Quocirca re ipsa obedientiam honore afficit, eamque perpetiendis doloribus experitur; neque enim sufficiebat animi affectio, quemadmodum nec nobis, nisi manum quoque operibus admoveamus: opus

[10] Psal. xxi, 1. [11] Hebr. v, 8, 7.

(76) *Ἀνυποτακτος*. Carpebant Monothelitæ hæc Gregorii verba, quasi Christum divideret, ut ex sexta synodo perspicuum est; sed audiendi non sunt.

(77) *Ὁ Χριστός*. Deest ὁ in nonnullis.

B Ιθ'. Τῶν δ' ἄλλων προσηγοριῶν, αἱ μὲν τῆς ἐξουσίας εἰσὶ προφανῶς, αἱ δὲ τῆς οἰκονομίας (74), καὶ ταύτης διττῆς· τῆς μὲν ὑπὲρ τὸ σῶμα, τῆς δὲ ἐν σώματι· οἷον ὁ μὲν Παντοκράτωρ, καὶ ὁ Βασιλεὺς, ἢ τῆς δόξης, ἢ τῶν αἰώνων, ἢ τῶν δυνάμεων, ἢ τοῦ (75) ἀγαπητοῦ, ἢ τῶν βασιλευόντων· καὶ ὁ Κύριος, ἢ Σαβαὼθ (76), ὅπερ ἐστὶ στρατιῶν, ἢ τῶν δυνάμεων, ἢ τῶν κυριευόντων. Ταῦτα μὲν σαφῶς τῆς ἐξουσίας. Ὁ δὲ *Θεὸς*, ἢ τοῦ σώζειν, ἢ ἐκδικήσεων, ἢ εἰρήνης, ἢ δικαιοσύνης, ἢ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ (77) παντὸς Ἰσραὴλ τοῦ πνευματικοῦ, καὶ ὁρῶντος Θεόν· ταῦτα δὲ τῆς οἰκονομίας. Ἐπειδὴ γὰρ τρισὶ τούτοις διοικούμεθα, δέει τε τιμωρίας, καὶ σωτηρίας ἐλπίδι, πρὸς δὲ καὶ δόξης, καὶ ἀσκήσεως τῶν ἀρετῶν, ἐξ ὧν ταῦτα· τὸ μὲν τῶν ἐκδικήσεων C ὄνομα οἰκονομεῖ τὸν φόβον· τὸ δὲ τῶν σωτηριῶν, τὴν ἐλπίδα· τὸ δὲ τῶν ἀρετῶν, τὴν ἄσκησιν· ἵν' ὡς τὸν Θεὸν ἐν ἑαυτῷ φέρων, ὁ τούτων τι κατορθῶν, μᾶλλον ἐπείγηται πρὸς τὸ τέλειον, καὶ τὴν ἐξ ἀρετῶν οἰκείωσιν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι (78) κοινὰ θεότητος τὰ ὀνόματα. Ἴδιον δὲ τοῦ μὲν ἀνάρχου, Πατήρ· τοῦ δὲ ἀνάρχως γεννηθέντος, Υἱός· τοῦ δὲ ἀγεννήτως προελθόντος (79), ἢ προϊόντος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' ἐπὶ τὰς τοῦ Υἱοῦ κλήσεις ἔλθωμεν, ὅπερ ὡρμήθη λέγειν ὁ λόγος.

XX. Primum ergo Filius[86] mihi dici videtur, quia essentia idem est cum Patre : neque id solum, sed quia etiam ex illo est. **554** Unigenitus[87] autem,

D Κ'. Δοκεῖ γάρ μοι λέγεσθαι, Υἱὸς μὲν, ὅτι ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν· καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖθεν. Μονογενὴς δὲ, οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μό-

[68] Exod. III, 14. [69] Deut. IV, 24. [70] Isa. XLII, 8. [71] Amos IX, 6; Psal. LXVII, 5. [72] Exod. XV, 3. [73] Psal. XXIII, 10. [74] I Tim. I, 17. [75] Psal. LXVII, 13. [76] ibid. [77] I Tim. VI, 15, 77. [78] Rom. IX, 29. [79] Psal. XXIII, 10. [80] Deut. X, 17. [81] Psal. LXVII, 21. [82] Psal. XCIII, 1. [83] Rom. XV, 33. [84] Psal. IV, 2. [85] Exod. III, 6. [86] Matth. XVII, 5. [87] Joan. I, 18.

(71) *Τοῦτό μου*. Reg., Cyp., τοῦτό μοι.
(72) *Ἥ*. Sic codd. In ed., ἤ.
(73) *Τὸ δὲ ὄν*. Comb., τὸ δὲ ὤν.
(74) *Οἰκονομίας*, etc. « Providentiæ, » id est, administrationis rerum humanarum, « quæ duplex est, » inquit Bill., « alia ante, alia post Incarnationem. »
(75) *Τοῦ*. Deest in quatuor Regg. et Or. 1.
(76) *Κύριος, ἢ Σαβαὼθ*, etc. Sic plures Regg. et Colb. In ed., Κύριος Σαβαὼθ, ἢ ὅπερ, etc.
(77) *Καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ*, etc. Comb., ἢ Ἰσαὰκ, ἢ Ἰακὼβ, ἤ, etc.
(78) *Ἐστί*. Sic Par. et Bas. In ed., ἔτι.
(79) *Προελθόντος*, etc. « Processit, aut progreditur. » Hoc sic intelligendum est, inquit Elias, « quod non semel processerit, ac jam spatio quodam distet ab illo, ex quo processit; sed quod ei semper adsit. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νου καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως, οὐχ ὡς τὰ σώματα· Λόγος δὲ, ὅτι οὕτως ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα, ὡς πρὸς νοῦν λόγος (80)· οὐ μόνον διὰ τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως, ἀλλὰ καὶ τὸ συναφὲς, καὶ τὸ ἐξαγγελτικόν (81)· τάχα δ' ἂν εἴποι τις, ὅτι καὶ ὡς ὅρος πρὸς τὸ ὁριζόμενον, ἐπειδὴ καὶ τοῦτο λέγεται λόγος. *Ὁ γὰρ γνοὺς*, φησὶ, *τὸν Υἱὸν* (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *ἑωρακὼς*), *γνώσῃ καὶ τὸν Πατέρα*· καὶ σύντομος ἀπόδειξις καὶ ῥᾳδία τῆς τοῦ Πατρὸς φύσεως, ὁ Υἱός· γέννημα γὰρ ἅπαν τοῦ γεγεννηκότος, σιωπῶν λόγος. Εἰ δὲ καὶ διὰ τὸ ἐνυπάρχειν τοῖς οὖσι λέγοι τις, οὐχ ἁμαρτήσεται τοῦ λόγου· τί γάρ ἐστιν, ὃ μὴ Λόγῳ συνέστηκεν; Σοφία δὲ, ὡς ἐπιστήμη θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων· πῶς γὰρ οἷόν τε τὸν πεποιηκότα, τοὺς λόγους ἀγνοεῖν, ὧν πεποίηκε; Δύναμις δὲ, ὡς συντηρητικὸς τῶν γενομένων, καὶ τὴν τοῦ συνέχεσθαι ταῦτα χορηγῶν δύναμιν. Ἀλήθεια δὲ, ὡς ἓν, οὐ πολλὰ τῇ φύσει· τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς, ἓν· τὸ δὲ ψεῦδος, πολυσχιδές· καὶ ὡς καθαρὰ τοῦ Πατρὸς σφραγὶς, καὶ χαρακτὴρ ἀψευδέστατος. Εἰκὼν δὲ (82), ὡς ὁμοούσιον, καὶ ὅτι τοῦτο ἐκεῖθεν, ἀλλ' οὐκ ἐκ τούτου Πατήρ· αὕτη γὰρ εἰκόνος φύσις, μίμημα (83) εἶναι τοῦ ἀρχετύπου, καὶ οὗ λέγεται· πλὴν ὅτι καὶ πλέον (84) ἐνταῦθα· ἐκεῖ μὲν γὰρ (85), ἀκίνητος κινουμένου· ἐνταῦθα δὲ, ζῶντος καὶ ζῶσα, καὶ πλέον (86) ἔχουσα τὸ ἀπαράλλακτον, ἢ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σὴθ (87), καὶ τοῦ γεννῶντος παντὸς τὸ γεννώμενον· τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ἁπλῶν φύσις, μὴ τῷ μὲν ἐοικέναι, τῷ δὲ ἀπεοικέναι, ἀλλ' ὅλον ὅλου τύπον εἶναι, καὶ ταυτὸν μᾶλλον, ἢ ἀφομοίωμα. Φῶς δὲ, ὡς λαμπρότης ψυχῶν καὶ λόγῳ καὶ βίῳ καθαιρομένων. Εἰ γὰρ σκότος ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἁμαρτία, φῶς ἂν εἴη ἡ γνῶσις, καὶ ὁ βίος (88) ὁ ἔνθεος. Ζωὴ δὲ, ὅτι φῶς, καὶ πάσης λογικῆς φύσεως σύστασις καὶ οὐσίωσις (89)· *Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμὲν*, κατὰ τὴν διπλῆν (90) τοῦ ἐμφυσήματος δύναμιν, καὶ πνοὴν· ἐκεῖθεν (91) ἐμφυσώμενοι πάντες, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὅσοι χωρητικοὶ, καὶ τοσοῦτον, καθ' ὅσον ἂν τὸ στόμα τῆς διανοίας ἀνοίξωμεν. Δικαιοσύνη δὲ, ὅτι τοῦ πρὸς ἀξίαν διαιρέτης, καὶ διαιτῶν δικαίως τοῖς ὑπὸ νόμον, καὶ τοῖς ὑπὸ χάριν, ψυχῇ καὶ σώματι, ὥστε τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν τὸ κρεῖττον κατὰ τοῦ χείρονος, ὡς μὴ τὸ χεῖρον ἐπανίστασθαι τῷ βελτίονι· Ἁγιασμὸς δὲ, ὡς

A non quia solus ex solo, et solum; sed etiam quia unico modo, ac non ut corpora. Verbum [88] porro, quia ita se habet ad Patrem, ut sermo ad mentem, non modo propter generationem passionis omnis expertem, verum etiam propter conjunctionem ipsius cum Patre, vimque enuntiatricem. Fortasse etiam quis dixerit, eodem modo se ad Patrem habere, quo definitio ad definitum, quoniam definitio quoque λόγος dicitur. *Qui enim Filium cognovit*, ait Christus (hoc enim idem significat, ac, *vidit*), *Patrem quoque cognovit* [89]: ac brevis, et compendiosa facilisque paternæ naturæ declaratio est Filius. Omne enim quod genitum est, genitorem suum tacita quadam voce definit. Quod si quis etiam, quia rebus omnibus insit, Λόγον vocari contendat,

B a ratione non aberrabit. Quid enim est, quod non Verbo conditum sit? Sapientia [90] vero, ut rerum divinarum et humanarum scientia. Qui enim fieri potest, ut conditor rerum a se conditarum rationes ignoret? Potentia [91], ut rerum creatarum conservator, vimque iis suppeditans ut contineantur. Veritas [92], ut natura unum, non multa. Verum quippe unum est; mendacium multiplex: atque etiam ut purum Patris sigillum, minimeque mendax character. Imago [93], ut ejusdem cum Patre substantiæ [94], et quia ex illo est, non autem ex hoc Pater. Hæc siquidem imaginis natura est, ut sit imitatio exemplaris, cujus imago dicitur; quanquam hic imago exemplar suum expressius refert. Illic enim rei vivæ ac motu præditæ mortua et motus expers imago est: hic autem vivi exem-

C plaris viva quoque est effigies, multoque, minus a Patre differens, quam Seth ab Adamo [94 a], filiusque omnis a parente suo. Hujusmodi namque simplicium rerum natura est, ut non partim inter se similes sint, partim dissimiles, sed totæ totas repræsentent, cædemque potius sint, quam similes. Lux [95] etiam dicitur, ut animorum splendor, qui et vita et sermone purgantur. Nam si ignorantia et peccatum tenebræ sunt, lux profecto erit scientia, et vita divina. Vita [96], quia lux, totiusque ratione præditæ naturæ coagmentatio, et procreatio: *In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus* [97], secundum duplicem illam inspirationis [98] facultatem. Nam et illinc omnes vitalem spiritum **555** accipi-

[88] Joan. I, 1. [89] Joan. XIV, 7, 9. [90] I Cor. I, 30. [91] Ephes. V, 19. [92] Joan. XIV, 6. [93] Coloss. I, 15. [94] Hebr. I, 3. [94 a] Gen. IV, 25. [95] Joan. VIII, 12. [96] Joan. XIV, 6. [97] Act. XVII, 28. [98] Gen. II, 7.

(80) *Ὡς πρὸς νοῦν λόγος.* « Ut sermo ad mentem; » quia Verbum est Patris imago naturalis, quæ totum Patrem, sicut sermo totam cogitationem, repræsentat.

(81) *Ἐξαγγελτικόν.* Id est, juxta Eliam, « propter interpretationem et enuntiationem paternæ voluntatis. »

(82) *Εἰκὼν δέ.* « Imago. » Vere Christus est Patris « imago, » non imitatrix, sed naturalis.

(83) *Μίμημα*, etc. Billius: « Ut exemplar suum imitando referat. »

(84) *Πλέον.* Duo Regg. et Or. 1, πλεῖον.

(85) *Ἐκεῖ μὲν γάρ*, etc. Iste locus in Coisl. 1, sic legitur: Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀκινήτως νοουμένου, ἐνταῦθα δέ, etc.

(86) *Πλέον.* Tres Regg. et Or. 1, πλεῖον.

(87) *Ἡ τοῦ Ἀδὰμ ὁ Σήθ.* Quamvis enim Adam

D et Seth naturæ humanæ participes fuerint, uterque tamen sibi propriam, et ab alio distinctam essentiam et substantiam habebant; ita ut non unus homo, sed duo homines essent: contra in divinis, Pater et Filius unius ejusdemque numero substantiæ sunt, ita ut non duo Dii, sed vere ac proprie unus Deus sint.

(88) *Καὶ ὁ βίος.* Sic plures Regg. et Colb. Deest ὁ in ed.

(89) *Οὐσίωσις.* « Essentiatio, » vel « substantiatio. »

(90) *Διπλῆν.* « Duplicem, » etc. Deus primo homini spiraculum vitæ inspiravit. Deinde Christus post resurrectionem discipulos afflavit, eisque Spiritum sanctum largitus est.

(91) *Ἐκεῖθεν.* Deest in pluribus codd.

Digitized by Google Распознавание текста ABKFR

mus, et Spiritum sanctum, quotquot ipsius capaces sumus, et quatenus os mentis aperuerimus. Justitia[99], quia pro merito præmia et pœnas distribuit, æquumque judicem se præbet his, qui sub lege sunt, et his, qui sub gratia; corporique item et animæ, ut illud pareat, hæc præsit atque imperet, præstantiorque pars principatum adversus inferiorem teneat, nec id quod deterius est, adversus id, quod melius est, insurgat. Sanctificatio[1], quia puritas, ut purum illud numen per puritatem capiatur. Redemptio[2], quia nos a peccato detentos in libertatem asserit, seseque pro nobis, ut orbis terrarum expietur, liberationis pretium dat. Resurrectio[3], ut nos hinc abductos suscitans, et a peccato morte affectos ad vitam reducens.

XXI. Atque hæc adhuc communia sunt, tam ei qui supra nos est, quam qui propter nos. Nunc ad ea veniamus, quæ proprie nostra sunt, humanitatisque assumptæ. Homo[4] itaque dicitur, non solum ut per corpus a corporibus capiatur, qui alioqui ob incomprehensibilem naturam suam capi non poterat; sed etiam ut per se hominem sanctitate afficiat, fermentique instar universæ massæ sit, sibique uniens quod condemnatum fuerat, totum illud a condemnatione liberet, omnia pro nobis, quæ nos sumus, excepto peccato, factus, corpus, anima, mens (per quæ videlicet mors pervaserat); et, quod ex his commune est, homo, visibilis Deus, propter id quod animo atque intellectu comprehendebatur. Filius hominis[5], propter Adamum, ac Virginem, ex quibus exstitit, illo nimirum ut generis auctore, hac autem ut matre, juxta matris legem, et non juxta legem generationis. Christus[6], propter divinitatem: ea enim humanitatis unctio est, non operatione, ut in aliis christis, sed totius ungentis præsentia sanctificans: cujus hic effectus est, ut id, quod ungit, homo vocetur, et, quod ungitur, Deus fiat: Via[7], ut per se nos ducens; Ostium[8], ut introductor: Pastor[9], ut nos in loco pascuæ collocans, et aqua refectionis educans[10], atque hinc nobis itineris ducem se præbens, necnon adversus belluas pro nobis dimicans: tum etiam, ut errantes revocans, et **556** perditos reducens, et confractos obligans, et infirmos roborans, et firmos ac validos custodiens, atque ad futuræ vitæ caulam, per pastoralis scientiæ rationes, colligens: Ovis[11] porro, ut victima: Agnus[12], ut perfectus:

ΚΑ'. Ταῦτα μὲν οὖν ἔτι κοινὰ τοῦ τε ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τοῦ δι' ἡμᾶς (94)· ἃ δὲ ἰδίως ἡμέτερα, καὶ τῆς ἐντεῦθεν προσλήψεως (95) Ἄνθρωπος μὲν, οὐχ ἵνα χωρηθῇ μόνον διὰ σώματος σώμασιν, ἄλλως οὐκ ἂν χωρηθεὶς διὰ τὸ τῆς φύσεως ἄληπτον (96)· ἀλλ' ἵνα καὶ ἁγιάσῃ δι' ἑαυτοῦ τὸν ἄνθρωπον, ὥσπερ ζύμη (97) γενόμενος τῷ παντὶ φυράματι, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἑνώσας τὸ κατακριθὲν, ὅλον λύσῃ τοῦ κατακρίματος, πάντα ὑπὲρ πάντων γενόμενος, ὅσα ἡμεῖς, πλὴν τῆς ἁμαρτίας, σῶμα, ψυχὴ, νοῦς, δι' ὅσον (98) ὁ θάνατος· τὸ κοινὸν ἐκ τούτων, ἄνθρωπος, Θεὸς ὁρώμενος, διὰ τὸ νοούμενον (99). Υἱὸς δὲ ἀνθρώπου, καὶ διὰ τὸν Ἀδὰμ, καὶ διὰ τὴν Παρθένον, ἐξ ὧν ἐγένετο· τοῦ μὲν, ὡς προπάτορος, τῆς δὲ, ὡς μητρὸς νόμῳ (1), καὶ οὐ νόμῳ γεννήσεως· Χριστὸς δὲ, διὰ τὴν θεότητα· χρίσις γὰρ αὕτη τῆς ἀνθρωπότητος, οὐκ ἐνεργείᾳ κατὰ τοὺς ἄλλους χριστοὺς (2) ἁγιάζουσα, παρουσίᾳ δὲ ὅλου τοῦ χρίοντος· ἧς ἔργον, ἄνθρωπον ἀκοῦσαι (3) τὸ χρίον, καὶ ποιῆσαι Θεὸν τὸ χριόμενον· Ὁδὸς δὲ, ὡς δι' ἑαυτοῦ φέρων ἡμᾶς· Θύρα δὲ, ὡς εἰσαγωγεύς· Ποιμὴν δὲ, ὡς εἰς τόπον χλόης κατασκηνῶν, καὶ ἐκτρέφων ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως, καὶ ἐντεῦθεν ὁδηγῶν, καὶ προπολεμῶν κατὰ τῶν θηρίων· τὸ πλανώμενον ἐπιστρέφων, τὸ ἀπολωλὸς ἐπανάγων, τὸ συντετριμμένον καταδεσμῶν, τὸ ἰσχυρὸν φυλάσσων, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μάνδραν συνάγων λόγοις ποιμαντικῆς ἐπιστήμης· Πρόβατον δὲ, ὡς σφάγιον· Ἀμνὸς δὲ, ὡς τέλειον· Ἀρχιερεὺς (4) δὲ, ὡς προσαγωγεύς· Μελχισεδὲκ δὲ, ὡς ἀμήτωρ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ ἀπάτωρ τὸ καθ' ἡμᾶς· καὶ ὡς ἀγενεαλόγητος (5) τὸ ἄνω· *Τὴν γὰρ γενεὰν αὐτοῦ*, φησὶ, *τίς διηγήσεται*; καὶ ὡς βασιλεὺς Σαλὴμ, *εἰρήνη* δὲ τοῦτο, καὶ

[99] I Cor. I, 30. [1] ibid. [2] ibid. [3] Joan. XI, 25. [4] Joan. IX, 11. [5] Matth. XXIV, 27, 44. [6] Matth. I, 16. [7] Joan. XIV, 6. [8] Joan. X, 9. [9] Joan. X, 11. [10] Psal. XXII, 2. [11] Isa. LIII, 7. [12] Joan. I, 29.

(92) Ἀναστῶν. Tres Regg., ἀπανιστάς. Oxon., ἐπανιστάς.

(93) Ἁμαρτίας. Coisl. 1, γεύσεως.

(94) Δι' ἡμᾶς. Reg., Cypr., καθ' ἡμᾶς, « quam qui nobis similis. »

(95) Προσλήψεως. Reg. bm, προλήψεως.

(96) Ἄληπτον. Bill. « Imperceptibilem. »

(97) Ζύμη. Divinitas intelligitur, quæ in Christo, « instar frumenti, » humanitati juncta est.

(98) Δι' ὅσον. Coisl. 2, quatuor Colb. et Or. 1, δι' ὅσων.

(99) Διὰ τὸ νοούμενον. « Propter id, » etc. Ratione divinitatis.

(1) Ὡς μητρὸς νόμῳ, καὶ, etc. Bill. legit, ὡς μητρὸς, νόμῳ καὶ, etc. « Ut matre, et juxta legem, et supra legem generationis. »

(2) Ἄλλους χριστούς. « Aliis christis, » id est, « regibus et pontificibus, » qui unctionis consortes, « uncti » dicuntur, juxta illud ps. XLIV, « Unxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. » Verum isti non nisi per gratiam sanctificantur, cum unctionem sacram accipiunt; « in Christo autem, » ut ait Billius, « ipsissima divinitatis præsentia locum unctionis tenebat. »

(3) Ἄνθρωπον ἀκοῦσαι. Ob unionem divinæ ac humanæ naturæ in una persona, et « homo » vocatur « Deus, » et « Deus » appellatur « homo. »

(4) Ἀρχιερεύς, etc. Talis est pontifex noster Christus, qui nos Patri conciliat, « per quem, » ut ait Apostolus, Rom. V, 2, « habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, » etc.

(5) Ἀγενεαλόγητος, etc. « Cujus divina generatio est ineffabilis. »

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ὡς *βασιλεὺς δικαιοσύνης*, καὶ ὡς ἀποδεκατῶν πατριάρχας κατὰ τῶν πονηρῶν δυνάμεων ἀριστεύοντας. Ἔχεις τὰς τοῦ Υἱοῦ προσηγορίας· βάδιζε δι' αὐτῶν· ὅσαι τε ὑψηλαί, θεϊκῶς (6), καὶ ὅσαι σωματικαί, συμπαθῶς· μᾶλλον δὲ ὅλον θεϊκῶς, ἵνα γένῃ Θεὸς κάτωθεν ἀνελθών, διὰ τὸν κατελθόντα δι' ἡμᾶς ἄνωθεν. Ἐπὶ πᾶσι, καὶ πρὸ πάντων, ἐκεῖνο τήρει· καὶ οὐκ ἂν σφαλείης ἐν τοῖς ὑψηλοτέροις ἢ ταπεινοτέροις ὀνόμασιν. Ἰησοῦς Χριστὸς, χθὲς καὶ σήμερον σωματικῶς, ὁ αὐτὸς πνευματικῶς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Pontifex [13], ut oblator : Melchisedech [14], ut matris expers, quod ad naturam illam nostra excelsiorem attinet, patre autem carens, quantum ad nostram : tum etiam quia sublimitus absque genealogia est. (*Generationem enim illius*, inquit, *quis enarrabit* [15]?) Ac præterea, ut *Rex Salem* [16], hoc est, *pacis*, et *Rex justitiæ*, ac denique ut a patriarchis adversus pestiferas potestates strenue rem gerentibus, decimas accipiens. Habes Filii appellationes. Per eas incede; per eas, inquam, omnes, quæ sublimes sunt, divine, per corporeas autem, humane : imo vero prorsus divine, ut ex imis hisce ascendens, flas Deus propter eum, qui propter nos de supernis descendit. Præter omnia. et ante omnia, illud serva : nec aut in sublimioribus, aut abjectioribus nominibus errabis. Jesus Christus, heri et hodie corporaliter, idemque spiritualiter, et in sæcula sæculorum. Amen.

[13] Hebr. VI, 20. [14] Hebr. VII, 1. [15] Isa. LIII, 8. [16] Hebr. VII, 2.

(6) *Θεϊκῶς*. « Divine, » id est, « ratione Deo consentanea. »

ΛΟΓΟΣ ΛΑ'.

ΘΕΟΛΟΓΙΚΟΣ ΠΕΜΠΤΟΣ.

Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

ORATIO XXXI[a].

THEOLOGICA QUINTA.

De Spiritu sancto.

Α'. Ὁ μὲν δὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος, τοιοῦτος (7)· καὶ οὕτω διαπέφευγε τοὺς λιθάζοντας, διελθὼν διὰ μέσου (8) αὐτῶν. Ὁ λόγος γὰρ οὐ λιθάζεται, λιθοβολεῖ δὲ, ὅταν ἐθέλῃ, καὶ σφενδονᾷ θηρία, λόγους κακῶς τῷ ὄρει προσβαίνοντας (9). Τί δ' ἂν εἴποις, φασὶ, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος; πόθεν ἡμῖν ἐπεισάγεις, ξένον θεὸν καὶ ἄγραφον; Τοῦτο ἤδη καὶ οἱ περὶ τὸν Υἱὸν μετριάζοντες. Ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ὁδῶν εὑρεῖν ἔστι καὶ τῶν ποταμῶν, σχίζονταί τε ἀπ' ἀλλήλων, καὶ εἰς ἄλληλα συναγονται· τοῦτο κἀνταῦθα συμβαίνει, διὰ τὸν πλοῦτον τῆς ασεβείας, καὶ τοὺς τὰ ἄλλα διεστῶτας ἐν ἄλλοις συμφέρεσθαι, ὥστε μηδὲ γινώσκειν καθαρῶς δύνασθαι τὸ συμφέρον, ἢ τὸ μαχόμενον.

I. Ac de Filio quidem talis est nostra oratio : atque ad hunc modum lapidantium impetum effugit, per medium ipsorum transiens. Oratio quippe non lapidatur : verum lapides ipsa, cum lubet, jacit, ac belluas, hoc est, sermones, male ad montem ascendentes [17], funda insectatur. Sed de Spiritu sancto, inquiunt, quid dixeris? Unde nobis peregrinum Deum, nulloque Scripturæ loco proditum introducis? Atque hoc illi quoque objiciunt, qui de Filio moderatius sentiunt. Nam quod in viis et fluviis reperire est, ut a se invicem secentur, ac rursus inter se coeant; idem hic quoque (tanta est impietatis ubertas et copia!) usu venit, ut, qui in aliis rebus inter se dissident, in quibusdam rursus consentiant, ita ut ne plane quidem intelligi ac qua contendant.

Β'. Ἔχει μὲν οὖν τι καὶ δυσχερὲς ὁ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγος, οὐ μόνον ὅτι ἐν τοῖς περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγοις ἀποκαμόντες οἱ ἄνθρωποι, θερμότερον τῷ Πνεύματι προσπαλαίουσι (χρὴ γάρ τι πάντως αὐτοὺς ἀσεβεῖν, ἢ οὐδὲ βιωτός ἐστιν αὐτοῖς ὁ βίος), ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμεῖς τῷ πλήθει τῶν ζητημάτων ἀποκναισθέντες (10), ταυτὸν (11) πάσχομεν τοῖς κακοσίτοις· οἱ ἐπειδὰν πρός τι τῶν βρωμάτων ἀηδισθῶσι, πρὸς πάντα λόγον ὁμοίως, ὥσπερ ἐκεῖνοι πρὸς τροφὴν, δυσχεραίνομεν. Ὅμως διδότω τὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ λόγος δραμεῖται, καὶ ὁ Θεὸς δοξασθήσεται. Τὸ μὲν οὖν ἐπιμελῶς ἐξετάζειν καὶ διαιρεῖσθαι, ποσαχῶς ἢ τὸ

II. Et quidem in hac de Spiritu sancto disputatione, nonnihil inest difficultatis et molestiæ, non hoc solum nomine, quod homines in sermonibus de Filio fracti ac debilitati, acrioribus animis adversus Spiritum luctantur (omnino enim eos aliqua in re impios se præbere necesse est, aut no vitalis quidem, ut dici solet, ipsi vita est), verum etiam quia nos quoque, quæstionum multitudine fatigati et enecti, similes sumus iis, qui ciborum fastidio laborant. Quemadmodum enim illi, postquam alicujus cibi fastidium contraxerunt, omnes quoque cibos aversantur, eodem quoque modo nos ex unius

[17] Exod. XIX, 12.

[a] Alias XXXVII; quæ autem 31 erat, nunc 37. — Habita anno 380.

(7) *Τοιοῦτος*. Duo Regg., τ' αὐτοῦτος.

(8) *Διὰ μέσου*. Alludit ad hæc Lucæ, IV, 30, « Per mediam illorum ibat. »

(9) *Προσβαίνοντας*. Vulgata versio, « accedentes. »

(10) *Ἀποκναισθέντες*. Budæus, « enecti, vexati, gravati. »

(11) *Ταυτόν*. Duo Regg., τ' αὐτό.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

disputationis tædio ad omnes disputationes æque nauseamus. Det tamen Spiritus ; et oratio curret, Deique gloria celebrabitur. Enimvero quot modis, vel *Spiritus*, vel *Sanctus*, apud Scripturam sacram intelligatur et dicatur, accurate excutere atque distinguere, commodumque cuique speculationi testimonium adhibere , quodque etiam peculiari quodammodo id, quod ex utroque connexum est, nimirum Spiritus sanctus, accipiatur, dicere supersedebimus, aliisque, qui hæc et sibiipsis, et nobis, quemadmodum nos quoque ista ipsis, pertractarunt, hoc muneris relinquemus. Nos autem ad ea, quæ deinceps sequuntur, orationem convertemus.

A Πνεῦμα (12), ἢ τὸ Ἅγιον (13), παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ νοεῖται καὶ λέγεται, μετὰ τῶν (14) προσφόρων τῇ θεωρίᾳ μαρτυριῶν, καὶ ὅτι παρὰ ταῦτα ἰδιοτρόπως τὸ ἐξ ἀμφοῖν συνημμένον, λέγω δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἑτέροις (15) παρήτομεν, οἱ καὶ ἑαυτοῖς, καὶ ἡμῖν ταῦτα πεφιλοσοφήκασιν, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ταῦτα ἐκείνοις (16). Αὐτοὶ δὲ πρὸς τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου τρεψόμεθα.

III. Atque illi quidem, qui perinde ac si nos peregrinum quemdam et ascriptitium Deum invehamus, animo discruciantur, acriterque pro littera contendunt; sciant se illic timere, ubi non est timor [18], studiumque erga litteram suum nihil aliud, quam impietatis obtentum esse aperte cognoscant, ut paulo post ostendetur, cum objectiones eorum pro virili nostra refutaverimus. Nos vero tanta deitatis Spiritus sancti, quem colimus, fiducia nitimur, ut hinc etiam a deitate orationis initium ducturi simus, easdem Trinitati voces accommodantes, etsi id audacius fortasse nonnullis videri queat: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Pater. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, Filius. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum* [19], alius Paracletus. **558** Erat, et erat, et erat : sed unum erat. Lux, et lux, et lux : sed lux una, Deus unus. Atque hoc illud est, quod David quoque ipse ante animo informavit, cum diceret : *In lumine tuo videbimus lumen* [20]. Nunc autem nos, et perspeximus, et prædicamus, ex luce Patre, lucem Filium, in luce Spiritu sancto percipientes, quæ est compendiaria ac simplex divinæ Trinitatis confessio. Qui rejicit, rejiciat ; qui inique agit, inique agat [21] ; nos, quod intelleximus, prædicamus. In montem excelsum ascendemus [22], et clamabimus, si quidem ex inferiori loco minus au-

Γ'. Οἱ μὲν οὖν, ὡς ξένον τινὰ θεὸν καὶ παρέγγραπτον εἰσαγόντων ἡμῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δυσχεραίνοντες, καὶ σφόδρα προπολεμοῦντες τοῦ γράμματος, ἑστωσαν ἐκεῖ φοβούμενοι φόβον, οὗ μή ἐστι φόβος, καὶ σαφῶς γινωσκέτωσαν, ὅτι ἔνδυμα τῆς ἀσεβείας ἐστὶν αὐτοῖς ἡ φιλία τοῦ γράμματος, ὡς δειχθήσεται μικρὸν ὕστερον, ἐπειδὰν τὰς ἐνστάσεις αὐτῶν εἰς δύναμιν διελέγξωμεν. Ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον θαῤῥοῦμεν τῇ θεότητι τοῦ Πνεύματος, ὃ πρεσβεύομεν (17), ὥστε καὶ τῆς θεολογίας ἐντεῦθεν ἀρξόμεθα (18), τὰς αὐτὰς τῇ Τριάδι φωνὰς ἐφαρμόζοντες, κἂν τισι δοκῇ τολμηρότερον. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Πατήρ. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ Υἱός. Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ὁ ἄλλος Παράκλητος. Ἦν, καὶ ἦν, καὶ ἦν· ἀλλ' ἓν ἦν. Φῶς, καὶ φῶς, καὶ φῶς· ἀλλ' ἓν φῶς, εἷς Θεός. Τοῦτό ἐστιν ὃ καὶ Δαβὶδ πρότερον ἐφαντάσθη, λέγων· *Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς*. Καὶ νῦν ἡμεῖς καὶ τεθεάμεθα, καὶ κηρύσσομεν, ἐκ φωτὸς τοῦ Πατρὸς, φῶς καταλαμβάνοντες τὸν Υἱὸν, ἐν φωτὶ τῷ Πνεύματι, σύντομον καὶ ἀπέριττον τῆς Τριάδος θεολογίαν (19). Ὁ ἀθετῶν ἀθετείτω, ὁ ἀνομῶν ἀνομείτω· ἡμεῖς δ νενοήκαμεν, κηρύσσομεν (20). Ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν ἀναβησόμεθα, καὶ βοήσομεν, εἰ μὴ κάτωθεν ἀκουοίμεθα. Ὑψώσομεν τὸ Πνεῦμα, οὐ φοβηθησό-

[18] Psal. xiii, 5. [19] Joan. i, 9. [20] Psal. xxxv, 10. [21] Isa. xxi, 2. [22] Isa. xl, 9.

(12) *Τὸ Πνεῦμα.* Hunc locum sic exponit Elias : « Spiritus vocatur et ipse Pater, ut cum dicitur, Joan. iv, 24 : « Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in Spiritu et veritate oportet adorare. » Spiritus etiam Filius, ut Thren. iv, 20 : « Spiritus oris nostri Christus Dominus. » At maxime proprie Spiritus vocatur, sanctus ille Spiritus, de quo Joan. xv, 26 : « Cum venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit. » Sumitur etiam hoc vocabulum pro dono, juxta illud Pauli, Rom. viii, 15 : « Accepistis Spiritum adoptionis. » Angeli etiam spiritus dicuntur, ut ps. ciii, 4 : « Qui facis angelos tuos spiritus. » Animus quoque spiritus vocatur, ut psal. xxx, 6 : « In manus tuas commendo spiritum meum. » Usurpatur item pro vento, ut psal. cxlvii, 7 : « Flabit spiritus tuus, et fluent aquæ. » Spiritus item dicitur id quod litteræ opponitur, ut in hoc Apost. loco, II Cor. iii, 6 : « Littera enim occidit, spiritus autem vivificat. » Diabolus quoque spiritus vocatur, ut Matth. xii, 43 : « Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, etc. »

(13) *Τὸ Ἅγιον.* « Spiritus a Patre procedens, » inquit Elias, « proprie dicitur sanctus, utpote qui sanctificet, ac sanctitatis fons sit. Per abusum vero, et angelis, et sanctis tribuitur, itemque omnibus, quæ per Spiritus sancti participationem sanctificantur. Id quoque sanctum dicitur, quod segregatum est, ut in isto loco Exodi xix, 6 : « Vos eritis mihi gens sancta, etc. »

(14) *Μετὰ τῶν*, etc. « Adhibitis convenientibus huic disputationi testimoniis. »

(15) *Ἑτέροις.* Basilium et Gregorium intelligit Elias.

(16) *Ταῦτα ἐκείνοις.* Hanc lectionem tuetur Billius. Savilius autem legendum contendit, ταυτά, « eadem, » et subintelligit, φιλοσοφοῦμεν.

(17) *Ὃ πρεσβεύομεν.* Reg. a et Or. 1, ᾧ πρεσβεύομεν.

(18) *Ἀρξόμεθα.* Comb., ἀρχόμεθα.

(19) *Θεολογίαν.* « Theologia. » Coisl. 1, ὁμολογίαν, « confessio. » Sic legit Billius.

(20) *Κηρύσσομεν.* Plures codices præmittunt, καί.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μεθα. Εἰ δὲ καὶ φοβηθησόμεθα, ἡσυχάζοντες, οὐ κηρύσσοντες.

Δ'. Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Πατήρ, ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Εἰ ἦν ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός, ἦν ὅτε οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (21). Εἰ τὸ ἓν ἦν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ τὰ τρία ἦν (22). Εἰ τὸ ἓν κάτω βάλλεις, τολμῶ, καὶ λέγω, μηδὲ τὰ δύο θῇς ἄνω (23). Τίς γὰρ ἀτελοῦς θεότητος ὄνησις; Μᾶλλον δὲ τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία (24); Τελεία δὲ πῶς, ἥ λείπει τι πρὸς τελείωσιν; Λείπει δέ πως, μὴ ἐχούσῃ τὸ ἅγιον. Ἔχοι δ' ἂν πῶς, μὴ τοῦτο ἔχουσα; Εἰ γὰρ (25) ἄλλη τις παρὰ τοῦτο ἡ ἁγιότης, καὶ ἥτις αὕτη νοεῖται, λεγέτω τις· ἢ εἴπερ ἡ αὐτὴ, πῶς οὐκ ἀπ' ἀρχῆς; ὥσπερ (26) ἄμεινον ὂν τῷ Θεῷ, εἶναί ποτε ἀτελεῖ, καὶ δίχα τοῦ Πνεύματος. Εἰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς ἦν, μετ' ἐμοῦ τέτακται, καὶ εἰ μικρὸν πρὸ ἐμοῦ· χρόνῳ γὰρ ἀπὸ Θεοῦ (27) τεμνόμεθα. Εἰ τέτακται μετ' ἐμοῦ, πῶς ἐμὲ ποιεῖ θεόν; ἢ πῶς συνάπτει θεότητι;

A diamur. Spiritum efferemus, non metuemus. Quod si etiam metuemus, id ita erit, ut quiescere, non prædicare, metuamus.

IV. Si fuit tempus cum non esset Pater, fuit quoque cum non esset Filius. Si fuit tempus cum non esset Filius, fuit quoque cum ne Spiritus quidem esset. Si unum a principio erat, utique et tria. Si unum dejicis, audax hoc dicam, ne duo quidem superiore loco colloces. Quæ enim imperfectæ deitatis utilitas? Imo quæ deitas, si imperfecta? Perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideretur? Desideratur enim, si sanctitate careat. Hanc porro quomodo habere queat ni Spiritum habeat? Si enim alia quædam præter illum sanctitas est, quæ tandem illa intelligenda B sit dicat quispiam: aut, si quidem eadem hæc est, quid afferri potest, quamobrem non jam inde a principio fuerit? Quasi vero præstiterit Deo, aliquando imperfectum exstitisse, ac Spiritus expertem. Si a principio non erat, meæ classis atque ordinis est, etiamsi me nonnihil antecedat. Temporis enim interstitio a Deo dirimimur. Porro si ejusdem mecum classis est, quo pacto me deum efficit? aut quo pacto cum deitate conjungit?

Ε'. Μᾶλλον δὲ φιλοσοφήσω σοι περὶ αὐτοῦ μικρὸν ἄνωθεν· περὶ Τριάδος γὰρ καὶ πρότερον διειλήφαμεν. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Σαδδουκαῖοι μὲν οὐδὲ εἶναι τὸ παράπαν ἐνόμισαν· οὐδὲ γὰρ ἀγγέλους, οὐδὲ ἀνάστασιν· οὐκ οἶδ' ὅθεν τὰς τοσαύτας περὶ αὐτοῦ μαρτυρίας ἐν τῇ Παλαιᾷ διαπτύσαντες. Ἑλλήνων δὲ οἱ θεολογικώτεροι, καὶ μᾶλλον ἡμῖν προσεγγίσαντες, ἐφαντάσθησαν μέν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ· περὶ δὲ τὴν κλῆσιν διηνέχθησαν, νοῦν τοῦ παντὸς, καὶ τὸν θύραθεν νοῦν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύσαντες. Τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς σοφῶν (28), οἱ μὲν ἐνέργειαν τοῦτο ὑπέλαβον, οἱ δὲ κτίσμα, οἱ δὲ Θεὸν, οἱ δὲ οὐκ ἔγνωσαν ὁπότερον τούτων, αἰδοῖ τῆς Γραφῆς (29), ὡς φασιν, ὡς οὐδὲν ἕτερον (30) σαφῶς δηλωσάσης. Καὶ διὰ τοῦτο, οὔτε σέβουσιν, οὔτε ἀτιμάζουσι, μέσως πως περὶ αὐτοῦ διακείμενοι, μᾶλλον δὲ καὶ λίαν ἀθλίως. Καὶ τῶν Θεὸν ὑπειληφότων, οἱ μὲν ἄχρι διανοίας εἰσὶν εὐσεβεῖς, οἱ δὲ τολμῶσιν εὐσεβεῖν καὶ τοῖς χείλεσιν. Ἄλλων δὲ ἤκουσα μετρούντων θεότητα σοφωτέρων (31), οἳ τρία μὲν εἶναι καθ' ἡμᾶς ὁμολογοῦσι τὰ νοούμενα, τοσοῦτον δὲ ἀλλήλων διέστησαν, ὡς τὸ μὲν, καὶ οὐσίᾳ καὶ δυνάμει ποιεῖν ἀόριστον· τὸ δὲ, δυνάμει μὲν, οὐκ οὐσίᾳ δέ· τὸ δὲ ἀμφοτέροις περιγραπτόν· ἄλλον τρόπον μιμούμενοι, τοὺς δημιουργὸν, καὶ συνεργὸν, καὶ λειτουργὸν ὀνομάζοντας, καὶ τὴν ἐν τοῖς ὀνόμασι τάξιν καὶ χάριν, τῶν πραγμάτων (32) ἀκολουθίαν εἶναι νομίζοντας (33).

V. Sed operæ pretium facturum me puto, si de eo altius aliquanto disputationem repetam. Nam de Trinitate prius jam a nobis est pertractatum. Spiritum sanctum Sadducæi penitus non esse censuerunt; quemadmodum nec angelos, nec resurrectionem: quibus haud scio quid acciderit, ut tot ac tanta de eo in Instrumento Veteri testimonia pro nihilo haberent. Qui autem apud ethnicos theologiæ C laude magis excelluerunt, **559** propiusque ad nos accesserunt, per imaginem quamdam ipsum, meo quidem judicio, conceperunt, tametsi in nomine dissenserint, Universitatis nempe mentem, et extrinsecam mentem, aliisque id genus nominibus eum appellantes. Nostrates vero sapientes, partim vim quamdam et facultatem ipsum existimarunt, partim creaturam, partim Deum, partim, utro potius nomine vocandus esset, minime certum et exploratum habuerunt, ea, ut aiunt, ratione ducti, quod Scriptura neutrum horum plane aperteque demonstrasset. Ac proinde nec ipsum venerantur, nec contemnunt, sed medio quodam modo, vel potius misere perditeque erga eum affi- D ciuntur. Ex his porro qui Deum ipsum credunt, alii animo tenus pii atque orthodoxi sunt; alii labiis quoque ipsis pietatem profiteri non verentur. Alios etiam quosdam sapientiores audivi, qui divinitatem metiuntur, ac tria quidem, perinde ac nos, intelligi

(21) *Τὸ ἅγιον.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(22) *Ἦν.* Deest in duobus Regg. quinque Colb. Comb. et Bas.

(23) *Ἄνω.* Par. ed. addit, λέγειν, quod auctoritate melioris notæ codicum erasimus.

(24) *Τίς θεότης, εἰ μὴ τελεία;* Coisl. 1 habet, τίς θεότητος ἡμιτελεία; « Quæ deitatis imperfectio? »

(25) *Εἰ γάρ.* Plures Regg. quinque Colb. et Comb. ἢ γάρ. « Aut enim est alia quædam sanctitas. »

(26) *Ὥσπερ.* Sic codd. Mendose in ed., ὅσπερ.

(27) *Ἀπὸ Θεοῦ.* Duo Colb. ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

(28) *Τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς σοφῶν.* « Nostrates sapientes. » Bill. « nostræ ætatis. » Gregorius hic ethnicis opponit sapientes, qui, etsi Christianam religionem profiteantur, erroribus tamen circa Trinitatem imbuuntur; non autem prfiscæ ætatis sapientes.

(29) *Αἰδοῖ τῆς Γραφῆς.* « Ob S. S. reverentiam. »

(30) *Οὐδὲν ἕτερον.* Reg. b et quinque Colb. οὐδ' ἕτερον.

(31) *Σοφωτέρων.* In nonnullis, σοφώτερον, « sapientius. »

(32) *Τῶν πραγμάτων.* « Per res » significat Gregorius « naturarum discrimen. »

(33) *Νομίζοντας.* Comb. νομίζοντες.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

confitentur, sed ea ita inter se disjungunt, ut unum eorum et essentia et potestate, infinitum statuant, alterum potestate, non item essentia, postremum utroque circumscriptum. Sic alio quodam modo eos imitantur, qui opificem, et cooperarium, et ministrum nominant, atque ordinem et gratiam, quæ nominibus inest, rerum quoque seriem esse arbitrantur.

VI. Nos vero, nec cum iis, qui ne Spiritum quidem esse censent, nec cum nugatoribus ethnicis verba illa commutabimus. Absit enim ut peccatorum oleo sermonem nostrum impingnemus [33]. Cum cæteris autem ad hunc modum disputabimus: Spiritus sanctus, vel ex eorum numero, quæ per se subsistunt, omnino statuendus est, vel inter ea collocandus, quæ in alio considerantur; quorum alterum substantiam, alterum accidens vocant, qui harum rerum scientiam callent. Ac si quidem accidens, vis utique et facultas quædam Dei fuerit. Quid enim aliud, aut cujus? Hoc profecto magis consentaneum, compositionisque expers. Si vis et facultas, agetur haud dubie, non aget: simulque, ut actus fuerit, desinet. Ejusmodi quippe est actus natura. Qui fit ergo, ut agat ipse, atque hæc et illa dicat, et segreget [34], et contristetur [35], et ad iram incitetur, et quæcunque rei motu agitatæ perspicue sunt, non autem motionis ipsius? Sin autem substantia est, non accidens, vel creatura censebitur, vel Deus. Medium enim aliquid inter hæc, aut quod neutrius particeps sit, aut ex utroque compositum **560** atque conflatum, ne ii quidem, qui tragelaphos confinxerunt, intelligere queant. Si creatura, quomodo in eum credimus, aut in eo perficimur? Neque enim idem est, credere in aliquid, et credere de aliquo. Illud enim divinitati convenit, hoc cuilibet rei. Si autem Deus, certe nec creatura est, nec factura, nec conservus, nec denique ullum aliud humile atque abjectum nomen.

A Ϛ'. Ἡμῖν δὲ πρὸς μὲν τοὺς οὐδὲ εἶναι ὑπειληφότας, οὐδεὶς (34) λόγος, ἢ τοὺς ληροῦντας ἐν Ἕλλησιν. Μηδὲ γὰρ ἁμαρτωλῶν ἐλαίῳ πιανθείημεν εἰς τὸν λόγον. Πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους οὕτω διαλεξόμεθα (35)· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ τῶν καθ' ἑαυτὸ (36) ὑφεστηκότων, πάντως ὑποθετέον, ἢ τῶν ἐν ἑτέρῳ θεωρουμένων· ὧν τὸ μὲν, οὐσίαν καλοῦσιν οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ, τὸ δὲ, συμβεβηκός. Εἰ μὲν οὖν συμβέβηκεν, ἐνέργεια τοῦτο ἂν εἴη Θεοῦ. Τί γὰρ ἕτερον, ἢ τίνος; τοῦτο γάρ πως μᾶλλον, καὶ φεύγει σύνθεσιν. Καὶ εἰ ἐνέργεια, ἐνεργηθήσεται δηλονότι (37), οὐκ ἐνεργήσει, καὶ ὁμοῦ τῷ ἐνεργηθῆναι, παύσεται. Τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐνέργεια. Πῶς οὖν ἐνεργεῖ, καὶ τάδε λέγει, καὶ ἀφορίζει, καὶ λυπεῖται, καὶ παροξύνεται, καὶ ὅσα κινουμένου σαφῶς B ἐστιν, οὐ κινήσεως; Εἰ δὲ οὐσία τις, οὐ τῶν περὶ τὴν οὐσίαν, ἤτοι κτίσμα ὑποληφθήσεται (38), ἢ Θεός· μέσον γάρ τι τούτων, ἤτοι μηδετέρου μετέχον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν σύνθετον, οὐδ' ἂν οἱ τοὺς τραγελάφους πλάττοντες ἐννοήσαιεν. Ἀλλ' εἰ μὲν κτίσμα, πῶς εἰς αὐτὸ πιστεύομεν, ἢ ἐν αὐτῷ τελειούμεθα; οὐ γὰρ ταυτόν ἐστι πιστεύειν εἴς τι, καὶ περὶ αὐτοῦ πιστεύειν. Τὸ μὲν γάρ ἐστι θεότητος, τὸ δὲ παντὸς πράγματος. Εἰ δὲ Θεὸς, ἀλλ' οὐ κτίσμα, οὐδὲ ποίημα, οὐδὲ σύνδουλον, οὐδ' ὅλως τι τῶν ταπεινῶν ὀνομάτων.

VII. Jam lingua tua ad disputandum prosiliat, C fundæ jactentur, argumenta nectantur. Aut ingenitus omnino est, inquis, aut genitus. Si ingenitus, ergo duo erunt principii expertes. Si autem genitus, rursus subdividis: aut ex Patre genitus est, aut ex Filio. Si ex Patre, duo igitur sunt Filii ac fratres. Gemellos etiam finge, si lubet, aut alterum natu majorem, alterum minorem; cum ita corporeis rebus immersus es. Si autem ex Filio, jam nobis, inquies, nepos Deus exstitit. Quo quid absurdius fingi possit? Hæc homines ad malefaciendum sapientes [36] et ingeniosi, bona autem scribere recusantes. Ego vero, si divisionem hanc necessariam viderem, res ipsas profecto excepissem, nomina nihil veritus. Non enim, quia secundum excelsiorem quamdam relationem Filius est Filius (quod D videlicet aliter, quam hoc modo, indicare nequeamus id quod ex Deo est, essentiaque idem cum ipso), idcirco terrena quoque omnia cognationisque nostræ nomina ad Deum necessario transferenda esse putandum est. Alioqui, quid impedit, quomi-

Ζ'. Ἐνταῦθα σὸς ὁ λόγος, αἱ σφενδόναι πεμπέσθωσαν, οἱ συλλογισμοὶ πλεκέσθωσαν. Ἢ ἀγέννητον πάντως, ἢ γεννητόν. Καὶ εἰ μὲν ἀγέννητον, δύο τὰ ἄναρχα. Εἰ δὲ γεννητὸν, ὑποδιαίρει (39) πάλιν· ἢ ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦτο, ἢ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τοῦ Πατρὸς, Υἱοὶ δύο καὶ ἀδελφοί. Σὺ δέ μοι πλάττε καὶ διδύμους, εἰ βούλει, ἢ τὸν μὲν πρεσβύτερον, τὸν δὲ νεώτερον· ἐπειδὴ λίαν εἶ φιλοσώματος. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, πέφηνε, φησὶ, καὶ υἱωνὸς ἡμῖν Θεός· οὗ τί ἂν γένοιτο παραδοξότερον; ταῦτα μὲν οὖν οἱ σοφοὶ τοῦ κακοποιῆσαι, τὰ δὲ ἀγαθὰ γράφειν οὐ θέλοντες. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν εἶδον ἀναγκαίαν τὴν διαίρεσιν, ἐδεξάμην ἂν τὰ πράγματα, οὐ φοβηθεὶς τὰ ὀνόματα. Οὐ γὰρ, ἐπειδὴ κατά τινα σχέσιν ὑψηλοτέραν Υἱὸς ὁ Υἱὸς (40), οὐ δυνηθέντων ἡμῶν ἄλλως, ἢ οὕτως ἐνδείξασθαι τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ ὁμοούσιον, ἤδη καὶ πάσας οἰητέον ἀναγκαῖον εἶναι τὰς κάτω κλήσεις, καὶ τῆς ἡμετέρας συγγενείας (41), μεταφέρειν ἐπὶ τὸ θεῖον. Ἢ τάχα ἂν σύ γε καὶ ἄῤῥενα τὸν Θεὸν ἡμῖν ὑπολάβοις, κατὰ τὸν λόγον τοῦτον, ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, καὶ Πατήρ; καὶ θῆλύ τι (42) τὴν θεότητα, ὅσον ἐπὶ ταῖς (43) κλή-

[33] Psal. cxl, 5. [34] Act. xiii, 2. [35] Ephes. iv, 30. [36] Jerem. iv, 22.

(34) *Οὐδείς.* Duo Regg. οὐδὲ εἷς.
(35) *Διαλεξόμεθα.* Comb. διαλεξώμεθα.
(36) *Καθ' ἑαυτό.* Comb. καθ' ἑαυτά.
(37) *Δηλονότι.* Comb. μᾶλλον, « potius. »
(38) *Ὑποληφθήσεται.* Or. 1, ὑπολειφθήσεται.
(39) *Ὑποδιαίρει.* Reg. Cypr. ὑποδιαιρήσει.
(40) *Ὁ Υἱός.* Montac. addit, λέγεται.
(41) *Συγγενείας.* « Cognationis nostræ nomina, » ut sunt vocabula « fratris et nepotis. »
(42) *Τί.* Deest in Reg. a.
(43) *Ταῖς.* Coisl. 1 addit, σαῖς.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σεσι; καὶ τὸ Πνεῦμα οὐδέτερον, ὅτι μὴ γεννητικόν; Εἰ δέ σοι καὶ τοῦτο παιχθείη, τῇ ἑαυτοῦ θελήσει τὸν Θεὸν συγγενόμενον, κατὰ τοὺς παλαιοὺς λήρους καὶ μύθους, γεννήσασθαι τὸν Υἱόν, εἰσήχθη τις ἡμῖν καὶ Μαρκίωνος, καὶ Βαλεντίνου (44) Θεὸς ἀρρενόθηλυς, τοῦ τοὺς καινοὺς αἰῶνας ἀνατυπώσαντος.

A nus eadem ratione masculum, Deum nostrum existimes, quoniam Deus et Pater nominatur? Ac femineum quiddam, Deitatem, quantum quidem ex vocis genere æstimari potest? Et denique Spiritum, neutrum, quoniam nihil gignit? Quod si juxta veteres fabulas et nugas hoc quoque modo luseris, ut dicas, Deum cum voluntate sua congressum Filium genuisse, Marcionis quidem ac Valentini, qui novos æonas commentus est, hermaphroditum quemdam Deum induxeris.

Η'. Ἐπεὶ δέ σου τὴν πρώτην διαίρεσιν οὐ δεχόμεθα, τὴν μηδὲν ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον ὑπολαμβάνουσαν, αὐτίκα οἰχήσονταί σοι μετὰ τῆς σεμνῆς διαιρέσεως οἱ ἀδελφοὶ καὶ οἱ υἱωνοί, ὥσπερ τινὸς δεσμοῦ πολυπλόκου τῆς πρώτης ἀρχῆς διαλυθείσης (45), συνδιαλυθέντες, καὶ τῆς θεολογίας ὑποχωρήσαντες. Ποῦ γὰρ θήσεις τὸ ἐκπορευτὸν, εἰπέ μοι, μέσον ἀναφανὲν τῆς σῆς (46) διαιρέσεως, καὶ παρὰ B κρεῖσσονος ἢ κατὰ σὲ θεολόγου, τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, εἰσαγόμενον (47); Εἰ μὴ τὴν φωνὴν ἐκείνην τῶν σῶν ἐξείλες Εὐαγγελίων, διὰ τὴν τρίτην σου Διαθήκην, τὸ *Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*· ὃ καθ' ὅσον μὲν ἐκεῖθεν ἐκπορεύεται, οὐ κτίσμα· καθ' ὅσον δὲ οὐ γεννητὸν, οὐχ Υἱός· καθ' ὅσον δὲ ἀγεννήτου καὶ γεννητοῦ μέσον, Θεός. Καὶ οὕτω (48) σου τὰς τῶν συλλογισμῶν ἄρκυς διαφυγὼν (49), Θεὸς ἀνεπέφηνε, τῶν σῶν διαιρέσεων ἰσχυρότερος (50). Τίς οὖν ἡ ἐκπόρευσις; Εἰπὲ σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρὸς, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ φυσιολογήσω, καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος, καὶ παραπληκτίσομεν (51) ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες· καὶ ταῦτα τίνες; Οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν εἰδέναι δυνάμενοι, μηδὲ ψάμμον θαλασσῶν, καὶ σταγόνας ὑετοῦ, C καὶ ἡμέρας αἰῶνος ἐξαριθμεῖσθαι, μὴ ὅτι γε Θεοῦ βάθεσιν ἐμβατεύειν, καὶ λόγον ὑπέχειν τῆς οὕτως ἀῤῥήτου καὶ ὑπὲρ λόγον φύσεως.

VIII. Quoniam porro divisionem tuam primam, qua inter ingenitum et genitum nihil medium esse arbitraris, haudquaquam admittimus, protinus tibi cum præclara tua divisione fratres illi et nepotes peribunt, ut qui, primo illo disputationis tuæ capite, quasi multiplicis cujusdam nexus initio primo soluto, simul quoque soluti ac dilapsi **561** sint, atque a divinitatis doctrina sese subduxerint. Ubi enim, quæso, pones id, quod procedit, quod quidem inter duas divisionis tuæ partes interjectum esse constat, atque a theologo, multo te præstantiori, nimirum a Salvatore nostro, introducitur? Nisi forte, propter tertium tuum Testamentum, vocem illam ex Evangeliis sustuleris, *Spiritus sanctus, qui a Patre procedit* [57]; qui, quatenus ab illo procedit, creatura non est: quatenus rursus genitus non est, Filius non est: quatenus autem inter ingenitum et genitum medius est, Deus est. Atque ita vitatis syllogismorum tuorum laqueis, Deus manifeste apparuit, divisionibus tuis firmior et valentior. Quæ ergo est hæc processio? inquies. Dic tu quæ Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem, et Spiritus processionem explicare aggrediar, quo fiet ut ambo deliremus, in Dei mysteria oculos injicientes: idque qui tandem? Nempe qui ne ea quidem, quæ ante pedes sunt, scire, nec arenam maris, aut pluviæ guttas, et dies sæculi enumerare possumus, nedum in Dei profunda penetrare, naturæque adeo arcanæ, atque omnem orationis facultatem usque adeo superantis rationes reddere.

Θ'. Τί οὖν ἐστι, φησὶν, ὃ λείπει τῷ Πνεύματι, πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν (52); Εἰ γὰρ μὴ λεῖπόν τι ἦν, Υἱὸς ἂν ἦν. Οὐ λείπειν φαμέν· οὐδὲ γὰρ ἐλλειπὴς (53) Θεός· τὸ δὲ τῆς ἐκφάνσεως (54), ἵν' οὕτως εἴπω, ἢ τῆς πρὸς ἄλληλα σχέσεως διάφορον, διάφορον αὐτῶν καὶ τὴν κλῆσιν πεποίηκεν. Οὐδὲ γὰρ τῷ Υἱῷ λείπει τι (55) πρὸς τὸ εἶναι Πατέρα (οὐδὲ γὰρ ἔλλειψις ἡ υἱότης), ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο Πατήρ. Ἢ οὕτω γε καὶ τῷ Πατρὶ λείπει τι πρὸς τὸ εἶναι Υἱόν (56)· οὐ γὰρ Υἱὸς ὁ Πατήρ. Ἀλλ' οὐκ ἐλλείψεως ταῦτά D πόθεν, οὐδὲ τῆς κατὰ τὴν οὐσίαν ὑφέσεως· αὐτὸ δὲ τὸ, *Μὴ γεγεννῆσθαι* (57), *καὶ τὸ γεγεννῆσθαι*, καὶ τὸ *ἐκπορεύεσθαι*, τὸν μὲν Πατέρα, τὸν δὲ Υἱὸν, τὸ

IX. Quid ergo est, inquiunt, quod Spiritui deest, ad hoc ut sit Filius? Nisi enim aliquid deesset, Filius esset. Deesse nihil dicimus. Non enim Deo quidquam deest. Verum manifestationis, ut ita dicam, mutuæque eorum relationis differentia, diversa quoque ipsis nomina procreavit. Neque enim Filio aliquid deest, ad hoc ut sit Pater (nec enim defectus est filiatio), nec propterea tamen Pater est. Alioqui eadem ratione Patri aliquid deerit, ad hoc ut sit Filius. Nec enim Pater Filius est. Sed hæc defectum procul dubio non arguunt, nec essentiæ submissionem: quin potius ex his verbis: *Quod genitus non sit, et quod genitus, et quod procedat*, hoc

[57] Joan. xv, 26.

(44) *Βαλεντίνου.* Coisl. 1, Οὐαλεντίνου.
(45) *Διαλυθείσης.* Plures codd. λυθείσης.
(46) *Τῆς σῆς.* Sic quatuor Regg., quatuor Colb., duo Coisl. et Or. 1. Deest σῆς in ed.
(47) *Εἰσαγόμενον.* Sic omnes codices. Mendose in Par. ed., εἰσαγόμενοι.
(48) *Οὕτω.* Reg. bm, οὕτως.
(49) *Διαφυγών.* Colb. 5 et Or. 1, διαφυγόν.
(50) *Ἰσχυρότερος.* Tres Colb., ὑψηλότερος.
(51) *Παραπληκτίσομεν.* Tres Regg. et Coisl. 2, παραπληκτίσωμεν.
(52) *Υἱόν.* Coisl. 1, Υἱῷ.
(53) *Ἐλλειπής.* Coisl. 1, ἐλλιπής.
(54) *Ἐκφάνσεως.* « Locutionis, enuntiationis. »
(55) *Λείπει τι.* Sic tres Regg., quinque Colb. et Or. 1. In ed. deest τι.
(56) *Λείπει... Υἱόν.* Reg. bm, Coisl. 1, Or. 1, et Basil., λείψει... Υἱῷ.
(57) *Γεγεννῆσθαι.* Reg. a, γεγεννῆσθαι. Mox, ἐκπορεύεσθαι. Reg. Cypr., ἐκπεπορεῦσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

effectum est, ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium personarum distinctio in una divinitatis natura et dignitate conservetur. Neque enim Filius est Pater (unus enim est Pater), sed est id quod Pater : nec Spiritus est Filius, quia ex Deo est (unus enim Unigenitus), sed est id quod Filius : tria hæc unum, si divinitatem **562** spectes, et unum tria, si proprietatum rationem habeas; ut nec unum Sabellio faveat, nec tria pestiferæ divisioni, quæ hac tempestate viget.

A δὲ (58), τοῦθ' ὅπερ λεγεται, Πνεῦμα ἅγιον προσηγόρευσεν, ἵνα τὸ ἀσύγχυτον σώζηται τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐν τῇ μιᾷ φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τῆς θεότητος. Οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς Πατὴρ (εἷς γὰρ Πατήρ), ἀλλ' ὅπερ ὁ Πατήρ· οὔτε τὸ Πνεῦμα Υἱὸς (59), ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ (εἷς γὰρ ὁ Μονογενής), ἀλλ' ὅπερ ὁ Υἱός· ἐν τὰ τρία τῇ θεότητι, καὶ τὸ ἓν τρία ταῖς ἰδιότησιν· ἵνα μήτε τὸ ἓν Σαβέλλιον ᾖ, μήτε τὰ τρία τῆς πονηρᾶς νῦν (60) διαιρέσεως.

X. Quid ergo? Spiritus sanctus est Deus? Maxime. Consubstantialis igitur? Prorsus, siquidem Deus. Da igitur mihi, inquis, ex eodem aliud esse Filium, aliud, quod Filius non sit, et tamen ejusdem cum illo substantiæ, ac Deum, et Deum admittam. Da tu quoque mihi Deum alium, Deique naturam, et tibi eamdem Trinitatem cum iisdem nominibus ac rebus dabo. Cum vero Deus unus, atque una suprema natura sit, unde tandem similitudinem tibi repræsentabo? An rursus postulas ex terrenis et humanis eam duci? Valde profecto turpe est, nec turpe modo, sed etiam valde stultum et inane, ex humilibus rebus, superarum cœlestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura, quodque Isaias ait viventia in mortuis requirere[28]. Et tamen admitar, quando ita vis, hinc quoque nonnullam orationi nostræ opem afferre. Atque alia quidem prætermittenda duco, etsi multa de animalium historia commemorare queam, partim nobis nota, partim paucis cognita, quæ circa animantium ortus ac generationes natura miro artificio edidit. Gigni etenim dicuntur, non modo ex iisdem eadem, atque ex diversis diversa; sed etiam eadem ex diversis, ac diversa ex iisdem. Quod si etiam cuiquam fidem facit hic sermo, alius est generationis modus, ut idem animal a seipso consumatur et procreetur. Sunt etiam quæ, velut quadam naturæ magnificentia, a seipsis quodammodo desciscant, atque ex aliis animalibus in alia transeant atque immutentur. Quinetiam idem animal, partim non genitum, partim genitum, et tamen ejusdem substantiæ reperire est : quod quidem ad præsentis quæstionis similitudinem propius accedit. Unum quiddam ex nostris ubi commemoravero, quod etiam nemini ignotum est, alio postea transibit oratio.

Ι'. Τί οὖν; Θεὸς τὸ Πνεῦμα; Πάνυ γε. Τί οὖν, ὁμοούσιον; Εἴπερ Θεός. Δὸς οὖν μοι, φησὶν, ἐκ τοῦ αὐτοῦ, τὸ μὲν Υἱὸν, τὸ δὲ οὐχ Υἱὸν, εἶτα ὁμοούσια, καὶ δέχομαι (61) Θεὸν, καὶ Θεόν. Δός μοι καὶ σὺ ἄλλον Θεὸν, καὶ φύσιν Θεοῦ, καὶ δώσω (62) σοι τὴν αὐτὴν Τριάδα μετὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων. Εἰ δὲ εἷς ὁ Θεός τε καὶ (63) μία φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν; Ἣ ζητεῖς (64) πάλιν ἐκ τῶν κάτω καὶ τῶν περὶ σέ; Λίαν μὲν αἰσχρὸν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τῶν ἄνω τὴν εἰκασίαν λαμβάνειν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως, καὶ, ὅ φησιν Ἡσαΐας, ἐκζητεῖσθαι τὰ ζῶντα (65) ἐν τοῖς νεκροῖς. Ὅμως δὲ πειράσομαι, σὴν χάριν, κἀντεῦθεν δοῦναί τινα τῷ λόγῳ (66) βοήθειαν. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα παρήσειν μοι δοκῶ, πολλὰ ἂν ἔχων ἐκ τῆς περὶ ζώων ἱστορίας εἰπεῖν, τὰ μὲν ἡμῖν γνώριμα, τὰ δὲ τοῖς ὀλίγοις· ὅσα περὶ τὰς τῶν ζώων γενέσεις ἡ φύσις ἐφιλοτεχνήσατο. Γεννᾶσθαι γὰρ λέγεται, οὐκ ἐκ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ μόνον, οὐδὲ ἐξ ἑτέρων ἕτερα (67), ἀλλὰ καὶ ἐξ ἑτέρων τὰ αὐτὰ, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἕτερα. Εἰ δέ τῳ (68) πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐστὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτό τι ὑφ' ἑαυτοῦ δαπανώμενον καὶ τικτόμενον. Ἔστι δὲ ἃ καὶ ἐξίσταταί πως ἑαυτῶν, ἐξ ἄλλων ζώων εἰς ἄλλα μεθιστάμενά τε καὶ μεταποιούμενα, φιλοτιμίᾳ φύσεως. Ἤδη δὲ καὶ τοῦ αὐτοῦ, τὸ μὲν οὐ γέννημα, τὸ δὲ γέννημα, πλὴν ὁμοούσια· ὃ καὶ τῷ παρόντι πως μᾶλλον προσέοικεν. Ἓν δέ τι τῶν ἡμετέρων εἰπὼν, ὃ καὶ πᾶσι γνώριμον, ἐφ' ἕτερον μεταβήσομαι λόγον.

XI. Quid tandem Adamus erat? Dei figmentum. Quid Eva? Figmenti segmentum. Quid Seth? Utrius-

ΙΑ'. Ὁ Ἀδὰμ τί ποτε ἦν; Πλάσμα Θεοῦ. Τί δαὶ ἡ Εὔα; Τμῆμα τοῦ πλάσματος. Τί δαὶ ὁ Σήθ; Ἀμ-

[28] Isa. VIII, 19.

(58) *Τὸ δέ.* Sic Reg. bm., Reg., Cypr. et quatuor Colb. In ed. τὸν δέ.

(59) *Υἱός.* Reg. bm, ὁ Υἱός.

(60) *Τῆς πονηρᾶς νῦν.* Reg., Cypr., τῆς πονηρᾶς σου νῦν. Alii, detracto νῦν, habent ut in Reg. Cypr.

(61) *Καὶ δέχομαι*, etc. « Ac Deum et Deum admittam. » Id est, « tam illum, quam hunc, Deum admittam. »

(62) *Καὶ δώσω*, etc. « Et dabo tibi eamdem Trinitatem, quæ iis scilicet nominibus rebusque respondeat. »

(63) *Ὁ Θεός τε καί.* Plures Regg. et Colb., Θεὸς καί, abjectis ὁ et τε. Reg. Cypr., ὁ Θεὸς καί.

(64) *Ἣ ζητεῖς.* Reg. Cypr., Εἰ δὲ ζητεῖς· « Quod si rursus, » etc.

(65) *Τὰ ζῶντα.* Or. 1, τὸν ὄντα.

(66) *Τῷ λόγῳ.* « Orationi, » id est, « doctrinæ fidei. »

(67) *Ἐξ ἑτέρων ἕτερα.* « Ex diversis diversa, » ut ex asino et equa muli generantur.

(68) *Εἰ δέ τῳ*, etc. Sic plures codd. In ed., εἰδέτω. Hic Gregorius ad phœnicem alludit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

φοτέρων γέννημα. Ἆρ' οὖν ταυτόν (69) σοι φαίνεται πλάσμα, καὶ τμῆμα, καὶ γέννημα; Πῶς οὔ; Ὁμοούσια δὲ ταῦτα, ἢ τί; Πῶς δ' οὔ; Ὁμολόγηται οὖν καὶ τὰ διαφόρως ὑποστάντα (70) τῆς αὐτῆς εἶναι οὐσίας ἐνδέχεσθαι. Λέγω δὲ ταῦτα, οὐκ ἐπὶ τὴν θεότητα φέρων τὴν πλάσιν, ἢ τὴν τομὴν, ἤ τι τῶν ὅσα σώματος (μή μοί τις ἐπιφυέσθω πάλιν τῶν λογομάχων), ἐπὶ δὲ τούτων θεωρῶν, ὡς ἐπὶ σκηνῆς, τὰ νοούμενα. Οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τῶν εἰκαζομένων οὐδὲν πρὸς πᾶσαν ἐξικνεῖσθαι καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν. Καὶ τί ταῦτα, φασίν; Οὐ γὰρ τοῦ ἑνὸς, τὸ μὲν γέννημα, τὸ δὲ ἄλλο τι. Τί οὖν; Ἡ Εὔα καὶ ὁ Σὴθ, οὐχὶ τοῦ αὐτοῦ τοῦ Ἀδάμ; Τίνος γὰρ ἄλλου; Ἢ καὶ ἀμφότεροι γεννήματα; Οὐδαμῶς. Ἀλλὰ τί; Τὸ μὲν τμῆμα, τὸ δὲ γέννημα· καὶ μὴν ἀμφότεροι ταυτὸν ἀλλήλοις· ἄνθρωποι γάρ· οὐδεὶς ἀντερεῖ. Παύσῃ (71) οὖν ἀπομαχόμενος (72) πρὸς τὸ Πνεῦμα, ὡς ἢ γέννημα πάντως, ἢ μὴ ὁμοούσιον, μηδὲ Θεὸν, καὶ ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τὸ δυνατὸν λαβὼν τῆς ἡμετέρας ὑπολήψεως; Ἐγὼ μὲν οἶμαί σοι (73) καλῶς ἔχειν, εἰ μὴ λίαν ἔγνωκας φιλονεικεῖν, καὶ πρὸς τὰ δῆλα μάχεσθαι.

que soboles. Idemne porro tibi esse videntur, figmentum, segmentum, et soboles? Quidni? Age, ejusdemne hæc essentiæ inter se sunt, an **563** diversæ? Ejusdem. In confesso igitur est, ut, quæ varie exsistunt, eamdem tamen essentiam habeant. Nec vero hæc eo a me dicuntur, quod fictionem, aut sectionem, aut aliquid aliud ex his, quæ corporis natura fert, in divinitatem conferam (nec enim mihi rursus pugnax quispiam argutator insidiose immineat), sed ut in his rebus ea, velut in scena, spectem, quæ non nisi intellectu percipiuntur. Neque enim fieri potest, ut imago ulla et similitudo, rei veritatem plane perfecteque assequatur. Sed dicunt, quorsum hæc? Nec enim unius ejusdemque, alter Filius, alter aliud quidquam. Quid igitur? Eva et Seth, nonne ex eodem Adamo sunt? Ex quo enim alio? Utrum autem ambo ex eo geniti sunt? Minime. Quid ergo? Altera segmentum est, alter filius: atqui ambo inter se idem sunt: homines enim: nemo est qui inficietur. Desinesne igitur adversus Spiritum dimicare, quasi videlicet aut genitus omnino sit, aut consubstantialis non sit, nec Deus, præsertim cum ex humana quoque similitudine sententiam nostram haudquaquam impossibilem esse intellexeris? Equidem tibi jam belle esse existimo, nisi pervicaciter admodum contendere, manifestisque rebus obluctari decreveris.

Ζ'. Μηδεὶς οὖν ἔστω πλέον ἢ καλῶς ἔχει σοφὸς, μηδὲ τοῦ νόμου νομιμώτερος, μηδὲ λαμπρότερος τοῦ φωτὸς (40), μηδὲ τοῦ κανόνος εὐθύτερος, μηδὲ τῆς ἐντολῆς ὑψηλότερος. Ἔσται δὲ τοῦτο πῶς; Ἐὰν εἰδῶμεν κόσμον (41), καὶ ἐπαινῶμεν φύσεως νόμον, καὶ ἐπώμεθα λόγῳ, καὶ μὴ ἀτιμάζωμεν εὐταξίαν. Ἐμβλέψατε εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω, καὶ ἐννοήσατε, πῶς συνέστη τὸ πᾶν, καὶ ὅθεν, καὶ τί πρὸ τῆς διακοσμήσεως ἦν, καὶ τί νῦν ὄνομα τῷ παντί. Τάξει τὰ πάντα διεκοσμήθη, καὶ, ὁ διακοσμήσας Λόγος· καίτοιγε ὡς ἓν τὰ πάντα καὶ ἀθρόως ὑποστῆναι δυνατὸν ἦν (ὁ γὰρ (42) τοῖς οὐκ οὖσι τὸ εἶναι δοὺς, καὶ τοῖς γενομένοις τὰς ἰδέας καὶ τὰ σχήματα, οὐδ' ὁμοῦ τὸ πᾶν ἀναδεῖξαι καὶ διακοσμῆσαι ἀσθενὴς ἦν)· ἀλλὰ διὰ τοῦτο πρῶτόν τι καὶ δεύτερον ἀριθμεῖται, καὶ τρίτον, καὶ τὰ ἑξῆς, ἵνα τάξις εὐθὺς συνεισέλθῃ τοῖς κτίσμασι.

B VII. Nemo igitur sapientior sit, quam conveniat, nec lege exactior, nec luce splendidior, nec norma rectior, nec præcepto sublimior. Id vero qua tandem ratione consequemur? Nempe si ordinem noverimus, et naturæ leges comprobemus, et rationem ducem sequamur, et disciplinam non aspernemur. Respicite in cœlum sursum, et in terram deorsum[28], atque animadvertite, quo pacto tota hæc rerum moles constructa et coagmentata fuerit, unde originem habuerit, quid ante earum concinnitatem erat, et quo jam nomine universum appelletur. Ordine omnia concinnata et distincta sunt, et quidem concinnatore Verbo : non quod, ut una res, ita omnes simul produci non possent (nam qui ea quæ non erant, in ortum produxit, productisque formam et speciem dedit, idem profecto nequaquam infirmitate prohibebatur, quominus omnia simul in lucem ederet et exornaret); verum ob hanc causam, aliud primum, aliud secundum, aliud tertium numeratur, ac sic deinceps, ut simul cum rebus creatis ordo statim ingrediatur.

C

Η'. Τάξις οὖν τὸ πᾶν συνεστήσατο. Τάξις συνέχει (43) καὶ τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια· τάξις ἐν νοητοῖς· τάξις ἐν αἰσθητοῖς· τάξις ἐν ἀγγέλοις· τάξις ἐν ἄστροις, καὶ (44) κινήσει, καὶ μεγέθει, καὶ σχέσει τῇ πρὸς ἄλληλα, καὶ λαμπρότητι. *Ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ·* τάξις ἐν ὥραις καὶ καιροῖς, ἐν κόσμῳ (45) προϊοῦσί τε καὶ ὑπαπιοῦσι, καὶ διὰ τῆς μεσότητος τὸ αὐστηρὸν τιθασσεύουσι· τάξις ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτὸς μέτροις, καὶ διαστήμασι (46). Τάξις ἐν στοιχείοις, ἐξ ὧν τὰ σώματα· τάξις περιήγαγεν οὐρανὸν, ἥπλωσεν ἀέρα, γῆν ὑπέθηκεν, ἢ καὶ ὑπερέθηκε, φύσιν ὑγρὰν ἔχει καὶ συνήγαγεν, ἀνέμους ἀφῆκε, καὶ οὐκ ἐπαφῆκεν (47), ὕδωρ ἔδησεν ἐν νεφέλαις, καὶ οὐ κατέσχεν, ἀλλ' ἔσπειρεν (48) ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς

VIII. Ordo itaque omnia constituit, et colligavit; ordo cœlestia et terrestria continet; ordo in iis, quæ ratione et animo intelliguntur, locum habet; ordo in iis, quæ sensibus percipiuntur; ordo in angelis; ordo in astrorum motu, magnitudine, mutua relatione, et splendore : *Alia enim solis claritas est, alia lunæ, alia stellarum. Stella enim a stella claritate differt*[29]; ordo in anni partibus et temporibus, apte et distincte, tum progredientibus, et recedentibus, ac per mediocritatem asperitatem mitigantibus; ordo in diei et noctis mensuris et intervallis; ordo in elementis, ex quibus corpora constant. Ordo cœlum in orbem duxit, aerem exporrexit, terram supposuit, aut etiam superposuit, humidam naturam fudit, atque in unum locum contraxit, ventos emisit, sed non ad hominum perniciem immisit, aquas in

D

[28] Prov. IV, 27. [28] ibid. [27] Eccle. VII, 17. [28] Isa. LI, 6. [29] I Cor. XV, 41.

(37) *Ἀπάγει πάλιν τοῦ δεξιοῦ*; Sic Reg. b, et Or. 1. In ed., ἀπάγει τοῦ δεξιοῦ πάλιν.

(38) *Δι' ὑπερβολήν.* Regg. b et bm δι' ὑπερβολῆς. Mox, ἢ καί. Bas., ἢ καί.

(39) *Ὑφαίρεσις.* Reg. b., ἀφαίρεσις.

(40) *Μηδὲ λαμπρότερος τοῦ φωτός.* Hæc desunt in duobus Regg.

(41) *Ἐὰν εἰδῶμεν κόσμον.* Bill. : « Si modesti et compositi esse curemus. »

(42) *Ὁ γάρ.* Sic Or. 1. In ed., ὃ γάρ.

(43) *Τάξις συνέχει*, etc. Reg. b et Or. 1, τάξις οὖν ἔχει καὶ τὰ οὐράνια.

(44) *Καὶ.* Deest in Or. 1.

(45) *Ἐν κόσμῳ.* In nonnullis, εὐκοσμίως.

(46) *Καὶ διαστήμασι.* Sic duo Regg., Or. 1, Comb. In edit. deest καί.

(47) *Καὶ οὐκ ἐπαφῆκεν.* Hæc desunt in Or. 1. Sic hunc locum exponit Elias : « Laxavit ventos, ut spirent utiliter, sed non ita laxavit, ut eis facta sit copia supra modum flandi. »

(48) *Ἔσπειρεν.* Schol. : Πηγὰς καὶ ποταμοὺς, ἴσως καὶ τῶν θαλασσῶν τὰ πελάγη· « Sparsit fontes et fluvios, fortassis et marium æquora. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nubibus astrinxit, sed non retinuit, verum in totius terræ faciem apte et æquabiliter sparsit : idque non ad exiguum tempus, vel **585** unum aliquem temporis articulum, verum ab ipsis mundi primordiis in finem usque, eamdem viam recto cursu tenentia, et circumeuntia, fixaque simul et motu agitata ; illud vi Verbi et facultate, hoc rei fluxæ et caducæ natura : *Statuit ea in æternum, et in sæculum sæculi : præceptum posuit, et non præteribit* [30]. Illud fixionis et soliditatis : at si quid ortum habuit, aut habiturum est, hoc fluxionis. Atque vigente quidem ordine, stat mundus, id est, universum hoc ; ac ejus pulchritudo, certa et stabilis est. Contra autem, perturbatio et confusio, in aere procellas, in terra motus, in mari exundationes, in urbibus domibusque bella et dissidia, in corporibus morbos, in animis peccata, procreavit. Hæc enim omnia, non pacis nec ordinis, sed confusionis et perturbationis nomina sunt. Quin celebrem quoque illam, atque omnium sermone tritam, et in exspectatione positam labem et corruptionem, haud quidquam, fratres, aliud esse existimemus, quam profusam quamdam et redundantem omnium rerum confusionem ; ut enim ordo constringit, ita perturbatio solvit ac dissipat ; cum videlicet, totam hanc rerum machinam dissolvere, aut in præstantiorem statum commutare, ei visum fuerit, a quo conjuncta, et tanquam vinculis quibusdam constricta est.

IX. Ordo cunctis animantibus ortum, et alimentum, ac sedes unicuique aptas et congruentes indixit, et quasi lata lege præscripsit. Ac nec delphinum quisquam arva sulcantem vidit, nec bovem per aquas lubricum iter carpentem ; quemadmodum nec solem noctu decrescentem vel augescentem, nec rursus lunam mortalibus interdiu prælucentem. *Montes excelsi cervis : petra refugium herinaciis. Fecit lunam in tempora, sol cognovit occasum suum* [31]. Simul atque nox terram caligine obduxit, statim homo somno contrahitur, feræ autem libere vagantur, ac pabulum a Creatore concessum quærunt ; simul atque dies illuxit, statim bestiæ congregantur, atque homo ad opus properat. Ita ordine, et juxta naturæ legem atque rationem, nobis invicem cedimus. Addam, quod maximum est, maximeque proprium. Ordo ex mistura, partim ratione prædita, partim rationis experte, hominem, ratione utens animal, construxit ; atque arcano modo, et qui nullis verbis explicari queat, terram cum mente, mentem cum spiritu vinxit. Quin, ut mirabilius **586** aliquid in figmento suo atque opere patraret, idem ipsum et conserva-

[30] Psal. CXLVIII, 6. [31] Psal. CIII, 18, 19.

(49) *Τὸ μὲν τῷ Λόγῳ, τὸ δέ.* Sic Reg. b, Coisl. 2, et Or. 1. In ed., τῷ μὲν τῷ Λόγῳ, τῷ δέ, etc. Schol. : Τῷ Λόγῳ τῆς οὐσίας· « Ratione essentiæ, fixa ; ratione fluxionis, seu ortus et interitus, mota. »

(50) *Ἢ γεννήσεται.* Or. 1, καὶ γενήσεται.

(51) *Ῥεύματος.* Coisl. 1, ῥήματος.

(52) *Ἐπικλύσεις.* Bill. : « naufragia. »

(53) *Ἐκαινοτόμησε.* « Quasi res novas moliendo introduxit. »

(54) *Δέ.* Deest in duobus Regg., et Or. 1.

(55) *Καί.* Duo Regg., ἤ.

(55*) *Ἑκάστῳ.* In quibusdam, ἑκάστοις.

(56) *Λαγωοῖς.* « Leporibus. »

γῆς, εὐτάκτως καὶ ὁμοτίμως· καὶ ταῦτα οὐκ ἐπ' ὀλίγον, οὐδὲ εἰς ἕνα καιρὸν ἢ χρόνον, ἀλλ' ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος, τὴν αὐτὴν ὁδὸν εὐθυνόμενα καὶ περιπορευόμενα, πεπηγότα τε καὶ κινούμενα, τὸ μὲν τῷ Λόγῳ, τὸ δὲ (49) τῇ ῥεύσει· *Ἔστησεν αὐτὰ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· πρόσταγμα ἔθετο, καὶ οὐ παρελεύσεται.* Τοῦτο τῆς πήξεως· καὶ εἴ τι γέγονεν, ἢ γεννήσεται (50), τοῦτο τοῦ ῥεύματος (51). Καὶ τάξεως μὲν ἐπικρατούσης, κόσμος, τὸ Πᾶν, καὶ τὸ κάλλος ἀκίνητον. Ἀταξία δὲ καὶ ἀκοσμία, ἐν μὲν ἀέρι τοὺς σκηπτούς, ἐν δὲ γῇ τοὺς σεισμούς, ἐν δὲ θαλάσσῃ τὰς ἐπικλύσεις (52), ἐν δὲ πόλεσι καὶ οἴκοις πολέμους, ἐν δὲ τοῖς σώμασι τὰς ἀῤῥωστίας, ἐν δὲ ταῖς ψυχαῖς τὰς ἁμαρτίας, ἐκαινοτόμησεν (53). Ταῦτα πάντα οὐ τάξεως, οὐδὲ εἰρήνης, ἀλλὰ ταραχῆς καὶ ἀταξίας ὀνόματα. Καὶ τὴν θρυλλουμένην δὲ (54) φθορὰν καὶ (55) προσδοκωμένην, μὴ ἄλλο τι, ἀδελφοί, ἢ πλεονασμὸν ἀταξίας εἶναι νομίζωμεν. Συνδεῖ μὲν γὰρ τάξις, λύει δὲ ἀταξία, ὅταν λύσαι τὸ πᾶν ἢ μεταποιῆσαι παραστῇ τῷ συνδήσαντι.

Θ'. Τάξις καὶ τοῖς ζώοις ἅπασι γένεσιν, καὶ τροφὴν, καὶ τὰς καταλλήλους ἑκάστῳ (55*) χώρας ἐνομοθέτησε. Καὶ οὔτε δελφῖνά τις εἶδεν αὔλακα τέμνοντα, οὔτε βοῦν δι' ὕδατος ὀλισθαίνοντα· ὥσπερ οὐδ' ἥλιον ἐν νυκτὶ μειούμενον, ἢ πληρούμενον, οὔτε σελήνην ἐν ἡμέρᾳ πυρσεύουσαν· *ὄρη τὰ ὑψηλὰ ταῖς ἐλάφοις, πέτρα καταφυγὴ τοῖς λαγωοῖς* (56). *Ἐποίησε σελήνην εἰς καιρούς· ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτοῦ·* νὺξ, καὶ ἄνθρωπος ὕπνῳ συστέλλεται, καὶ τὰ θηρία παῤῥησιάζεται, καὶ ζητεῖ τροφὴν ἕκαστον τὴν διδομένην παρὰ τοῦ κτίσαντος· ἡμέρα, καὶ τὰ θηρία συνάγεται, καὶ ἄνθρωπος ἐπὶ τὴν ἐργασίαν ἐπείγεται· καὶ ἀλλήλοις ὑποχωροῦμεν ἐν τάξει (56*), νόμῳ καὶ λόγῳ φύσεως. Προσθήσω τὸ μέγιστόν τε (57) καὶ οἰκειότατον. Τάξις ἐκ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου κράματος, τὸν ἄνθρωπον (57*), ζῶον λογικὸν, συνεστήσατο· καὶ συνέδησε μυστικῶς τε (58) καὶ ἀῤῥήτως τὸν χοῦν τῷ νοΐ, καὶ τὸν νοῦν τῷ πνεύματι. Καὶ ἵνα θαυματουργήσῃ τι μεῖζον ἐν τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι, τὸ αὐτὸ καὶ διεσώσατο, καὶ διέλυσε. Τὸ μὲν γὰρ ἐπεισήγαγε (58*), τὸ δὲ ὑπεξήγαγεν (59), ὥσπερ ἐν ῥεύματι, καὶ τῷ θνητῷ τὴν ἀθανασίαν ἐπραγματεύσατο διὰ λύσεως (59*). Αὕτη καὶ τῶν ἀλόγων ἡμᾶς

(56*) *Ἐν τάξει.* Comb. rejicit ἐν, et vertit : « Ordini, naturæ legi et rationi cedimus. »

(57) *Μέγιστόν τε.* Deest τε in Or. 1.

(57*) *Ἐκ λογικοῦ τε καὶ ἀλόγου κράματος, τὸν ἄνθρωπον.* Hæc desunt in duobus Regg. et Or. 1.

(58) *Μυστικῶς τε.* Deest τε in duobus Regg., et Or. 1.

(58*) *Ἐπεισήγαγε.* Schol. : Τῇ γεννήσει· « Generatione, ortu. »

(59) *Ὑπεξήγαγεν.* Schol. : Τῇ μεταστάσει· « Migratione, » seu, « morte. »

(59*) *Διὰ λύσεως.* Schol. : Ὡς ὁδοῦ οὔσης τῆς λύσεως ἐπὶ τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν ἐκεῖθεν ἀθανασίαν·

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διίστησε, καὶ πόλεις ὥκισε, καὶ νόμους ἔθετο, καὶ ἀρετὴν ἐτίμησε, καὶ κακίαν ἐκόλασε, καὶ τέχνας εὗρετο, καὶ συζυγίαν (60) ἡρμόσατο, καὶ τῷ περὶ τὰ γεννώμενα φίλτρῳ τὸν βίον ἡμέρωσε, καὶ μεῖζόν τι τοῦ κάτω πόθου καὶ τοῦ (60') σαρκικοῦ, τὸν περὶ θεὸν ἐνιδρύσατο. A

vit, et dissolvit. Alterum enim superinduxit, alterum subduxit, non secus atque in aquarum fluxu, corporique mortali immortalitatem per dissolutionem comparavit. Ordo nos a mutis animantibus distinxit, civitates condidit, leges instituit, virtutem honoribus, vitium pœna affecit, artes excogitavit, matrimonia copulavit, ac, per acrem erga susceptos liberos amorem, feram et agrestem vitam ad humanitatem excoluit, et, quod terreno hoc et carnali amore majus est, divinum amorem animis nostris infixit.

Γ'. Καὶ τί δεῖ καθ' ἕκαστον λέγειν; Τάξις, τῶν ὄντων ἐστὶ μήτηρ, καὶ ἀσφάλεια· καὶ τὸ τοῦ Λόγου, μόνη καλῶς ἂν εἴποι, τοῦ πάντα δημιουργήσαντος, εἴ γε (61) λάθοι φωνὴν· Ὅτε τὸ πᾶν οὐσιοῦτο τῷ θεῷ καὶ ὑφίστατο, ἐγὼ ἦμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα· ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων, καὶ B ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη· ἡνίκα ἐθεμελίου τὴν γῆν, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανὸν (61'), καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσαν δύναμιν ἐχαρίσατο. Ἀλλ' (οὗ χάριν ταῦτα πάντα διῆλθον, καὶ πρὸς ὃ πάλαι ὁ λόγος ἠπείγετο), τάξις κἂν ταῖς Ἐκκλησίαις, τὸ μὲν εἶναί τι ποίμνιον, τὸ δὲ ποιμένας διώρισε· καὶ τὸ μὲν ἄρχειν, τὸ δὲ ἄρχεσθαι· καὶ τὸ μὲν οἷον εἶναι κεφαλήν, τὸ δὲ πόδας, τὸ δὲ χεῖρας, τὸ δὲ ὀφθαλμόν, τὸ δὲ ἄλλο τι τῶν μελῶν τοῦ σώματος, πρὸς τὴν τοῦ παντὸς εὐαρμοστίαν καὶ τὸ συμφέρον, ἢ προεχομένων, ἢ προεχόντων· καὶ, ὥσπερ ἐν τοῖς σώμασιν, οὔτε ἀπέρρηκται ἀλλήλων τὰ μέλη, ἀλλ' ἓν σῶμα τὸ πᾶν ἐστιν ἐκ διαφόρων συγκείμενον· οὔτε ταυτὸ (62) πάντων ἐνέργημα, εἰ καὶ ταυτὸ τὸ χρῄζειν (62') ἀλλήλων εἰς ἀνάγκην εὐνοίας τε καὶ συννεύσεως (63)· καὶ οὔτε ὀφθαλμὸς βαδίζει, ἀλλ' ὁδηγεῖ· οὔτε ποὺς προβλέπει, ἀλλὰ μεταβαίνει (63'), καὶ μετατίθησιν· οὔτε γλῶσσα δέχεται φωνάς, ἀκοῆς γάρ· οὔτε ἀκοὴ φθέγγεται, γλώσσης γάρ· καὶ ῥὶς μὲν, ὀδμῶν (64) αἰσθητήριον· *λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται*, φησὶν ὁ Ἰώβ· χεὶρ δὲ τοῦ διδόναι καὶ τοῦ λαμβάνειν ὄργανον· νοῦς δὲ τοῖς πᾶσιν ἡγεμών, παρ' οὗ τὸ αἰσθάνεσθαι, καὶ εἰς ὃν ἡ αἴσθησις. Οὕτω καὶ παρ' ἡμῖν, τῷ κοινῷ Χριστοῦ σώματι.

X. Quid autem singula commemorare attinet? Ordo, omnium rerum pater et præsidium est; istudque Verbi, rerum omnium conditoris et architecti, solus recte dicere queat, si quidem vocem acceperit: Cum mundus a Deo crearetur ac produceretur, cum eo eram cuncta componens [32]; cum adornaret thronum suum supra ventos, ac supernas nubes roboraret: cum fundamenta terræ jaceret, et velut firmos et tutos fontes, qui sub cœlo sunt, statueret [33], ac Spiritu oris sui virtutem omnem illis largiretur [34]. Verum (ut ad rem ipsam, cujus causa hæc omnia disserui, et quam jampridem oratio nostra festinat, veniamus), ordo in Ecclesiis quoque constituit, ut alii oves sint, alii pastores, alii præsint, alii subsint ac pareant; alius velut caput sit, alius pes, alius manus, alius oculi, alius aliud quoddam corporis membrum, ad totius Ecclesiæ concinnitatem et utilitatem, vel inferius vel præstantius. Et quemadmodum in corporibus, nec membra inter se divulsa sunt, verum cuncta unum corpus sunt ex diversis membris conflatum; nec rursum idem omnium munus est, tametsi alioqui ad benevolentiæ concordiæque necessitatem, honorisque parem in disparibus rationem, alia aliorum opera ex æquo indigeant; neque enim oculus ambulat, sed viam commonstrat: nec pes prospicit, sed progreditur ac loca permutat: nec lingua voces accipit, id enim aurium est: nec rursus auris loquitur, quod linguæ officium est: et nasus quidem est odoratus organum; *guttur autem*, ut ait Job [35], *cibos degustat*: manus porro dandi atque accipiendi instrumentum est: mens denique omnibus præest atque imperat, **587** nimirum a qua vis sentiendi proficiscitur, et ad quam sensus omnes referuntur. Ad eumdem quoque modum apud nos, hoc est, in communi Christi corpore, res se habet. C

ΙΑ'. Οἱ γὰρ πάντες ἓν σῶμά ἐσμεν ἐν Χριστῷ· οἱ δὲ καθ' ἕνα Χριστοῦ, καὶ ἀλλήλων μέλη. Τὸ μὲν γὰρ ἄρχει καὶ προκαθέζεται, τὸ δὲ ἄγεται καὶ εὐθύνεται, καὶ οὔτε ταυτὸν ἀμφότερα ἐνεργεῖ, εἴπερ μὴ ταυτὸν ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι· καὶ γίνεται ἀμφότερα ἓν εἰς ἕνα Χριστὸν, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ συναρμολογούμενα, καὶ συντιθέμενα Πνεύματος. Κἂν τοῖς ἀρχομένοις πάλιν, ὅσον τὸ μέσον καὶ παιδεύσει, καὶ ἀσκήσει, καὶ ἡλι- D

XI. Omnes enim corpus unum in Christo sumus, singuli autem Christi, atque alii aliorum membra [36]. Alii enim dominantur et præsunt: alii parent ac reguntur. Et quamvis non eadem sit utrorumque actio, siquidem imperare, et imperio regi, non est idem; fiunt tamen utraque unum in unum Christum, ab eodem Spiritu constructa atque compacta. Ac rursus, quemadmodum inter eos, qui subsunt,

[32] Prov. VIII, 30. [33] ibid. 27 sqq. [34] Ps. XXXII, 6. [35] Job XXXIV, 3. [36] Rom. XII, 5.

« Quod dissolutio via sit ad resurrectionem, et ad ipsam, quæ ex illa est, immortalitatem. »

(60) *Συζυγίαν*. Duo Regg., συζυγίας.

(60') *Τοῦ*. Deest in duobus Regg.

(61) *Εἰ γε*. Sic plerique codd. Deest γε in ed.

(61') *Πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν*. Billius: « Supercœlestes fontes; » quod certe a Græco, et a Gregorii mente alienum est.

(62) *Ταυτό*. Reg. b, ταυτόν.

(62') *Τὸ χρῄζειν*. Sic Reg. bm, Coisl. 1 et 2, etc. Deest τό in ed.

(63) *Συννεύσεως*. Coisl. 1 addit, καὶ ἰσοτιμίας ἐν τοῖς ἀνίσοις, « et parem honoris in disparibus rationem. » Id est, « ad æqualitatem servandam in iis rebus quæ dispares sunt. »

(63') *Μεταβαίνει*. Bill.: « ingreditur. »

(64) *Ὀδμῶν*. Reg. b, et Comb., ὀσμῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

permagnum discrimen reperitur, ut qui et doctrina, et usu atque exercitatione, et ætate inter se differant : eodem modo inter præfectos quoque non parva differentia est; ac spiritus prophetarum prophetis subjici [37], cum Paulus ipse affirmet, non est cur de ea re dubites. Et *quosdam quidem*, inquit, *posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio pastores et doctores* [38] : primum propter veritatem, alterum propter umbram, postremum propter utilitatis et illuminationis divinæ mensuram. Et spiritus quidem unus est, non autem pares gratiæ : quandoquidem nec paria spiritus conceptacula. *Alii enim per Spiritum datur sermo sapientiæ et speculationis, alii sermo scientiæ et revelationis, alii fides* certa minimeque dubia, alii virtutum sublimiumque miraculorum *operationes*, *alii gratiæ curationum*, *opitulationes*, hoc est, defensiones et patrocinia; *gubernationes*, hoc est, carnis castigationes, *genera linguarum*, *interpretationes linguarum* [39], aliis denique præstantiores, aliis inferiores gratiæ, pro fidei nimirum ratione et proportione.

A κία διεστηκόσι· καν τοῖς ἄγουσι τὸ διάφορον ὅσον· καὶ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται, Παύλου λέγοντος, μὴ ἀμφίβαλλε. Καὶ *οὓς μὲν ἔθετο*, φησὶν (64'), *ὁ Θεὸς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον ποιμένας* (65) *καὶ διδασκάλους*· πρῶτον διὰ τὴν ἀλήθειαν, δεύτερον διὰ τὴν σκιάν, τρίτον διὰ τὸ μέτρον τῆς ὠφελείας, καὶ τῆς ἐλλάμψεως. Καὶ τὸ μὲν πνεῦμα ἕν, τὰ χαρίσματα δὲ οὐκ ἴσα, ὅτι μηδὲ τὰ δοχεῖα τοῦ πνεύματος. Ὧ *μὲν* (66) *γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας καὶ θεωρίας* (67), *ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως ἢ ἀποκαλύψεως, ἄλλῳ* (68) *πίστις* βεβαία καὶ ἀνενδοίαστος ἄλλῳ δὲ *ἐνεργήματα* δυνάμεων καὶ θαυμάτων ὑψηλοτέρων, *ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων, ἀντιλήψεις*, εἴτουν προστασίαι, *κυβερνήσεις*, εἴτουν παιδαγωγίαι σαρκὸς, *γένη γλωσσῶν, ἑρμηνεῖαι γλωσσῶν*, τὰ μείζω χαρίσματα, καὶ τὰ δεύτερα, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως

B

XII. Hunc ordinem revereamur, o fratres, hunc tueamur et conservemus. Alius auris sit, alius lingua, alius manus, alius aliud quiddam. Alius doceat, alius discat; alius propriis manibus bonum operetur, ut habeat quod egentibus impertiatur [40] : alius præsit ac plebem moderetur : alius justitiæ laudem per ministerium consequatur. Qui docet, in modestia doceat. Prophetæ enim duo aut tres loquantur, idque vicissim, atque unus interpretetur. Quod si alii revelatum fuerit, primus loco ipsi cedat [41]. Et qui discit, in obedientia : et qui tribuit, in hilaritate : et qui ministrat, in alacritate [42]. Ne linguæ munere, quod omnium promptissimum et paratissimum est, omnes fungamur; **588** nec omnes apostoli simus, nec omnes prophetæ, nec omnes interpretes [43]. Amplum et præclarum est de Deo verba facere? At præclarius est seipsum Deo purgare; quoniam in malevolam animam non introibit sapientia [44]. Atque ad justitiam seminare, et vitæ fructum metere jubemur [45], ut scientiæ lumine perfundamur. Ac Paulus ipse nos per Domini amorem [46] a Domino cognosci vult, per cognitionem autem doceri : atque hanc ad cognitionem viam, meliorem esse censet, quam opinionem eam, quæ inflat.

C

IB'. Ταύτην αἰδώμεθα τὴν τάξιν, ἀδελφοὶ, ταύτην φυλάττωμεν. Ὁ μὲν ἔστω τις ἀκοή, ὁ δὲ γλῶττα, ὁ δὲ χεὶρ, ὁ δὲ ἄλλο τι τούτων (69). Ὁ μὲν διδασκέτω, ὁ δὲ μανθανέτω· ὁ δὲ ἐργαζέσθω τὸ ἀγαθὸν ταῖς ἰδίαις χερσὶν εἰς μετάδοσιν τοῦ δεομένου καὶ χρῄζοντος. Ὁ μὲν ἀρχέτω καὶ προβεβλήσθω· ὁ δὲ δικαιούσθω διὰ τῆς ὑπουργίας· καὶ ὁ διδάσκων ἐγκόσμως. Προφῆται γὰρ δύο ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ ἀνὰ μέρος, καὶ εἷς διερμηνευέτω. Ἄλλου δὲ τραπωθέντος, ὁ πρῶτος ὑποχωρείτω. Καὶ ὁ μανθάνων, ἐν εὐπειθείᾳ· καὶ ὁ χορηγῶν, ἐν ἱλαρότητι· καὶ ὁ ὑπουργῶν, ἐν προθυμίᾳ. Μὴ πάντες ὦμεν γλῶσσα, τὸ ἑτοιμότατον· μὴ πάντες ἀπόστολοι, μὴ πάντες προφῆται, μὴ πάντες διερμηνεύωμεν. Μέγα τὸ περὶ Θεοῦ λαλεῖν; Ἀλλὰ μεῖζον τὸ ἑαυτὸν καθαίρειν Θεῷ· ἐπειδὴ εἰς κακότεχνον (70) ψυχὴν σοφία οὐκ εἰσελεύσεται. Καὶ σπείρειν ἐκελεύσθημεν εἰς δικαιοσύνην, καὶ τρυγᾷν καρπὸν ζωῆς, ἵνα (71) καὶ φωτισθῶμεν τῷ φωτὶ τῆς γνώσεως. Καὶ Παῦλος, διὰ τοῦ ἀγαπᾷν ἡμᾶς τὸν Κύριον, ὑπὸ Κυρίου γινώσκεσθαι βούλεται, διὰ δὲ τοῦ γιγνώσκεσθαι, τὸ διδάσκεσθαι, καὶ ταύτην ὁδὸν βελτίονα οἶδεν εἰς γνῶσιν, τῆς φυσιούσης οἰήσεως.

XIII. Magnum et præclarum est docere? At discere periculo vacat. Quid pastoris munus tibi arrogas, cum ovis sis? Quid caput efficeris, cum pes sis? Quid exercitum ducere aggrederis, in militum ordinem ascriptus? Quid magna quidem illa, sed incerta et periculosa maris lucra consectaris, cum

D

IΓ'. Μέγα τὸ διδάσκειν; Ἀλλὰ τὸ μανθάνειν ἀκίνδυνον. Τί σεαυτὸν ποιεῖς ποιμένα, πρόβατον ὤν; Τί γίνῃ κεφαλὴ, ποὺς τυγχάνων; Τί στρατηγεῖν ἐπιχειρεῖς, τεταγμένος ἐν στρατιώταις; Τί τὰ μεγάλα καὶ οὐκ ἀσφαλῆ κέρδη τῆς θαλάσσης ἐπιδιώκεις (72), ἐνὸν ἀκινδύνως γεωργεῖν γῆν, εἰ καὶ (73) κερδαίνοις

[37] I Cor. XIV, 32. [38] I Cor. XII, 28. [39] ibid. 8. [40] Ephes. IV, 28. [41] I Cor. XIV, 29 et sqq. [42] Rom. XII, 8. [43] I Cor. XII, 29. [44] Sap. I, 4. [45] Ose. X, 12. [46] I Cor. VIII, 3.

(64') *Φησίν*. Deest in duobus Regg.
(65) *Ποιμένας*. Deest in Or. 1.
(66) *Ὧ μέν*. Sic sacer textus, Coisl. 1, Or. 1, Comb., etc. Prave in ed., ὁ.
(67) *Καὶ θεωρίας*. Reg. b. ἢ θεωρίας.
(68) *Ἄλλῳ*. Reg. bm addit, δέ.
(69) *Ὁ δὲ ἄλλο τι τούτων*. Sic Reg. b. In ed. legitur tantum, ἄλλο τι.
(70) *Εἰς κακότεχνον*. Sic quatuor Regg., et Or. 1. In edit., ὡς κακότεχνον.
(71) *Ἵνα*. Reg. b, et Or. 1 addunt, καί.
(72) *Ἐπιδιώκεις*. Reg. bm, et Or. 1, διώκεις.
(73) *Εἰ καί*. Or. 1 ad marg., καὶ εἰ καί.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

ἐλάσσονα; Καὶ εἰ μὲν ἀνὴρ εἶ κατὰ Χριστὸν, καὶ γεγύμνασταί σοι τὰ αἰσθητήρια, καὶ λαμπρόν σοι τὸ φῶς τῆς γνώσεως, λάλει Θεοῦ σοφίαν τὴν λαλουμένην ἐν τοῖς τελείοις, καὶ τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ· καὶ ταύτην, ὅταν καιρὸν λάβῃς, καὶ πιστευθῇς. Τί γὰρ ἔχεις παρὰ σεαυτοῦ, ὃ μὴ δέδοται, μηδὲ εἴληφας; Εἰ δὲ ἔτι νήπιος εἶ (74), καὶ χαμερπῆς τὴν διάνοιαν, καὶ τοῖς ὑψηλοτέροις προσβαίνειν οὐκ ἱκανὸς, γενοῦ Κορίνθιος, γάλακτι τράφηθι (75). Τί χρῄζεις στερεωτέρας τροφῆς, ἣν οὐκ ἀναλίσκει τὰ μέλη, καὶ ποιεῖ τροφὴν δι' ἀσθένειαν; Φθέγγου μὲν, εἴ τι κρεῖττον σιωπῆς ἔχεις (καὶ γὰρ τὸ τάξιν στεῖλασθαι χείλεσιν ἐπαινούμενον, ἔγνως)· ἀγάπα δὲ ἡσυχίαν, ἔνθα κρεῖττον λόγου τὸ σιωπᾷν· καὶ τὰ μὲν εἰπεῖν, τὰ δὲ ἀκοῦσαι· καὶ τὰ μὲν ἐπαινέσαι, τὰ δὲ μὴ πικρῶς ἀποπέμψασθαι.

A terram sine periculo colere liceat, etiamsi minore cum quæstu? Si vir secundum Christum es, et sensus exercitatos habes [47], ac splendido scientiæ lumine præditus es, Dei sapientiam loquere, quæ apud perfectos [48] prædicatur, et quæ in mysterio abscondita est; idque ita demum, si commodum tempus nactus fueris, eamque fidei tuæ commissam habueris. Quid enim a teipso habes, quod tibi datum non fuerit, et quod non acceperis [49]? Sin autem ætate adhuc tenera es, atque humili et abjecto animo, viribusque infirmioribus, quam ut ad sublimiora progredi possis, Corinthius esto, satis tibi sit lacte nutriri [50]. Quid solidiorem cibum expetis, quem membra præ imbecillitate conficere, atque in alimentum vertere nequeant? Loquere sane, si quid B silentio melius et excellentius habes (neque enim te fugit laudi duci, si quis ordinem labiis adhibeat [51]), at ubi silere præstat, quam loqui, silentium complectere. Atque alia dicere ames, alia audire; alia laudibus evehere, alia, non tamen acerbe, ablegare ac rejicere.

ΙΔ'. Οὐκ ἴστε τὸν ἀγῶνα τὸν ἡμέτερον, ἀδελφοὶ, τῶν σοβαρῶς ἐνταῦθα προκαθεζομένων, καὶ ταῦτα νομοθετούντων ὑμῖν τοῖς πολλοῖς. Τάχα δὲ οὐδὲ ἡμῶν αὐτῶν οἱ πλείους γιγνώσκομεν (ὃ καὶ δακρύειν ἄξιον), ὅπως παρὰ Θεῷ ταλαντεύεται καὶ νόημα πᾶν, καὶ λόγος, καὶ πρᾶξις· καὶ οὐ παρὰ Θεῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρώπων τοῖς πλείστοις· οἱ βραδεῖς μέν εἰσι τῶν ἰδίων κριταὶ, ταχεῖς δὲ τῶν (76) ἀλλοτρίων ἐξετασταὶ, καὶ ῥᾷον ἂν ἄλλοις τὰ μέγιστα, ἢ τὰ ἐλάχιστα ἡμῖν συγχωρήσαιεν (77)· κἂν ὦσιν ἀμαθέστεροι, θᾶττον ἂν ἡμῶν ἀσέβειαν καταγνοῖεν, ἢ μετρίαν ἑαυτῶν ἄγνοιαν. Οὐκ ἴστε, πηλίκον ἐκ Θεοῦ δῶρον ἡ σιωπὴ, καὶ τὸ μὴ ἀνάγκην (78) ἔχειν λόγου παντὸς, ὥστε κατ' ἐξουσίαν, τὸν μὲν αἱρεῖσθαι, τὸν δὲ (79) ἀποδιδράσκειν, καὶ ταμιεύειν ἑαυτῷ καὶ λόγον καὶ σιωπήν. Φύσει μὲν γὰρ (80) ἅπας λόγος σαθρὸς καὶ εὐκίνητος, καὶ διὰ τὸν ἀντιμαχόμενον λόγον ἐλευθερίαν οὐκ ἔχων· ὁ δὲ περὶ Θεοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ μεῖζον τὸ ὑποκείμενον, καὶ ὁ ζῆλος πλείων, καὶ ὁ κίνδυνος χαλεπώτερος. Καὶ τί φοβηθέντες, τί θαῤῥήσομεν; νοῦν, ἢ λόγον, ἢ ἀκοὴν, ἐν τρισὶ τούτοις τοῦ κινδύνου σαλεύοντος; Καὶ γὰρ νοῆσαι (81) χαλεπὸν, καὶ ἑρμηνεῦσαι ἀμήχανον, καὶ ἀκοῆς κεκαθαρμένης ἐπιτυχεῖν (82) ἐργωδέστερον.

XIV. Nescitis, fratres, qua difficultate premamur, nos, inquam, qui hic cum pompa et fastu præsidemus atque hæc vobis, qui e plebe estis, quasi lata lege promulgamus. Ac fortasse nec nostrum plerique (quod etiam deplorandum est) intelligunt, quomodo apud Deum, et cogitatio omnis, et sermo, et actio velut ad lancem expendatur: nec apud Deum duntaxat, verum et apud omnes ferme homines; qui, cum rerum suarum tardi sint **589** judices, alienarum autem expediti sunt exploratores, citiusque aliis gravissima errata, quam nobis levissima, concesserint; ac, si imperitiores sint, nobis impietatis crimen potius impegerint, quam ut mediocrem suam inscitiam accusent. Nescitis, C quantum Dei donum sit silentium, ac loquendi necessitate minime constrictum esse, ita ut pro arbitratu alterum eligere, alterum fugere liceat, sibique, et sermonis, et silentii, velut dispensatorem esse. Nam cum omnis oratio suapte natura imbellis sit, facileque percellatur, ac propter repugnantem sermonem libertate careat; tum vero ea, quæ de Deo suscipitur, tanto plus habet difficultatis, quanto subjectum majus est, et zelus amplior, et periculum gravius. Quid autem metuemus? Aut quid erit ex quo fiduciam concipiemus? Mensne, an sermo, an auditus, cum in tribus his rebus periculum versetur? Nam et res divinas mente consequi arduum, et verbis explicare perdifficile, et purgatas aures nancisci majoris laboris et difficultatis est.

ΙΕ'. Φῶς μὲν ὁ Θεὸς, καὶ φῶς τὸ ἀκρότατον, οὗ βραχεῖά τις ἀπορροὴ, καὶ ἀπαύγασμα κάτω (83)

XV. Deus quidem lux est, atque adeo lux omnium sublimissima, cujus perexiguus quidam rivus, D

[47] Hebr. v, 14. [48] I Cor. II, 6. [49] I Cor. IV, 7. [50] I Cor. III, 2. [51] Prov. x, 19

(74) *Εἰ δὲ ἔτι νήπιος εἶ.* Sic codd. Prave in ed., *εἰ δὲ ἔστι νήπιος, εἶ*, etc.

(75) *Γάλακτι τράφηθι.* « Lac cibum adhibe.

(76) *Ταχεῖς δὲ τῶν*, etc. Bill.: « in alienis tamen censoriam virgulam celerrime arripiunt. »

(77) *Συγχωρήσαιεν.* Sic tres Regg., Or. 1 et Comb. In ed., συγχωρήσειεν.

(78) *Καὶ τὸ μὴ ἀνάγκην*, etc. « Nec cujusvis sermonis necessitate constringi, ita ut liberam habeat facultatem, quem maluerit, eligendi aut cavendi, sibique et sermonis, et silentii, velut dispensatorem esse. » De illo namque loquitur Gregorius, qui non sedet in magistri cathedra, cui incumbit de rebus divinis sermonem habere, et fidem explicare.

(79) *Τὸν μὲν... τὸν δέ.* Sic tres Regg., Or. 1 et Comb. In ed., τὸ μὲν... τὸ δέ.

(80) *Γάρ.* Deest in Reg. b et Or. 1.

(81) *Καὶ γὰρ νοῆσαι*, etc. Plato in *Timæo*, et Cicero *De universitate*, eamdem sententiam habent.

(82) *Ἐπιτυχεῖν.* Plures Regg. et Or. 1, τυχεῖν.

(83) *Ἀπαύγασμα κάτω.* Sic Reg. bm, Coisl. 1 et 2, Or. 1, etc. Deest κάτω in ed.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ac radius ad inferiora pertingens, est lumen id omne quod cernimus, quantumvis splendidum videatur; sed, ut vides, caliginem nostram calcat, ac tenebras latibulum suum posuit [52], easque inter se ac nos, quemadmodum olim Moyses velamen inter se et obduratos Israelitas, interjecit [53], ne sepositam ac reconditam pulchritudinem, qua pauci digni sunt, caliginosa natura facile videat, facileque hujusmodi aspectus compos effecta, facile quoque propter adipiscendi facilitatem amittat : verum lumen cum lumine, semper in sublime per appetitionem trahente, versetur, ac mens, vitiorum maculis repurgata, purissimæ menti jungatur, partimque nunc nobis aliquid appareat, partim autem postea, hoc scilicet virtutis, propensiorisque in Deum animi, seu expressæ illius similitudinis præmium ferens. *Videmus enim nunc*, inquit, *per speculum et in ænigmate : tunc autem* 590 *facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte : tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum* [54]. Quanta est vilitas nostra et abjectio! Quanta rursus pollicitatio! Deum perinde cognoscere, ut cogniti sumus. Hæc Paulus magnus ille veritatis præco, gentium in fide magister [55], qui amplissimum orbem Evangelio implevit [56]; qui nulli alii, quam Christo, vixit [56*], qui usque ad tertium cœlum penetravit [57], qui paradisi spectator fuit [58], qui denique perfectionis causa dissolutionis desiderio flagrabat [59].

A φθάνον, φῶς ἅπαν, κἂν ὑπέρλαμπρον φαίνηται· ἀλλ' ὁρᾷς, γνόφον πατεῖ (84) τὸν ἡμέτερον, καὶ ἔθετο σκότος ἀποκουφὴν αὐτοῦ, μέσον αὐτοῦ (85) τε καὶ ἡμῶν θεὶς, ὥσπερ καὶ Μωϋσῆς πάλαι τὸ κάλυμμα ἑαυτοῦ τε καὶ τῆς πωρώσεως Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ ῥᾳδίως ἴδῃ σκοτεινὴ φύσις τὸ ἀπόθετον κάλλος, καὶ ὀλίγων ἄξιον, μηδὲ ῥᾳδίως ἐπιτυχὸν (86), ῥᾳδίως καὶ ἀποβάλῃ διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς κτήσεως· φῶς (87) δὲ ὁμιλήσῃ φωτὶ, ἀεὶ πρὸς τὸ ὕψος ἕλκοντι διὰ τῆς ἐφέσεως, καὶ νοῦς πλησιάσῃ τῷ καθαρωτάτῳ κεκαθαρμένος, καὶ τὸ μὲν ἄρτι φανῇ, τὸ δὲ ὕστερον, ἄθλον ἀρετῆς καὶ τῆς ἐντεῦθεν πρὸς αὐτὸ (88) νεύσεως, εἴτουν ἐξομοιώσεως. *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι, φησὶ, δι' ἐσόπτρου καὶ ἐν αἰνίγματι, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην.* Καὶ τὸ ταπεινὸν ἡμῶν ὅσον! καὶ ἡ ἐπαγγελία πηλίκη! γνῶναι Θεὸν τοσοῦτον, ὅσον ἐγνώσμεθα. Ταῦτα Παῦλος ὁ μέγας κῆρυξ τῆς ἀληθείας, ὁ τῶν ἐθνῶν ἐν πίστει διδάσκαλος, ὁ τὸν πολὺν κύκλον τοῦ Εὐαγγελίου πληρώσας, ὁ μὴ ἄλλῳ τινὶ ζῶν, ἢ Χριστῷ, ὁ μέχρι οὐρανοῦ τρίτου φθάσας, ὁ τοῦ παραδείσου θεατὴς, ὁ ποθῶν διὰ τὴν τελειότητα τὴν ἀνάλυσιν.

B

XVI. Ac Moyses quidem Dei posteriora per petram vix conspexit [60] (quæcunque tandem posteriora illa erant, et quæcunque petra), idque cum multum precatus esset, ac promissi compos factus : nisi quod non tantum, quantum exoptabat, vidit, plusque illud fuit, quod eum fugit, quam quod ipsius oculis sese objecit; Moyses, inquam, qui Pharaonis Deus erat, qui tantam hominum multitudinem ductabat, qui tantam miraculorum vim demonstrarat. Tu vero, quosnam usquam cœlitus aluisti? Quam aquam e petra extudisti [61]? Quod mare virga dirupisti [62]? Quem populum per aquas, tanquam per aridam, transmisisti? Quos hostes fluctibus obruisti? Quos per ignis et nubis columnam deduxisti [63]? Quos Amalecitas per orationem, et manuum extensionem [64], ac crucem tanto ante mystice adumbratam, fudisti et profligasti, ut misere tecum et calamitose agi putes, quod plene ac perfecte Deum non comprehendas, atque idcireo omnia tibi moveri, ac sursum deorsumque jactari videan-

C

Ιϛ'. Καὶ Μωϋσῆς μὲν (89) μόλις εἶδε Θεοῦ τὰ ὀπίσθια διὰ τῆς πέτρας (ἅτινα ταῦτά ἐστι, καὶ ἥτις ἡ πέτρα), καὶ ταῦτα πολλὰ δεηθεὶς, καὶ τυχὼν ὑποσχέσεως· πλὴν ὅτι μὴ, ὅσον ἐπόθησεν, εἶδεν, ἀλλὰ πλέον (90) τοῦ φαντασθέντος ἦν ὃ διέφυγεν· Μωϋσῆς, ὁ τοῦ Φαραὼ Θεὸς, ὁ τοσοῦτον ἄγων λαὸν, ὁ τηλικαύτην σημείων ἐπιδειξάμενος δύναμιν. Σὺ δὲ, τίνας ἔθρεψας ἐξ οὐρανοῦ; Ποῖον ὕδωρ ἐκ πέτρας δέδωκας (91); Ποίαν ἔῤῥηξας θάλασσαν ῥάβδῳ; Τίνα λαὸν διήγαγες ὡς διὰ ξηρᾶς τῆς ὑγρᾶς; Τίνας ἐχθροὺς κατεπόντισας; Τίνας στύλῳ πυρὸς καὶ νεφέλης ὡδήγησας; Τίνα κατεπολέμησας Ἀμαλὴκ εὐχῇ, καὶ χειρῶν ἐκτάσει, καὶ τῷ σταυρῷ προτυπουμένῳ πόῤῥωθεν μυστικῶς, ἵν' ᾖ σοι συμφορὰ τὸ μὴ τελείως καταλαβεῖν (92) Θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο πάντα δονῆται, καὶ ἄνω καὶ κάτω φέρηται (93); Ἐπεὶ δὲ Μωϋσέως ἐμνήσθην, οὐκ ἔμαθες ἐντεῦθεν χαρίσματος ἀκολουθίαν καὶ νόμον τάξεως; Εἰ μὲν εἶ Μωϋσῆς, καὶ τῆς νεφέλης εἶσω χώρησον, καὶ λάλει Θεῷ, καὶ φωνῆς ἄκουε, καὶ δέξαι νόμον, καὶ νομοθέ-

D

[52] Psal. xvii, 12. [53] Exod. xxxiv, 33. [54] I Cor. xiii, 12. [55] II Tim. i, 11. [56] Rom. xv, 19. [56*] Galat. ii, 20. [57] II Cor. xii, 2. [58] ibid. 4. [59] Philip. i, 23. [60] Exod. xxxiii, 22 sqq. [61] Exod. xvii, 6. [62] Exod. xiv, 16 sqq. [63] Exod. xiii, 21. [64] Exod. xvii, 10 seq.

(84) *Ὁρᾷς, γνόφον πατεῖ.* Sic Reg. bm et Coisl. 2. In Or. 1, ὅρα, « aspice. » In aliis, ὁρᾷς; « videsne? » In ed., ὁρᾷς, γνόφον πατεῖν. Schol. : Γνόφον, τουτέστι, τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν· « Caliginem, id est, infirmitatem nostram. »

(85) *Αὐτοῦ.* Duo Regg., ἑαυτοῦ.

(86) *Ἐπιτυχόν.* Reg. hu, Coisl. 1 et Bas., ἐπιτυχοῦσα.

(87) *Φῶς.* Schol. : Τουτέστι, νοῦς καθαρὸς καὶ ἅγιος τῷ ἀληθινῷ φωτὶ πλησιάσῃ. Σκοτεινὴν δὲ φύσιν λέγει τὴν ἁμαρτητικὴν κατάστασιν. Σκοτεινὴν γὰρ ἀνθρώπου φύσιν τὸν Θεὸν ποιῆσαι ἀμήχανον· ἀγαθὸς γὰρ ὤν, καλὰ λίαν πάντα ἐποίησεν· « Id est, mens pura et sancta vero lumini appropinquet. Caliginosam autem appellat naturam, propensionem ad peccatum. Caliginosam enim conditam fuisse a Deo hominis naturam, dicere fas non est; quippe qui bonus cum sit, omnia valde bona creavit. »

(88) *Αὐτό.* Reg. bm et Sav., αὐτόν.

(89) *Μέν.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(90) *Πλέον.* Or. 1, πλεῖον.

(91) *Δέδωκας.* Duo Regg. et Or. 1, ἔδωκας.

(92) *Καταλαβεῖν.* Duo Regg. et Or. 1, καταλαμβάνειν.

(93) *Δονῆται... φέρηται.* Reg. bm, et Comb., δονεῖται... φέρεται.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

σηστον. Εἰ δὲ Ἀαρών, συνανάβηθι μὲν, ἀλλὰ τῆς A νεφέλης ἔξω στῆθι πλησίον. Εἰ δὲ Ἰθάμαρ τις, ἢ Ἐλεάζαρ, καὶ τρίτος ἀπὸ Μωϋσέως, ἢ τῆς γερουσίας τις καὶ τῶν Ἑβδομήκοντα, ἔτι πόρρωθεν στῆθι, κἂν τῇ στάσει (94) τὸ τρίτον ἔχων. Εἰ δὲ τοῦ λαοῦ καὶ τῶν πολλῶν εἷς, οὐ προσίεταί σε τὸ ὄρος, οὗ κἂν θηρίον θίγῃ, λιθοβοληθήσεται. Κάτω μεῖνον, καὶ μόνης ἄκουε τῆς φωνῆς, καὶ ταύτης, ἁγνίσας σεαυτὸν καὶ καθάρας (95), ὡς διατέταξαι.

tur? At quoniam Moysis mentionem feci, nonne hinc gratiæ divinæ seriem, ordinisque legem didicisti? Si Moyses es, nubem quoque ipsam ingredere, et Deum alloquere, et vocem audi, et legem accipe, ac leges statue [66]. Si autem Aaron, simul quidem ascende : verum extra nubem in propinquo consiste [66]. Si vero Ithamar quispiam, aut Eleazar [67], atque a Moyse tertius, ordinisque senatorii et ex Septuaginta unus, longius adhuc gradum fige, quamvis ordine tertius. Quod si plebeius quispiam, infimique ordinis, mons minime te admittit; quippe quem etiam si bestia tetigerit, lapidibus opprimetur. Infra remane, vocemque solam audi, idque etiam postquam teipsum, ut jussus es, expiaveris ac perpurgaveris.

ΙΖ'. Καὶ ἵνα σε παιδεύσω διὰ πλειόνων, τίς τῶν ἱερέων ἐτελείου τὰς χεῖρας; Μωϋσῆς. Τίς τῶν τελουμένων ὁ πρῶτος; Ἀαρών. Καὶ ἔτι πρὸ τούτων, B τίς τὰ πρὸς Θεὸν ἦν; Καὶ τίς ἀντὶ φωνῆς τῷ λαῷ; Εἰς δὲ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσῄει τίς, πλὴν ἑνός; Ἀεὶ δὲ οὗτος; Οὐδαμῶς· ἀλλ' ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ ἦν ὅτε. Ἕφερον δὲ τὴν σκηνὴν τίνες, πλὴν τῶν Λευιτῶν; Καὶ οὗτοι, καθὼς διετέταχτο, οἱ μὲν τὰ τιμιώτερα ταύτης, οἱ δὲ τὰ δεύτερα, καθὼς ἡ τῶν φερόντων ἀξία; Ἐπεὶ δὲ καὶ φυλάσσεσθαι ταύτην ἔδει, ἐφύλασσον τίνες, καὶ πῶς; Οἱ μὲν τόδε τὸ κλίτος (96), οἱ δὲ τόδε· καὶ οὐδὲ (97) ἀόριστον, οὐδὲ ἄτακτον, οὐδὲ τῶν ἐλαχίστων. Ἡμεῖς δὲ ἂν μικροῦ δοξαρίου τύχωμεν, ἢ οὐδὲ τούτου πολλάκις, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν, ἢ δύο (98), ἢ τρία ῥήματα τῆς Γραφῆς ἐκμελετήσωμεν, καὶ ταῦτα περιτεκομμένως καὶ ἀνοήτως (τοῦτο ἐκεῖνο, ἡ αὐθημερινὴ σοφία, καὶ ὁ ἐν Χαλάνῃ (99) πύργος, ὃς καλῶς τὰς γλώσσας ἐμέρισεν)· καὶ ἀπονοηθῆναι δεῖ κατὰ Μωϋσέως, καὶ γενέσθαι Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν τοὺς ὑβριστὰς καὶ ἀθέους. Ὧν φύγωμεν τὴν αὐθάδειαν, καὶ μηδὲ τὴν ἀπόνοιαν μιμησώμεθα, μηδὲ τὸ τέλος δεξώμεθα.

XVII. Atque ut uberius te instruam, quis sacerdotum manus consecrabat? Moyses. Quis eorum, qui consecrabantur, primus erat? Aaron. Quis autem, quod ante a nobis dictum oportuit, ea, quæ ad Deum **591** spectabant, curabat? Quis rursus populo vocis instar erat? Jam, in Sancta sanctorum cui, præterquam uni, aditus patebat [68]? Semperne autem illi patebat? Nequaquam; sed semel per annum, et statuto tempore. Quinam porro arcam gestabant, nisi Levitæ? Et ex iis, ut constitutum erat, alii quidem præstantiores ejus partes, alii autem inferiores minorisque pretii, prout cujusque dignitas ferebat? Et quoniam eam quoque custodiri oportebat, quinam eam, et quo pacto custodiebant? Alii videlicet aliud latus, alii aliud : nec quidquam non distinctum et ordinatum erat, ne minimarum quidem rerum. At nos si exiguam C quamdam gloriolam assecuti fuerimus, ac ne hanc quidem persæpe, verum temere duo aut tria Scripturæ verba, eaque imperite et concise perdiderimus (illa videlicet sapientia est uno die parta, et Chalanæ turris, qua linguæ præclare divisæ sunt), jam et contumaciter atque insane adversus Moysem insurgendum est, et Dathani et Abironis contumelia et impietas imitanda. Quorum arrogantiam et amentiam, quæso, fugiamus, ne iisdem pœnis opprimamur.

ΙΗ'. Βούλει δὲ καὶ ἄλλην σοι παραστήσω τάξιν, καὶ ταύτην ἐπαινετὴν, καὶ ταύτην ἀξίαν τῆς εἰς τὸ παρὸν μνήμης, καὶ νουθεσίας; Ὁρᾷς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, πάντων ὄντων ὑψηλῶν, καὶ τῆς ἐκλογῆς ἀξίων, ὁ μὲν Πέτρα καλεῖται, καὶ τοὺς θεμελίους τῆς Ἐκκλησίας πιστεύεται, ὁ δὲ ἀγαπᾶται πλέον, καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ (1) Ἰησοῦ ἀναπαύεται, καὶ φέρουσιν οἱ λοιποὶ τὴν προτίμησιν. Ἀναβῆναι δὲ εἰς τὸ ὄρος δεῆσαν, ἵνα τῇ μορφῇ λάμψῃ, καὶ τὴν θεότητα D παραδείξῃ, καὶ γυμνώσῃ τὸν ἐν τῇ σαρκὶ κρυπτόμενον, τίνες συναναβαίνουσιν (οὐ γὰρ πάντες ἐπόπται τοῦ θαύματος); Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, οἱ πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ὄντες καὶ ἀριθμούμενοι. Παρεῖναι δὲ ἀγωνιῶντι, καὶ ἀναχωροῦντι μι-

XVIII. Vis aliud quoque ordinis et disciplinæ exemplum in medium proferam, idque præclarum et laudabile, ac præsenti commemoratione atque admonitione imprimis dignum? Vides quemadmodum ex Christi discipulis, magnis utique omnibus et excelsis, atque electione dignis, hic Petra vocetur [69], atque Ecclesiæ fundamenta in fidem suam accipiat, ille impensius ametur, et supra pectus Jesu requiescat [70], ac reliqui discipuli eos sibi præferri æquo animo ferant. Jam, cum in montem ascendendum fuisset, ut Christus corporea forma splenderet [71], et divinitatem suam palefaceret, eumque, qui carne tegebatur, nudaret atque aperiret, quinam simul ascendunt (nec enim omnes ad hujus

[66] Exod. xix, 3 sqq. [66] Exod. xxiv, 1 sqq. [67] Exod. xxviii, 1 sqq. [68] Levit. xvi, 2; Hebr. ix, 7. [69] Matth. xvi, 18. [70] Joan. xiii, 25. [71] Matth. xvii, 1 sqq

(94) *Κἂν τῇ στάσει*, etc. Bill. : « sedeque tertia acquiesce. »

(95) *Καθάρας*. Duo Regg. et Or. 1, καθήρας.

(96) *Τὸ κλίτος*. Schol. : Τὸ μέρος. « Alii hanc, alii illam partem. »

(97) *Οὐδέ*. Reg. bm, et Bas., οὐδέν.

(98) *Ἢ δύο*. Sic codd. deest ἢ in ed.

(99) *Χαλάνῃ*. Duo Regg. et Or. 1, Χαλάννῃ. « Chalanæ turris, » id est, « turris Babel. »

(1) *Τοῦ*. Deest in tribus Regg. et Or. 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

miraculi spectaculum admittuntur)? Petrus, Joannes et Jacobus, qui ante alios, et erant, et numerabantur. Rursus cum in supremo agone versanti, et paulo ante passionem secedenti [72], ac precibus operam danti quosdam adesse oporteret, quinam ad eam rem asciti sunt? Iidem illi. Atque hæc Christi prælatio et electio fuit Cæteroqui vero quanta concinnitas, et disciplina? Aliud Petrus interrogat [73], aliud Philippus [74], aliud Judas [75], aliud Thomas [76], aliud alius quispiam, neque aut idem omnes, aut omnia unus, sed vicissim quisque, ac sigillatim. Dicesne hic fortasse, hoc singulos quæsivisse, quod cuique opus erat? **592** Istud autem, quale tibi videtur? Philippus quiddam dicere gestit, nec solus audet, verum Andream quoque adhibet [77]. Petrus aliquid percunctari cupit, et Joanni rem capitis nutu proponit [78]. Ubi hic morositas? Ubi dominandi libido? Ecquod illustrius argumentum edere potuissent, se Christi discipulos esse, mitis, inquam, illius et humilis corde [79], et servi propter nos, ipsius servos, atque omnem in omnibus rebus gloriam ad Patrem transmittentis, ut nobis moderationis exemplum et disciplinæ præberet? Quam tamen tantum abest, ut colamus et amplectamur, ut bene nobiscum actum iri putemus, si non omnes homines audacia et arrogantia superemus, utpote qui hanc de maximis et in maximis rebus ostentemus.

A κρὸν πρὸ τοῦ πάθους, καὶ εὐχομένῳ, τίνες; Οἱ αὐτοὶ πάλιν. Αὕτη μὲν ἡ τοῦ Χριστοῦ προτίμησις. Ἡ λοιπὴ δὲ εὐκοσμία καὶ τάξις, ὅση; Τὸ μὲν Πέτρος ἐρωτᾷ, τὸ δὲ Φίλιππος, τὸ δὲ Ἰούδας, τὸ δὲ Θωμᾶς, τὸ δὲ ἄλλος τις, καὶ οὐδὲ τὸ αὐτὸ πάντες, οὐδὲ τὰ πάντα εἷς, ἀλλ' ἕκαστος ἐν μέρει, καὶ καθ' ἕν. Οὗπερ (2) ἕκαστος ἔχρῃζεν, εἴποις ἄν; Ἀλλ' ἐκεῖνό γε, τί σοι φαίνεται; Βούλεταί τι Φίλιππος εἰπεῖν, καὶ οὐ θαῤῥεῖ μόνος, ἀλλὰ καὶ Ἀνδρέαν προσλαμβάνει. Χρῄζει πυθέσθαι τι Πέτρος, καὶ Ἰωάννην προβάλλεται διὰ νεύματος. Ποῦ τὸ αὐστηρὸν ἐνταῦθα; Ποῦ δὲ τὸ φίλαρχον; Πῶς ἂν μᾶλλον ἔδειξαν ὄντες μαθηταὶ Χριστοῦ, τοῦ πράου καὶ ταπεινοῦ τὴν καρδίαν, καὶ δούλου δι' ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους, καὶ πᾶσαν τῷ Πατρὶ τὴν δόξαν ἐν πᾶσιν ἀναπέμποντος, ἵν' ἡμῖν B δῷ τύπον εὐταξίας καὶ μετριότητος; Ἦν τοσοῦτον τιμᾷν ἀπέχομεν, ὥστε ἀγαπᾴην ἄν, εἰ μὴ καὶ θρασύτεροι πάντων εἴημεν, οἵ γε περὶ μεγίστων κἂν τοῖς μεγίστοις ταύτην ἐπιδεικνύμεθα.

XIX. An te fugit, humilitatem, non tam in parvis rebus levisque momenti (fieri enim possit, ut eam ostentatio, fictaque et adumbrata virtutis species pariat), quam in majoribus et gravioribus explorari? Ego certe humilitatis ac modestiæ laudem huic demum tribuerim, non qui de seipso pauca (idque apud paucos, et raro commemorat), nec qui inferiorem humiliter affatur, sed qui parce ac moderate de Deo loquitur; ac quædam proloqui, quædam premere et retinere, quorumdam etiam insciliam fateri novit, atque ei sermone cedit, cui loquendi munus commissum est, ac nonnullos uberiori Spiritus gratia præditos, et contemplatione altius provectos esse æquo animo patitur. Turpe enim est profecto, in veste ac victus ratione, non sublimiorem, sed viliorem eligere, ac genuum callo, lacrymarum fontibus, jejuniis, vigiliis, chameuniis, labore, atque omni corporis maceratione humilitatem præ se ferre, ac propriam imbecillitatem agnoscere; in divinis autem disputationibus principatum et tyrannidem sibi vindicare, nec cuiquam omnino cedere, verum supra omnes legis doctores gloriam, sed etiam securitatem habeat.

Ιθ'. Οὐκ οἶσθα, ὅτι τὸ ταπεινὸν, οὐκ ἐν τοῖς μικροῖς κρίνεται τοσοῦτον (γένοιτο γὰρ ἂν καὶ δι' ἐνδειξιν καὶ ψευδῆ μόρφωσιν ἀρετῆς), ὅσον ἐν τοῖς μείζοσι δοκιμάζεται; Καὶ ταπεινόφρων ἐμοὶ, οὐχ ὅστις περὶ ἑαυτοῦ μικρὰ διαλέγεται, καὶ τοῦτο πρὸς C ὀλίγους, καὶ ὀλιγάκις, οὐδ' ὅστις ταπεινῶς προσαγορεύει τὸν ἀτιμότερον, ἀλλ' ὅστις μετρίως περὶ Θεοῦ φθέγγεται· καὶ τὰ μὲν εἰπεῖν οἶδε, τὰ δὲ κατέχειν, τῶν δὲ ὁμολογεῖν (3) τὴν ἄγνοιαν, καὶ παραχωρεῖ (4) τοῦ λόγου τῷ πιστευθέντι, καὶ εἶναί τινα πνευματικώτερον δέχεται, καὶ διαβεβηκότα μᾶλλον ἐν θεωρίᾳ. Αἰσχρὸν γὰρ (5) ἐσθῆτος μὲν καὶ διαίτης, μὴ τὴν ὑψηλοτέραν αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν εὐτελεστέραν, καὶ τύλοις γονάτων, καὶ δακρύων πηγαῖς, ἔτι δὲ νηστείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ χαμευνίαις, κόπῳ καὶ πᾶσιν ὑπωπιασμοῖς (6) τὸ ταπεινὸν ἐπιδείκνυσθαι (7), καὶ τὴν τῆς ἰδίας ἀσθενείας συναίσθησιν· αὐτοκράτορα δὲ εἶναι καὶ τύραννον ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, καὶ μηδενὶ τὸ παράπαν ὑφίεσθαι, καὶ τὴν ὀφρὺν αἴ- D ρειν ὑπὲρ πάντα νομοδιδάσκαλον· ἔνθα τὸ ταπεινὸν μετὰ τῆς εὐδοξίας ἔχει καὶ τὴν ἀσφάλειαν.

XX. Quid igitur (interpellabit quispiam ex iis, qui ferventioris animi sunt), an de Deo tacebimus, idque nobis indicis? Et de qua tandem re potius, quam de ipso loquemur? Aut quo loco illud ponemus: *Semper laus ejus in ore meo* [80]; et, *Benedi-*

supercilium efferre; cum ibi humilitas, non solum

Κ'. Τί οὖν; σιωπησόμεθα περὶ Θεοῦ, καὶ τοῦτο κελεύεις (ὑπέκρουέ [8] τις τῶν θερμοτέρων); Καὶ περὶ τίνος μᾶλλον, ἢ τούτου φθεγξόμεθα; Καὶ ποῦ θήσομεν τὸ, *Διὰ παντὸς ἡ αἴνεσις αὐτοῦ ἐν τῷ στόματί μου*· καὶ, *Εὐλογήσω τὸν Κύριον ἐν παντὶ*

[72] Matth. xxvi, 37. [73] Joan. xiii, 6. [74] Joan. xiv, 8. [75] ibid. 22. [76] ibid. 5. [77] Joan. xii, 22. [78] Joan. xiii, 24. [79] Matth. xi, 29. [80] Psal. xxxiii, 2

(2) *Οὗπερ.* Editi habent, καὶ ουπερ, quod καὶ delevimus auctoritate melioris notæ codicum.

(3) *Ὁμολογεῖν.* Duo Regg. et Or. 1, ὁμολόγησαι.

(4) *Παραχωρεῖ.* Coisl. 1, παραχωρεῖν.

(5) *Αἰσχρὸν γάρ.* Sic Reg. bm. Deest γάρ in ed.

(6) *Ὑπωπιασμοῖς.* Comb., ὑπωπιεσμοῖς.

(7) *Ἐπιδείκνυσθαι.* Or. 1, ὑποδείκνυσθαι.

(8) *Ὑπέκρουε.* Duo Regg., Coisl. 1 et Or. 1, ὑπέκρουσε. Gloss., ἀντέπεσε.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

καιρῷ· καὶ, Ἀλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου (9)· καὶ, Ἰδοὺ, τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· καὶ τοιαῦτα ἐρεῖ μεμελετημένα, καὶ ὡρισμένα ῥήματα; Πρὸς ὃν δεῖ πράως καὶ μὴ χαλεπῶς ἀπαντῆσαι τοῖς λόγοις, ἐντεῦθεν, διδάσκοντας (10) εὐταξίαν. Οὐ σιωπᾷν διακελεύομαι, ὦ σοφώτατε, ἀλλὰ μὴ φιλονείκως ἵστασθαι· οὐ κρύπτειν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ μὴ διδάσκειν παρὰ τὸν νόμον (11). Ἐγὼ πρῶτος τῶν ἐπαινούντων εἰμὶ σοφίαν, κἂν τοῖς θείοις λόγοις ἀσχολουμένων, ἢ ἀσχολεῖσθαί γε βουλομένων· καὶ μή ποτε πρὸ ταύτης τι θείην τῆς ἀσχολίας, μηδὲ ταλαίπωρος ὑπ' αὐτῆς ἀκούσαιμι τῆς Σοφίας, ὡς σοφίαν καὶ παιδείαν ἐξουθενῶν. Φεύγω δ' ὅμως τὸ ἄμετρον, καὶ κολάζω (12) τὴν ἀπληστίαν· καὶ ἀργὸς εἶναι μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἢ περίεργος δέχομαι, ἂν μὴ ἀμφότερα διαφεύγειν ἐξῇ, καὶ τοῦ μετρίου (13) τυγχάνειν· καὶ δειλότερος μᾶλλον τοῦ δέοντος, ἢ θρασύτερος. Σὺ δὲ ποιεῖς παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ κωλύοντά με τροφῆς ἀμετρίαν, καὶ καθόλου τροφὴν κωλύειν κατηγοῦ· ἢ καὶ τυφλότητα ἐπαινεῖν, σωφρόνως ὁρᾷν εἰσηγούμενον.

A cam *Dominum in omni tempore* [81]; et, *Veritatem meditabitur guttur meum* [82]; et, *Ecce labia mea non prohibebo* [83]; et alia quæ in eamdem sententiam meditata ac definita **593** testimonia producet? Cui leniter et sine acerbitate, ut hinc quoque animi moderationem doceamus, occurrendum est. Non te tacere jubeo, vir sapientissime, sed a pertinaci contentione abstinere : non veritatem occultare, sed præter legem non docere. Nam et ipse vel primus inter eos nomen profiteor, qui sapientiam et doctrinam laudibus efferunt, atque in divinis sermonibus sacrisque studiis tempus atque operam ponunt, aut certe ponere cupiunt : ac Deus faxit, ne quid unquam huic occupationi prævertendum ducam, ne alioqui ab ipsa Sapientia miser appeller, ut sapientiam et eruditionem spernens [84], ac pro nihilo ducens. Interim tamen excessum vito, et inexplebilem cupiditatem coerceo; malimque, si mihi utrumque fugere, ac mediocritatem assequi non liceat, nimis ignavus esse, quam nimis curiosus; ac nimis timidus, quam nimis audax et temerarius. At tu idem omnino mihi facere videris, ac si me, immodico cibo tibi interdicentem, eo nomine accusares, quasi ab omni universum alimento tibi abstinendum esse præscriberem; aut ad caste pudiceque cernendum hortantem, perinde criminareris, quasi cæcitatem laudibus efferrem.

B

ΚΑ'. *Εἰ* (14) *ἔστι σοι λόγος συνέσεως, ἀποκρίθητι*, φησὶ, *καὶ οὐδεὶς ὁ κωλύσων· εἰ δὲ μὴ, δεσμὸς κείσθω σοῖς χείλεσι.* Πόσῳ μᾶλλον ἁρμόζει τοῦτο τοῖς εἰς τὸ διδάσκειν ἑτοίμοις; Εἰ μὲν ἔστι σοι καιρὸς, δίδαξον· εἰ δὲ μὴ, τὴν γλῶσσαν πεδήσας, λῦσον τὴν ἀκοήν. Μελέτα μὲν ἐν τοῖς θείοις, ἀλλ' εἴσω τῶν ὅρων μένων. Φθέγγου μὲν τὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ, εἰ δυνατὸν, μηδ' (15) ἄλλο τι· καὶ φθέγγου μᾶλλον ἢ ἀνάπνει (καλὸν γὰρ τοῦτο καὶ ἔνθεον, τῇ μνήμῃ τῶν θείων, ἀεὶ (16) κεντρίζεσθαι πρὸς Θεόν), ἀλλ' ἃ προσετάχθης διανοούμενος. Μὴ περιεργάζου Πατρὸς φύσιν (17), Υἱοῦ (18) μονογενοῦς οὐσίωσιν, Πνεύματος δόξαν καὶ δύναμιν, τὴν μίαν ἐν τοῖς τρισὶ θεότητα καὶ λαμπρότητα, τὴν ἀμέριστον καὶ φύσιν, καὶ ὁμολογίαν, καὶ δόξαν, καὶ τῶν πεπιστευκότων ἐλπίδα. Ἔχου τῶν συντρόφων ῥημάτων· ὁ λόγος ἔστω τῶν σοφωτέρων. Ἀρκεῖ σοι τὸν θεμέλιον ἔχειν· ἐποικοδομείτω δὲ ὁ τεχνίτης. Ἀρκεῖ τῷ ἄρτῳ τὴν καρδίαν στηρίζεσθαι· τὰ ὄψα δὲ τοῖς πλουσίοις συγχώρησον. Οὐδεὶς κρίνει σε, μὴ τρέφοντα πολυτελῶς, τῶν νοῦν ἐχόντων· ἀλλ' ἐὰν μὴ παραθῇς ἄρτον, μηδὲ ποτίσῃς ὕδωρ, εἴτουν μαθητὴν Χριστοῦ (19), εἴτε ἄλλον τινὰ μέχρι τούτων δυνάμενος. *Μὴ ἴσθι ταχὺς ἐν λόγοις*, ἡ σοφία διακελεύεταί σοι· μὴ συμπαρεκτείνου, πένης ὤν, πλουσίῳ, μηδὲ ζήτει τῶν σοφῶν

C

XXI. *Si est tibi sermo prudentiæ*, inquit ille, *responde : nec quisquam prohibebit : sin minus, hæreat vinculum labiis tuis* [85]. Quanto commodius hoc in eos, qui ad docendum prompti ac parati sunt, adhiberi queat? Si tibi tempus est, doce; sin minus, revincta lingua, aures solve. Meditare tu quidem, atque animo versare in rebus divinis, cæterum intra fines te continens. Loquere tu quidem ea quæ sunt Spiritus, ac, si fieri potest, ne aliud quidem quidquam loquere; imo etiam crebrius loquere, quam respires (pulchrum enim ac divinum est per divinarum rerum commemorationem ad Dei amorem perpetuo exstimulari); sed ita, ut ea, quæ tibi imperata sunt, cogites. Ne Patris naturam anxie inquiras, Unigeniti ortum, Spiritus sancti gloriam et potentiam; unam, inquam, et eamdem in tribus personis deitatem et claritatem, individuam illam naturam, ac confessionem, et gloriam, et credentium spem. Verba ea, quibus simul cum lacte imbutus es, mordicus retine; sermonis autem et disputationis curam eruditioribus manda. Satis superque tibi est fundamentum habere : superstruat architectus. **594** Sufficit tibi cor pane fulcire : obsonia copiosis et locupletibus relinque. Nemo sanus ac prudens te accusabit, si splendide ac

D

[81] Psal. xxxiii, 2. [82] Prov. viii, 7. [83] Psal. xxxix, 10. [84] Sap. iii, 11. [85] Eccli. v, 14.

(9) Ἀλήθειαν μελετήσει ὁ λάρυγξ μου. Hæc desunt in duobus Regg. et Or. 1.

(10) Ἐντεῦθεν διδάσκοντας. Coisl. 1, ἐνταῦθα. In quibusdam, διδάσκοντες.

(11) Παρὰ τὸν νόμον. Or. 1, ὑπὲρ τὸν νόμον.

(12) Κολάζω. Sic Reg. bm, Coisl. 1, Or. 1, Bas., Comb., etc. In ed., σχολάζω, « otior. »

(13) Τοῦ μετρίου. Sic tres Regg. et Or. 1. Deest τοῦ in ed.

(14) Εἰ. Or. 1 addit, μέν.

(15) Μηδ'. Reg. bm, μηδέν.

(16) Θείων, ἀεί. Sic duo Regg., Or. 1, et Comb. Deest ἀεί in ed.

(17) Πατρὸς φύσιν. Schol.: Ἰδοὺ φύσιν ἐκάλεσε τὴν τοῦ Πατρὸς μίαν ὑπόστασιν· « Ecce naturam appellavit unam Patris subsistentiam, seu, personam. »

(18) Υἱοῦ. Deest in tribus Regg. et Or. 1.

(19) Εἴτουν μαθητὴν Χριστοῦ. Duo Regg., εἴτ' οὖν Χριστοῦ μαθητήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Γ'. Τίνα δῆμον ἐπήγαγόν σοι θράσει φερόμενον; Τίνας ὁπλίτας παρέταξα; Τίνα στρατηγὸν θυμῷ ζέοντα (18), καὶ τῶν ἐπιτασσόντων (19) θρασύτερον, καὶ τοῦτον οὐδὲ Χριστιανὸν, ἀλλ' οἰκείαν θρησκείαν προσάγοντα τοῖς ἑαυτοῦ δαίμοσι, τὴν καθ' ἡμῶν ἀσέβειαν; Τίνας εὐχομένους ἐπολιόρκησα, καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τὸν Θεὸν αἴροντας; Τίνας ψαλμῳδίας σάλπιγξιν ἔστησα; Τίνων μυστικὸν αἷμα φονικοῖς αἵμασιν ἔμιξα; Τίνων οἰμωγὰς θρήνοις ἔπαυσα, πνευματικὰς ὀλεθρίοις (19'), καὶ δάκρυσι τραγῳδίας, δάκρυα κατανύξεως; Ποῖον (20) προσευχῆς οἶκον πεποίηκα πολυάνδριον; Ποῖα λειτουργικὰ σκεύη, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄψαυστα, χερσὶν ἀνόμων ἐξέδωκα, ἢ Ναβουζαρδὰν τῷ ἀρχιμαγείρῳ, ἢ Βαλτάσαρ τῷ κακῶς ἐν τοῖς ἁγίοις τρυφήσαντι, καὶ μέντοι καὶ δίκας εἰσπραχθέντι τῆς ἀπονοίας ἀξίας; Θυσιαστήρια ἠγαπημένα, ὡς φησιν ἡ θεία (21) Γραφὴ, νυνὶ δὲ καθυβρισμένα· ὑμῶν δὲ ποῖον (22) δι' ἡμᾶς κατωρχήσατο μειράκιον ἀσελγὲς, αἰσχρὰ λυγιζόμενον (23), καὶ καμπτόμενον; μᾶλλον δὲ, διὰ τίνος ἐγὼ τοιούτου (24) τὸ μέγα μυστήριον καὶ θεῖον ἐξωρχησάμην (25); Καθέδρα τιμία, καὶ τιμίων ἀνδρῶν ὥρυμα καὶ ἀνάπαυμα, καὶ πολλοὺς εὐσεβεῖς ἀμείψασα ἱερέας, ἄνωθεν τὰ θεῖα μυσταγωγήσαντας· ἐπὶ δὲ σὲ τίς ἀνέβη δημηγόρος Ἕλλην, καὶ γλῶσσα πονηρὰ, τὰ Χριστιανῶν στηλιτεύουσα; Παρθένων αἰδὼς καὶ σεμνότης, ὄψεις ἀνδρῶν μηδὲ σωφρόνων φέρουσα, σὲ δὲ τίς ἡμῶν ἤσχυνε καὶ καθύβρισε μέχρι τῶν ἀθεάτων, καὶ ἀσεβῶν ὄψεσι προὔθηκε θέαν ἐλεεινὴν, καὶ τοῦ Σοδομιτικοῦ (26) πυρὸς ἀξίαν; Ἐῶ γὰρ θανάτους λέγειν τῆς αἰσχύνης ἀνεκτοτέρους.

III. Quem populum audacia elatum in te immisi? Quos milites instruxi? Quem belli ducem ira inflammatum, iisque, qui imperabant, atrociorem, ac ne Christianum quidem ipsum, verum suam adversum nos impietatem, tanquam congruentem quemdam cultum dæmonibus suis offerentem? Quosnam precibus operam dantes, manusque ad Deum attollentes, obsidione cinxi? Quas psalmorum cantiones, tubarum **605** clangore compressi? Quorum mysticum sanguinem cum cædium sanguine permiscui? Quos spirituales fletus, emorientium fletibus, et quas pœnitentiæ lacrymas, tragœdiæ lacrymis cohibui? Quam orationis domum in sepulcrum converti? Quæ vasa ministerio sacro destinata, nec vulgi manibus attrectanda, iniquorum manibus dedidi, nempe, vel Nabuzardæ coquorum præfecto [11], vel Baltazaro [12], qui male in sanctis poculis perbacchatus est, atque adeo dignas amentia sua pœnas exsolvit? Altaria chara, ut ait Scriptura [13], nunc autem contumeliæ habita; quisnam impudicus adolescens, turpiter membra torquens ac inflectens, nostra causa vobis insultavit? vel potius, per quem unquam hujusmodi nebulonem ego magnum et divinum mysterium ludibrio habui? O cathedra præclara, et præclarorum virorum sedes ac requies, quæque multos pios sacerdotes, qui jam olim res divinas docuerunt, commutasti; quisnam ethnicus concionator te conscendit, et improba lingua, Christianorum religionem invectiva oratione proscindens? O virginum pudor et castitas, ne pudicorum quidem virorum conspectum ferens, quisnam ex nostris, usque etiam ad eas corporis partes, quas inspicere nefas erat, probro et contumelia vos affecit, atque impiorum oculis miserandum spectaculum proposuit, flammaque Sodomitica vindicandum? Mitto enim cædes hujusmodi probro tolerabiliores.

Δ'. Τίνας ἐπαφήκαμεν θῆρας ἁγίων σώμασιν, ὥς τινες τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν (27) δημοσιεύσαντες, ἓν ἐγκαλέσαντες μόνον, τὸ μὴ τῇ ἀσεβείᾳ συνθέσθαι,

IV. Quas feras in sanctorum corpora immisimus, ut nonnulli, qui humanam naturam publicarunt et prostituerunt, hoc unum crimini vertentes, quod

[11] IV Reg. xxv, 11. [12] Dan. v, 3. [13] Ose. viii, 11.

(18) *Ζέοντα.* Reg. bm, ζέσαντα.

(19) *Ἐπιτασσόντων.* Schol. : Βασιλέων ἑτεροδόξων· « Imperatoribus Hæreticis crudeliorem. » Hic designatur Palladius Ægypti rector, qui, juxta Theodoretum, *Hist.* lib. IV, c. 22, post Athanasii obitum, Alexandriæ, ac in tota Ægypto, Catholicos gravissime afflixit.

(19') *Τίνων οἰμωγὰς θρήνοις ἔπαυσα, πνευματικὰς ὀλεθρίοις.* Sic Regg. bm, hu, et tres Colb. In ed., τίνων οἰμωγὰς ἔπαυσα πνευματικὰς θρήνοις ὀλεθρίοις.

(20) *Ποῖον.* Tres Colb. et Comb., ὑμῶν δὲ ποῖον.

(21) *Θεία.* Deest in Or. 1.

(22) *Ποῖον.* Sic Regg. a, d, Coisl. 1, etc. In ed., ποιῶν.

(23) *Αἰσχρὰ λυγιζόμενον.* Sic plures codd. In Par. ed., αἰσχρὰ λογιζόμενον, quod Billius vertit : « turpiter cantillans. » Nihil tamen de turpi cantu exstat in Petri Alexandrini epistola, apud Theodoretum lib. IV, c. 22, quamvis turpem et obscenam juvenis illius prædicationem memoret.

(24) *Διὰ τίνος ἐγὼ τοιούτου.* Jes., διὰ τίνος τοιούτων.

(25) *Ἐξωρχησάμην.* Sic plures Regg. et Colb., Or. 1, Par., Comb., etc. In ed., ἐξορχησάμενος.

(26) *Σοδομιτικοῦ.* Duo Regg., Σοδομιτῶν.

(27) *Ἀνθρωπείαν φύσιν.* Sic tres Regg., Coisl. 2 et Par. Sic etiam legit Billius. In ed. et uno cod., ἀπάνθρωπον, « crudelem naturam. » Or. 1, ἀπανθρωπείαν. Hæc sensu simpliciori, et absque metaphora, de damnatis ad bestias intelligi possunt.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

impiis dogmatibus assentiri, atque ipsorum communione contaminari recusassent, quam velut serpentis virus fugimus, non illam quidem corpus lædentem, verum intimos animæ sinus inficientem? Quibus crimini datum est, quod mortuos, qui feris etiam ipsis venerationi fuerunt, sepultura donassent? Et quidem quale hoc crimen judicatum est? Alio scilicet theatro, atque aliis feris dignum. Quorum episcoporum, inspectantibus discipulis, nec præter lacrymas quidquam opis ipsis afferre valentibus, seniles carnes ferreis ungulis laceratæ sunt: **606** quæ cum Christo suspensæ fuerunt, et per cruciatum victoriam retulerunt, et populum pretioso sanguine asperserunt, ac postremo ad necem abductæ sunt, cum Christo et crucifigendæ, et sepeliendæ, et gloriam adepturæ; cum Christo, inquam, qui per hujusmodi victimas et hostias de mundo triumphavit? Quosnam presbyteros ignis et aqua, elementa contraria, inter se diviserunt, novo et inaudito more navigantibus prælucentes, simulque cum ea navi, in qua e portu solverant, conflagrantes? Quinam (ut majorem nostrorum malorum partem silentio contegam), ab ipsis etiam præfectis, qui ejusmodi officia illis præstabant, crudelitatis accusati sunt? Nam etsi cupiditatibus eorum obsequebantur, at sævum tamen et crudele animi propositum oderant. Illud enim temporis erat, hoc rationis et consilii; illud imperatorii sceleris, hoc animi agnoscentis, quid leges, ex quarum præscripto jus dicendum erat, postularent.

A μηδὲ τῇ κοινωνίᾳ χρανθῆναι, ἣν ὡς ἰὸν ὄφεως φεύγομεν, οὐ σῶμα βλάπτουσαν, τὰ δὲ βάθη μελαίνουσαν τῆς ψυχῆς (28); τίσι καὶ τὸ θάψαι νεκροὺς ἔγκλημα γέγονεν, οὓς καὶ θῆρες ἠδέσθησαν; καὶ τὸ ἔγκλημα πόσον; Ἄλλου θεάτρου καὶ θηρῶν (29) ἄλλων ἄξιον. Τίνων ἐπισκόπων γηραιαὶ σάρκες τοῖς ὄνυξι κατεξάνθησαν, παρόντων τῶν μυηθέντων (30) καὶ βοηθεῖν οὐκ ἐχόντων, πλὴν τοῦ δακρύειν· μετὰ Χριστοῦ κρεμασθεῖσαι, τῷ παθεῖν νικήσασαι, καὶ τῷ τιμίῳ αἵματι τὸν λαὸν ῥαντίσασαι, καὶ τέλος ἀπαχθεῖσαι τὸν ἐπὶ θάνατον (31), Χριστῷ καὶ συσταυρωθησόμεναι (32), καὶ συνταφησόμεναι, καὶ συνδοξασθησόμεναι, Χριστῷ τῷ τὸν κόσμον νικήσαντι διὰ τοιούτων σφαγίων τε καὶ θυμάτων; Τίνας πρεσβυτέρους ἐναντίαι φύσεις, ὕδωρ καὶ πῦρ, ἐμερίσαντο, πυρσὸν ἄραντας (33) ξένον ἐπὶ θαλάσσης (34), καὶ τῇ νηὶ συμφλεχθέντας ἐφ' ἧς ἀνήχθησαν; Τίνες (ἵνα τὰ πλείω συγκαλύψω τῶν ἡμετέρων (35) κακῶν) καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀρχόντων (36) ἀπανθρωπίαν ἐνεκλήθησαν, τῶν τὰ τοιαῦτα χαριζομένων; Καὶ γὰρ εἰ ταῖς ἐπιθυμίαις ὑπηρέτουν, ἀλλ' οὖν ἐμίσουν τῆς προαιρέσεως τὸ ὠμόν. Τὸ μὲν γὰρ ἦν τοῦ καιροῦ, τὸ δὲ τοῦ λογισμοῦ· καὶ τὸ μὲν τῆς τοῦ βασιλέως παρανομίας, τὸ δὲ τῆς τῶν νόμων (37), οἷς δικάζειν ἐχρῆν, συναισθήσεως.

B

V. Atque, ut antiquiora commemoremus (ejusdem enim hæc quoque sodalitii sunt), quibusnam, vel mortuorum, vel viventium, manibus præcisis falsum crimen sanctis viris intuli, ut fidem per fraudem et calumniam oppugnarem? Quorum exsilia tanquam beneficia numeravi, ac ne sacrorum quidem philosophorum sacros cœtus veritus sum, in quibus supplices exquirebam; imo contra, illos quoque martyres effeci, virtutis causa periculum subeuntes? Quibusnam ego, cui sermonis petulantia objicitur, scorta immisi, et quidem ejusmodi

C

Ε'. Ἵνα τὰ παλαιότερα λέγωμεν (καὶ ταῦτα γὰρ τῆς αὐτῆς φρατρίας), τίνας περιελὼν χεῖρας, ἢ τεθνηκότων, ἢ ζώντων ἁγίων, κατεψευσάμην, ἵνα τὴν πίστιν πολεμήσω διὰ τῆς ἐπηρείας; Τίνων ἐξορίας ὡς εὐεργεσίας ἠρίθμησα, καὶ οὐδὲ φιλοσόφων ἱερῶν ἠδέσθην ἱερὰ συστήματα, ὅθεν τοὺς ἱκέτας (38) ἐζήτουν. Τοὐναντίον μὲν οὖν, κἀκείνους ἐποίησα μάρτυρας, ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύοντας. Τίσιν ἐπεισήγαγον πόρνας ἀσάρκοις μικροῦ καὶ ἀναίμοσι, τὴν περὶ τῶν λόγων (39) ἀσέλγειαν ἐγκαλούμενος; Τίνας (40) τῶν εὐσεβῶν τῆς πατρίδος ὑπερορίσας, ἀνδρῶν ἀνό-

(28) *Ψυχῆς*. Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(29) *Θηρῶν*. Or. 1, θρήνων. « Alio planctu dignum. » Sed ad marg., θηρῶν.

(30) *Τῶν μυηθέντων*. Schol. : Τῶν ὁμοπίστων καὶ ὁμοδόξων· « Ejusdem fidei et doctrinæ. »

(31) *Τὸν ἐπὶ θάνατον*. Tres Regg., Coisl. 1 et Or. 1, τὴν ἐπὶ θανάτῳ.

(32) *Χριστῷ καὶ συσταυρωθησόμεναι*. Sic Sav. et Comb. Deest in ed., καὶ συσταυρωθησόμεναι.

(33) *Ἄραντας*. Tres Regg. et Comb., ἄραντες.

(34) *Ἐπὶ θαλάσσης*. Duo Regg., ὑπὲρ θαλάσσης. In Schol. Colb. legitur : Φασὶ δὲ π' εἶναι τοὺς καέντας, ὧν ἡγοῦντο Οὐρβανος, Θεόδωρος, καὶ Μενέδημος· « Aiunt 80 esse, qui igne absumpti sunt, quorum duces erant Urbanus, Theodorus et Menedemus. » Verum incertum est de quibus presbyteris hic sermo sit. Narrat tamen Socrates in *Hist. trip.* lib. IV, c. 16, presbyteros 80 jussu Valentis a Modesto præfecto in mari concrematos fuisse. Ad hanc sententiam accedit Elias. Billius autem innuit, Gregorium hic alludere ad presbyterum illum, cujus martyrium in or. XXV, n. 10, fuse describitur.

(35) *Ἡμετέρων*. Comb. legit, ὑμετέρων. « Malorum vestrorum, » id est, « malorum quibus nos vexastis, quæ nobis intulistis. »

(36) *Ὑπ' αὐτῶν τῶν ἀρχόντων*. Præfecti, quamvis et ipsi crudeles, et Valentis jussa exsequentes, nonnunquam tamen ipsius crudelitatem detestabantur.

D

(37) *Τῶν νόμων*. Or. 1, τῶν ἀνόμων, « impiorum. »

(38) *Ἱκέτας*. « Supplices, » id est, « qui obviam supplicaturi venirent. » Tales enim Ariani monachos existimabant. Agitur hic de vastatione monasteriorum, quam Socrates lib. IV, c. 22, enarrata Lucii Ariani persecutione, ita refert : « Eodem tempore monasteria vexata ab illis, atque exagitata et crudeliter oppugnata sunt. » Cæterum plures Regg. et Colb., ac duo Coisl. habent, ἱκέτας. Sic etiam legit Bill. Gabr. vero, οἰκέτας, « domesticos. » In ed. οἰκείους, « familiares. »

(39) *Περὶ τῶν λόγων*. Reg. a, Or. 1, Par., περὶ τὸν λόγον.

(40) *Τίνας*. Sic tres Regg. et Or. 1. In ed., τίνος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

μων χερσὶ παρέδωκα, ἵν' ὡς θῆρες εἰρχθέντες ἐν ἀφεγγέσιν οἴκοις, καὶ ἀλλήλων διαζευχθέντες (τοῦτο γὰρ δὴ τὸ τῆς τραγῳδίας βαρύτατον), λιμῷ καὶ δίψει κακοπαθήσωσι, τροφὴν μετρούμενοι, καὶ ταύτην διὰ στενῶν τῶν πόρων, καὶ οὐδὲ τοὺς συναλγοῦντας ὁρᾷν ἐῶμενοι (41); Καὶ ταῦτα, τίνες, (42); Ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. Οὕτω τιμᾶτε πίστιν ὑμεῖς; οὕτω ξενίζετε; Ἀγνοεῖτε τὰ πλείω τούτων· καὶ λίαν εἰκότως, διὰ τὸ πλῆθος τῶν δραμάτων, καὶ τῆς ἐν τῷ ποιεῖν τρυφῆς· ἀλλὰ τὸ πάσχον μνημονικώτερον. Τί μοι τὰ πόρρω λέγειν; Ἀλλά τινες καὶ τοῦ καιροῦ γεγόνασι βιαιότεροι (43), καθάπερ οἱ κατὰ φραγμῶν ὠθούμενοι σύες. Ζητῶ μου τὸ χθὲς ὑμῶν σφάγιον, τὸν γέροντα (44), καὶ Ἀβραμιαῖον πατέρα, ὃν ἐκ τῆς ὑπερορίας ἀχθέντα, λίθοις ἐδεξιώσασθε, μεσούσης ἡμέρας, ἐν μέσῃ πόλει. Ἡμεῖς δὲ καὶ τοὺς φονεῖς, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, ἐζητησάμεθα (45) κινδυνεύοντας. *Ποῖα τούτων ἴλεως ἔσυμαί σοι;* φησί που τῆς Γραφῆς ὁ Θεός. Τί τούτων ἐπαινέσω; μᾶλλον δὲ, ἐκ ποίων ὑμᾶς ἀναδήσομαι;

A viris, qui carne pene ac sanguine carebant? Quosnam pios viros, patriæ finibus pulsos, hominibus iniquis dedidi, ut tenebricosis domibus ferarum in modum inclusi, atque alii ab aliis disjuncti (quod in tota tragœdia gravissimum erat) fame ac siti laborarent, certam cibi mensuram, eamque per angustas rimas accipientes, ne facta quidem ipsis potestate eos videndi, qui in iisdem doloribus versabantur? Atque hæc, quinam viri? *Quibus dignus non erat mundus* [14]. Sic fidem honori habetis? Sic hospitio excipitis? Majorem **607** horum partem ignoratis; et merito sane propter rerum gestarum multitudinem, miramque in faciendo voluptatem. At is, qui patitur, tenaciori memoria esse solet. Quid autem longinqua colligo? At nonnulli violentiores etiam sese præbuerunt, quam temporis ratio ferre videretur, non secus atque apri, qui per septa quædam magno impetu feruntur. Hesternam meam victimam posco, senem illum, et Abrahamicum patrem, quem ex exsilio redeuntem medio die, dictu grave atque invidiosum sit), interemptores liberavimus. *Super quo horum tibi propitius ero?* quodam Scripturæ loco ait Deus [15]. Quid horum laudabo? vel potius, ob quæ corona vos cingam?

B

media in urbe saxis excepistis. At nos (nisi hoc etiam ipsos deprecatione nostra periculo mortis

Ϛ'. Ἐπεὶ δὲ τοιαῦτα τὰ σὰ, καὶ οὕτως ἔχοντα, λέγε μοι καὶ τὰς ἐμὰς ἀδικίας, ἵν' ἢ παύσωμαι κακὸς ὤν, ἢ αἰσχύνωμαι. Ὡς ἔγωγε μάλιστα μὲν εὔχομαι μηδὲν ἁμαρτεῖν· εἰ δ' οὖν, καὶ ἀδικῶν ἐπανάγεσθαι· δευτέρα μερὶς αὕτη τῶν εὖ φρονούντων. Καὶ γὰρ εἰ μὴ κατήγορος ἐμαυτοῦ κατὰ τὸν δίκαιον ἐν πρωτολογίᾳ γίνομαι, χαίρω γε ὑπ' ἄλλου θεραπευόμενος. *Μικρά σοι*, φησὶν, *ἡ πόλις, καὶ οὐδὲ πόλις, ἀλλὰ χωρίον ξηρὸν, καὶ ἄχαρι, καὶ ὀλίγοις οἰκούμενον.* Τοῦτο πέπονθα μᾶλλον, ὦ βέλτιστε, ἢ πεποίηκα, εἴπερ ἔστι δεινόν· καὶ εἰ μὲν (46) ἄκων, ἀνέχομαι δυστυχῶν (47) (λεγέσθω γὰρ οὕτως)· εἰ δὲ ἑκὼν, φιλοσοφῶ. Πότερον τούτων (48) ἔγκλημα; Εἰ μὴ καὶ τὸν δελφῖνα κακίζοιτό τις (49), ὅτι μὴ χερσαῖος· καὶ τὸν βοῦν, ὅτι μὴ πελάγιος· καὶ τὴν μύραιναν, ὅτι ἀμφίβιος (50). *Ἡμῖν δὲ*, φησὶ, *τείχη καὶ θέατρα, καὶ ἱππικὰ* (51), *καὶ βασίλεια, καὶ κάλλη στοῶν καὶ μεγέθη, καὶ τὸ ἄπιστον τοῦτο ἔργον, ὁ ὑποχθόνιος* (52) *καὶ ἀέριος ποταμὸς, καὶ ὁ λαμπρὸς στύλος* (53) *οὑτοσὶ καὶ ἀπόβλεπτος, καὶ ἀγορὰ*

C

VI. Quoniam autem hæc atque hujusmodi facinora tua sunt, age, jam iniquitates quoque meas mihi narra, ut vel malus esse desinam, vel erubescam. Etenim maxime id quidem optarim, omni culpa vacare: sin autem hoc minime conceditur, at illud saltem, ut si quid iniqui admittam, ad meliorem viam revocer; quæ secunda prudentum hominum classis est. Nam etsi justi illius more, in mei accusatione primas partes non occupo [16], at certe peccatis meis ab alio medicinam adhiberi gaudeo. *Parva tibi civitas est*, inquis, *ac ne civitas quidem, sed aridus locus, et inamœnus atque infrequens.* Atque hoc, si in malis habendum est, vir præclare, patior potius quam facio: et si quidem invito animo, miser sum, liceat enim ita loqui; si vero æquo ac libenti, philosophi laudem obtineo. Utrum horum criminis rationem habet? Nisi vero quis hoc nomine delphinum accusandum putet, quod terrestre animal non sit: et bovem, quod non in aquis degat: et murænam, quod in

[14] Hebr. xi, 38. [15] Jerem. v, 7. [16] Prov. xviii, 17.

(41) *Ὁρᾷν ἐώμενοι.* Sic plures Regg., duo Coisl., Or. 1, Jes., etc. Deest ὁρᾷν in ed.

(42) *Τίνες;* « Quinam viri? » Id Elias præcipue de Paulo episcopo Constantinopolitano intelligit.

(43) *Βιαιότεροι.* Arguit Gregorius Arianorum sævitiam, qui, ne quidem sub principe catholico (Theodosio), a crudelitate, et ab effundendo Catholicorum sanguine temperare poterant.

(44) *Τὸν γέροντα.* Putat Elias hunc senem esse Eusebium Samosatensem, qui ab Ariana muliere, tegula in ejus caput e tecto conjecta, interfectus est. Is moriens jurejurando amicos obstrinxit, ut feminam, quæ tantum facinus perpetrarat, a pœna liberarent. Vide hujus orationis monitum, n. 2.

(45) *Ἐζητησάμεθα.* Duo Regg., ἐξητησάμεθα, « expoposcimus. »

(46) *Δεινόν· καὶ εἰ μέν*, etc. Sic plures codd. In ed., δεινὸν ὁ καὶ εἰ μέν, etc.

(47) *Δυστυχῶν.* Comb., δυστυχῶ.

(48) *Τούτων.* Sic duo Regg., Or. 1, Jes., etc. In ed., τοῦτον.

(49) *Κακίζοιτό τις.* Sic Reg. bm, et Coisl. 1. In ed., κακίζοι τις.

(50) *Ὅτι ἀμφίβιος.* Or. 1, ὅτι μὴ ἀμφίβιος.

(51) *Ἱππικά.* Or. 1, ἱππικαί.

(52) *Ὑποχθόνιος*, etc. « Loquitur, inquit Elias, de fluvio, quem Valens per ædificia cylindrica mirabili modo in urbem introduxit; qui fluvius Constantinopolim mediam intersecabat, et canalem totum replebat. »

(53) *Στύλος.* Hæc est columna, in qua Constantini Magni statua equestris collocata erat; quam ἀνθήλιον, id est, « soli oppositam, » appellant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

utroque elemento vitam ducat. At *nobis*, inquis, *et mœnia sunt, et theatra, et circi, et palatia, et pulchræ atque ingentes porticus, atque hoc incredibile opus, subterraneus nimirum, et aereus fluvius, et illustris hæc ac visenda columna, et forum frequens, et vulgus exundans, et nobilium virorum præclarum concilium.*

A πλήθουσα, καὶ δῆμος κυμαίνων, καὶ ἀνδρῶν εὐγενῶν συνέδριον ἐπαινούμενον.

608 VII. Cur autem non commemoras commodissimum urbis situm, et terram ac mare velut certatim sibi urbem vindicantia, suisque bonis imperatricem urbem ornantia? Ergo hæc injuria nostra est, quod vos quidem magni et admodum splendidi estis, nos autem parvi atque a parvis venientes? Nimirum, si ita est, multi quoque alii eamdem vobis injuriam inferunt, atque adeo omnes ii, quibus superiores estis. Num propterea morte mulctandi sumus, quod nec civitatem exstruximus, nec muris cincti sumus, nec circis, nec stadiis et venationibus, atque insanis circa res hujusmodi studiis, nec balneorum venustate et splendore, nec marmorum excellentia, nec picturis et punctis auro fulgentibus, varioque opere confectis, naturæ solertiam propemodum imitantibus, gloriamur? Nec vero nobis adhuc mare in orbem ebregimus, nec anni partes temperavimus (quod tu videlicet novus rerum fabricator effecisti), ut vitam jucundissime simul et tutissime traducamus. Adde, si placet, et alia crimina, qui dicis: *Meum est argentum, et meum est aurum* [17], Dei voces usurpans. Nos nec divitias jactamus, quibus affluentibus cor ne apponamus, lex nostra vetat [18], nec annuos diurnosque proventus numeramus, nec turgida mensa stupidique ventris lenociniis gloriamur. Nec enim quidquam eorum laudamus, quæ semel in fauces transmissa pari postea honore sunt, vel, ut rectius loquar, pari ignominia et ipsa rejicienda. Verum simplici atque illaborato victus genere utimur, nec a bestiis, quarum vita supellectilis atque omnis apparatus expers est, multum dissidemus.

B

C

Ζ'. Πῶς δὲ οὐ λέγεις καὶ θέσεως εὐκαιρίαν, καὶ γῆν καὶ θάλασσαν, ὥσπερ ἀμιλλωμένας, ποτέρας ἂν εἴη μᾶλλον ἡ πόλις, καὶ τοῖς παρ' ἑαυτῶν ἀγαθοῖς τὴν βασιλίδα δεξιουμένας; Τοῦτο οὖν ἀδικοῦμεν, ὅτι μεγάλοι μὲν ὑμεῖς καὶ ὑπέρλαμπροι, μικροὶ δὲ ἡμεῖς καὶ ἐκ μικρῶν ἥκοντες; Πολλοὶ καὶ ἄλλοι τοῦτο ἀδικοῦσιν ὑμᾶς, μᾶλλον δὲ πάντες ὧν ὑπεραίρετε· καὶ δεῖ τεθνάναι ἡμᾶς, ὅτι μὴ πόλιν ἠγείραμεν, μηδὲ τείχη περιεβαλλόμεθα (54), μηδὲ ἱππικοῖς μεγαλαυχοῦμεν, μηδὲ σταδίοις τε καὶ κυνηγεσίοις, καὶ ταῖς περὶ ταῦτα μανίαις, μηδὲ λουτρῶν χάρισι καὶ λαμπρότησι, καὶ μαρμάρων πολυτελείαις, καὶ γραφαῖς καὶ κεντήσεσι (55) χρυσαυγέσι τε καὶ πολυειδέσι μικροῦ μιμουμέναις τὴν φύσιν; Θάλασσαν (56) δὲ οὔπω περιερρήξαμεν ἡμῖν αὐτοῖς, οὐδὲ τὰς ὥρας ἐκερασάμεθα (ὃ σὺ δηλαδὴ πεποίηκας, ὁ νέος δημιουργὸς), ἵν' ὡς ἡδιστά τε ὁμοῦ καὶ ἀσφαλέστατα βιοτεύοιμεν. Πρόσθες, εἰ βούλει, καὶ ἄλλας κατηγορίας, ὁ λέγων· *Ἐμόν ἐστι τὸ ἀργύριον, καὶ ἐμόν ἐστι* (57) *τὸ χρυσίον*, τὰς τοῦ Θεοῦ (58) φωνάς. Ἡμεῖς οὔτε πλούτῳ μέγα φρονοῦμεν, ᾧ ῥέοντι μὴ προστίθεσθαι, τῆς ἡμετέρας ἐστὶ νομοθεσίας, οὐδὲ προσόδους ἀριθμοῦμεν ἐτησίας τε καὶ ἡμερησίας, οὔτε τραπέζης ὄγκῳ φιλοτιμούμεθα, καὶ φαρμακείαις τῆς ἀναισθήτου γαστρός. Οὐδὲ γὰρ (59) ἐπαινοῦμέν τι τῶν μετὰ τὸν λαιμὸν ὁμοτίμων, μᾶλλον δὲ, ἀτίμων ὁμοίως καὶ ἀποβλήτων· ἀλλὰ ζῶμεν οὕτως ἁπλῶς καὶ σχεδίως, καὶ μικρόν (60) τι τῶν θηρίων, οἷς ὁ βίος ἄσκευος καὶ ἀνεπιτήδευτος, διαφέροντες.

VIII. An mihi quoque detritam vestem objicis, vultusque situm haud satis elegantem? Nam his quoque rebus nonnullos eorum, qui valde abjecti animi sunt, efferri perspicio. Quid? Caputne ipsum intactum relinques, nec iisdem cavillis, quibus Elisæum olim pueri illi, incesses? Nam quæ deinde sequuntur, tacebo. Quid? Rusticitatemne meam et insulsitatem non accusabis, quodque asperum quiddam et agreste loqui videor? Jam vero quonam id

Η'. Ἡ καὶ τῆς ἐσθῆτός μου τὸ τρύχινον αἰτιάσῃ, καὶ τοῦ προσώπου τὴν θέσιν (61) οὐκ εὐφυῶς ἔχουσαν; ἐπεὶ καὶ τούτοις ὁρῶ τινας τῶν λίαν ταπεινῶν αἱρομένους (62). Τὴν κεφαλὴν δὲ ἀφήσεις (63), καὶ οὐκ ἐπισκώψεις ἃ καὶ τὸν Ἐλισσαῖον οἱ παῖδες; τὸ γὰρ ἑξῆς σιωπήσομαι. Ἀπαιδευσίαν δὲ οὐκ ἐγκαλέσεις, ἢ ὅτι τραχύ σοι (64) δοκῶ καὶ ἀγροικον φθέγγεσθαι; Τὸ δὲ μὴ στωμύλον (65) εἶναι, ποῦ στήσεις (66), μηδὲ γελοιαστήν τινα, καὶ τοῖς συνοῦσι (67) κεχαρι-

[17] Agge. II, 9. [18] Psal. LXI, 11.

(54) *Περιεβαλλόμεθα.* Plures Regg., περιεβαλόμεθα.

(55) *Κεντήσεσι.* Sic vocat, juxta Eliam, puncta de lapillis facta, et in texturis aureis expressa. Vel etiam aureos argenteosve lapillos, qui ad rerum naturalium imitationem, in parietibus depicti erant.

(56) *Θάλασσαν.* « De eo mari loquitur, inquit Elias, quod a cornu magnæ urbis utrinque veluti cingitur. »

(57) *Ἐστι.* Deest in pluribus Regg. et Or. 1.

(58) *Τὰς τοῦ Θεοῦ.* Sic plures Regg. Deest τοῦ in ed.

(59) *Οὐδὲ γάρ.* Sic duo Regg. et Or. 1. In ed., οὐδὲν γάρ. Eamdem sententiam extulit Hieronymus In Epist. ad Paulinum, et in *Comment. in Eccles.* c. 6,

(60) *Καὶ μικρόν.* Deest καὶ in Or. 1.

(61) *Τὴν θέσιν.* Coisl. 1 et Par., τὴν ξέσιν, « habitum. » Sic etiam Or. 1, sed ad marg., τὴν θέσιν.

(62) *Αἱρομένους.* Colb. 1, αἱρουμένους, « affici. »

(63) *Ἀφήσεις.* Sic plerique codd. In ed., ἀφήσαις.

(64) *Τραχύ σοι.* Sic Or. 1, etc. In ed., τραχύς σοι.

(65) *Στωμύλον.* Sic Reg. bm, Coisl. 2 et Jes. In ed., στωμύλων.

(66) *Στήσεις.* Tres Regg., Coisl. 1 et Or. 1, θήσεις.

(67) *Συνοῦσι.* Jes. et Comb., παροῦσι. Bill. « præsentibus. »

Digitized by Google Распознавание текста ABKJFR

σμένον, μηδὲ ἀγοράζειν τὰ πολλὰ, μηδὲ λαλεῖν τε καὶ περιλαλεῖν οἷς ἔτυχε, καὶ ὡς ἔτυχεν, ὥστε ποιῆσαι φορτικοὺς καὶ τοὺς λόγους, μηδὲ τὴν νέαν Ἱερουσαλὴμ, τὸν Ζεύξιππον (68), ἐπισκέπτεσθαι, μηδὲ οἰκίαν ἐξ οἰκίας ἀμείβειν θωπεύοντά τε καὶ γαστριζόμενον· ἀλλ' οἴκοι τὰ πολλὰ μένειν κατηφῆ τε καὶ σκυθρωπάζοντα, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἐμαυτῷ συγγενόμενον (69), τῷ γνησίῳ τῶν πραττομένων ἐξεταστῇ, καὶ τοῦ δεθῆναι τυχὸν ἀξίῳ διὰ τὸ δύσχρηστον; Πῶς ταῦτα συγχωρεῖς ἡμῖν, καὶ οὐκ ἐγκαλεῖς; Ὡς ἡδὺς (70) εἶ καὶ φιλάνθρωπος!

A loco pones, quod nec lepidus sum, **609** nec facetus quispiam, ac familiaribus gratus et jucundus, nec multum in foro versor, nec temere et cum quibuslibet garrio, adeo ut sermones quoque ipsos graves et molestos reddam, nec novam illam Jerusalem, hoc est, Zeuxippum, inviso, nec e domo in domum subinde commeo, hominibus blandiens, ventrique deditus; verum domi, ut plurimum, maneo, tristis ac tetricus, mecumque ipse tacitus, cum vero scilicet atque germano actionum mearum censore, consuetudinem habeo, vinculisque fortasse dignus sum, ut inutilis atque incommodus? Qui fit ut nobis ista condones, nec in criminum ordinem referas? Quam facilis es, et lenis atque humanus!

Θ'. Ἐγὼ δὲ οὕτως ἀρχαίως ἔχω καὶ φιλοσόφως, ὥστε ἕνα μὲν οὐρανὸν, καὶ κοινὸν ἅπασι τὸν αὐτὸν, ὑπολαμβάνω, κοινὴν δὲ ἡλίου καὶ σελήνης περίοδον, κοινὴν δὲ ἀστέρων τάξιν καὶ θέσιν, κοινὴν δὲ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἰσομοιρίαν καὶ εὐχρηστίαν· ἔτι δὲ ὡρῶν ἀλλαγὰς, καὶ ὑετοὺς, καὶ καρποὺς, καὶ ἀέρος ζωτικὴν (71) δύναμιν· ἔλκεσθαι δὲ ποταμοὺς, πᾶσιν ὁμοίως τὸν κοινὸν πλοῦτον καὶ ἄφθονον· μίαν δὲ καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι γῆν, μητέρα καὶ τάφον, ἐξ ἧς ἐλήφθημεν, καὶ εἰς ἣν ἀποστραφησόμεθα, μηδὲν πλέον ἀλλήλων ἔχοντες· καὶ ἔτι πρὸ τούτων, κοινὸν λόγον (72), νόμον, προφήτας, αὐτὰ τὰ Χριστοῦ πάθη, δι' ὧν ἀνεπλάσθημεν, οὐχ ὁ μὲν, ὁ δ' οὔ (73), πάντες δὲ οἱ τοῦ αὐτοῦ Ἀδὰμ μετασχόντες, καὶ ὑπὸ τοῦ ὄφεως παραλογισθέντες, καὶ τῇ ἁμαρτίᾳ (74) θανατωθέντες, καὶ διὰ τοῦ ἐπουρανίου (75) Ἀδὰμ ἀνασωθέντες, καὶ πρὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐπαναχθέντες, διὰ τοῦ ξύλου (76) τῆς ἀτιμίας, ὅθεν ἀποπεπτώκαμεν.

B IX. At ego ita priscorum hominum more, et philosophice affectus sum, ut unum idemque cœlum omnibus commune esse existimem, communem item solis et lunæ conversionem, communem siderum situm et ordinem, communem diei et noctis æquabilitatem et utilitatem; ac insuper communes anni partium vicissitudines, et pluvias, et fructus, vimque aeris vitalem; fluvia etiam, communes scilicet et perennes divitias, æque omnibus fluere; unam præterea eamdemque terram, et parentis, et sepulcri rationem habere, ex qua sumpti sumus, et ad quam revertemur, nulla jam re alii alios superantes: et, ut adhuc majora proferam, communem rationem, legem, prophetas, ipsos Christi cruciatus, per quos, omnes citra ullam exceptionem instaurati C sumus, qui eidem Adamo participavimus, atque a serpente in fraudem inducti, et per peccatum morte affecti, ac per cœlestem Adamum saluti restituti, atque ad vitæ lignum, unde exciderамus, per ignominiæ lignum revocati sumus

Ι'. Ἡπάτα δέ με καὶ ἡ τοῦ Σαμουὴλ Ἁρμαθαΐμ (77), ἡ μικρὰ τοῦ μεγάλου πατρὶς, οὐκ ἀτιμάσασα τὸν προφήτην, οὐδὲ παρ' ἑαυτῆς μᾶλλον, ἢ παρ' ἐκείνου γενομένη τιμιωτέρα· ἐξ ἧς ἐκεῖνος οὐδὲν ἐκωλύθη, καὶ Θεῷ δοθῆναι πρὸ γενέσεως, καὶ χρηματίσαι βλέπων τὰ ἔμπροσθεν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ χρίειν βασιλέας καὶ ἱερέας, καὶ κρίνειν τοὺς ἐκ τῶν λαμπρῶν πόλεων. Περὶ δὲ τοῦ Σαοὺλ ἤκουον, ὅτι τὰς ὄνους τοῦ πατρὸς ζητῶν, βασιλείαν εὕρατο (78). Καὶ Δαβὶδ αὐτὸς ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων ἀναλαμβάνεται, καὶ ποιμαίνει τὸν Ἰσραήλ. Τί δαὶ Ἀμώς; οὐκ αἰπόλος (79) ὤν, καὶ κνίζων συκάμινα, προφήτειαν πιστεύεται; Καὶ πῶς τὸν Ἰωσὴφ

X. Me vero Samuelis quoque Ramatha fallebat, parva, inquam, magni illius viri patria[19], quæ prophetæ dedecori minime fuit, nec a seipsa potius, quam ab eo honorem consecuta est; nec ei impedimento fuit, quominus Deo, prius etiam quam in lucem prodiret, donaretur, et oracula ederet, et futura prospiceret; ac præterea reges et sacerdotes ungeret, atque ex claris civitatibus ortos regeret ac gubernaret. **610** Tum autem illud de Saule audiebam, quod patris asinas quærens, regnum invenisset[20]. Atque ipse quoque David ex ovium gregibus ad pascendum Israelem assumitur[21]. Quid Amos? Nonne caprarius erat[22], ac moros carpebat, cum

[19] I Reg. I, 1 sqq. [20] I Reg. IX, 3 seqq. [21] I Reg. XVI, 11 seqq. [22] Amos I, 1.

(68) *Τὸν Ζεύξιππον.* Alii, juxta Eliam, intelligunt domum summo sumptu exstructam atque ornatam, in qua equos aurigæ jungebant, ad quam certaminum equestrium studiosi crebro confluebant. Alii locum, « in quo dogmata sua hæretici disseminabant, » ut est in Schol.: Ἐν αὐτῷ γὰρ πολλοὶ συνιόντες ἐδογμάτιζον. Unde per ironiam Gregorius vocat hunc locum, « novam Jerusalem. » Alii denique celeberrimum Zeuxippi balneum.

(69) *Συγγερόμερον* Plures Regg., συγγινόμενον.

(70) *Ὡς ἡδύς.* Sic tres Regg., Coisl. 2, Or. 1, etc. Deest ὡς in ed.

(71) *Ζωτικήν.* In nonnullis, ζωτικοῦ.

(72) *Κοινὸν λόγον.* « Communem sermonem. »

(73) *Ὁ δ' οὔ.* Quatuor Regg., ὃς δὲ οὔ· « Non hic quidem, ille vero minime; sed omnes, » etc.

(74) *Τῇ ἁμαρτίᾳ.* Coisl. 1, τῇ αὐτῇ ἁμαρτίᾳ.

(75) *Ἐπουρανίου.* Sic quatuor Regg. et Coisl. 1. In ed., ὑπουρανίου, « qui sub cœlo est, » seu, « terrestrem. »

(76) *Διὰ τοῦ ξύλου.* Schol.: τοῦ σταυροῦ· « per lignum crucis. »

(77) *Ἁρμαθαΐμ.* Sic quinque Regg., quatuor Colb., Coisl. 2 et Or. 1. In ed., Ἁρμαθέμ.

(78) *Εὕρατο.* Sic tres Regg. et Coisl. 2. In ed. εὕρετο.

(79) *Αἰπόλος.* Reg. bm., αἰπωλος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

prophetæ munus ipsi commissum et delegatum est? Quomodo Josephum prætorii, qui et servus fuit [23], et frumenti in Ægypto distributor [24], et innumerabilium illarum copiarum, quæ Abrahæ promissæ fuerant, pater? Jam Abraham, ut majora colligam, an non peregrinus [25]? Moyses autem, nonne prius expositus [26], deinde legislator [27], atque eorum, qui ad promissam terram contendebant, imperator, de quo tot tamque admiranda prædicantur? Enimvero me quoque Eliæ, qui igneo curru abreptus est [28], Carmelus fallebat : et Elisæi melote [29], quæ plus virium habuit, quam fila serica, et aurum vestibus per vim assutum. Quin mihi quoque desertum illud, in quo Joannes, vir inter natos mulierum maximus [30], cum cibo illo, et veste, et zona degebat, imposturam faciebat. Nec vero ulterius progredi dubitabo, Deum rusticitatis meæ patronum nactus. Cum Bethleem collocabor, cum præsepi vilipendar, propter quod, cum Deum contemnas, quid mirum, si ob eamdem causam præconem quoque despicias? Producam etiam tibi piscatores, et pauperes, quibus Evangelium annuntiatur, ac multis divitibus prælatos. Nunquamne de civitatibus gloriari desines? Nunquamne tibi despicabilem et infamem solitudinem venerationi habebis? Nondum dico aurum in arenis nasci, et pellucidos lapides a petris produci ac donari; quibus si quidquid in urbibus vile est, opponere velim, vereor ne dicendi libertate haud satis commode utar.

παρέδραμον, ὃς καὶ δοῦλος ἐγένετο, καὶ σιτοδότης Αἰγύπτου, καὶ πατὴρ πολλῶν μυριάδων, αἱ τῷ Ἀβραὰμ προηγγέλθησαν (80); Ἀβραὰμ δὲ, ἵν' εἴπω τὸ μεῖζον, οὐ μετανάστης; Μωϋσῆς δὲ, οὐκ ἔκθετος πρότερον, εἶτα νομοθέτης, καὶ στρατηγὸς τῶν πρὸς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἐπειγομένων, οὗ τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστὰ διηγήματα; Ἥπάτα με καὶ ὁ Κάρμηλος Ἠλίου, τὸ τοῦ πυρὸς ἅρμα δεξάμενος· καὶ ἡ μηλωτὴ Ἐλισσαίου, πλείω δυνηθεῖσα, ἢ τὰ σηρῶν νήματα, καὶ ὁ βιασθεὶς εἰς ἐσθῆτα χρυσός. Ἠπάτα με καὶ ἡ ἔρημος Ἰωάννου, τὸν μέγιστον ἐν γεννητοῖς γυναικῶν ἔχουσα, μετὰ τῆς τροφῆς ἐκείνης, καὶ τῆς ζώνης, καὶ τοῦ ἐσθήματος. Ἐτόλμησά τι καὶ ὑπὲρ ταῦτα, Θεὸν εὗρον τῆς ἐμῆς ἀγροικίας συνήγορον. Μετὰ Βηθλεὲμ ταχθήσομαι, μετὰ τῆς φάτνης ἀτιμασθήσομαι, δι' ἣν σὺ Θεὸν ἀτιμάζων, τί θαυμαστὸν, εἰ ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας περιφρονεῖς καὶ τὸν κήρυκα; Προσοίσω σοι (81) καὶ τοὺς ἁλιεῖς, καὶ τοὺς εὐαγγελιζομένους πτωχοὺς (82), πολλῶν πλουσίων προτιμηθέντας. Παύσῃ (83) ποτὲ ταῖς πόλεσιν ἐπαιρόμενος; αἰδεσθήσῃ ποτὲ τὴν ἀπόπτυστόν σοι καὶ ἄτιμον ἐρημίαν; Οὔπω (84) λέγω χρυσὸν ἐν ψάμμοις τικτόμενον, καὶ λίθους διαφανεῖς, πετρῶν προβλήματα καὶ δωρήματα· οἷς εἰ ἀντιθείην (85) καὶ ὅσα ἐν πόλεσιν ἄτιμα, τάχα ἂν οὐκ εἰς καλὸν τῆς παῤῥησίας ἀπολαύσαιμι

XI. At etiam peregrinum et exterum præconem habemus, dicet fortasse quispiam ex his, qui nimis circumscripti, et carni dediti sunt. Quid? Nonne apostoli peregrini fuerunt apud nationes multas et urbes in quas divisi sunt, ut Evangelium quaquaversum curreret, nec quidquam trini luminis expers esset, ac veritatis luce minime perfusum, adeo ut iis etiam, qui in tenebris ac mortis umbra sedebant, **611** ignorantiæ caligo discuteretur? Audisti quid Paulus dicat : *Ut nos quidem*, inquit, *ad gentes, illi autem ad circumcisionem* [31]. Sit sane Petri Judæa. Quid Paulo cum gentibus commune, Lucæ cum Achaia, Andreæ cum Epiro, Joanni cum Epheso, Thomæ cum India, Marco cum Italia? Quid cæteris omnibus, ne sigillatim loquar, cum iis, ad quos profecti sunt? Quare, aut illos etiam objurga, aut mihi quoque ignosce, aut ostende, cum veram doctrinam potissimum astruas, ex insulsis nugis tibi calumniam strui. Quoniam autem de his rebus humiliter tecum hactenus et abjecte disserui, uge, sublimius jam ac magnificentius disputabo.

ΙΑ'. Ἀλλὰ καὶ ξένος ἡμῖν (86) ὁ κῆρυξ καὶ ὑπερόριος, τάχα ἂν εἴποι τις τῶν σφόδρα περιγραπτῶν τε καὶ φιλοσάρκων. Οἱ ἀπόστολοι δὲ, οὐ ξένοι τῶν πολλῶν ἐθνῶν τε καὶ πόλεων, εἰς ἃς (87) ἐμερίσθησαν, ἵνα πανταχοῦ δράμῃ τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα μηδὲν ἀλαμπὲς ᾖ τοῦ τρισσοῦ φωτὸς, καὶ τῆς ἀληθείας ἀφώτιστον, ὥστε καὶ τοῖς ἐν σκότῳ (88) καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις λυθῆναι τὴν νύκτα τῆς ἀγνωσίας; *Ἵν' ἡμεῖς μὲν*, φησὶν, *εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομήν*, ἤκουσας Παύλου λέγοντος. Ἔστω Πέτρου ἡ Ἰουδαία· τί Παύλῳ κοινὸν πρὸς τὰ ἔθνη, Λουκᾷ πρὸς Ἀχαΐαν, Ἀνδρέᾳ πρὸς τὴν Ἤπειρον, Ἰωάννῃ πρὸς Ἔφεσον, Θωμᾷ πρὸς Ἰνδικὴν, Μάρκῳ πρὸς Ἰταλίαν; τί δαὶ (89) τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστον λέγω, πρὸς τοὺς οἷς ἐπεδήμησαν; Ὥστε, ἢ κἀκείνοις ἐπιτίμησον, ἢ κἀμοὶ συγχώρησον. ἢ δεῖξον, ὅτι τὸν ἀληθῆ (91) λόγον πρεσβεύων, ἐπηρεαζῇ τὴν φλυαρίαν. Ἐπεὶ δὲ μικροπρεπῶς διελέχθην σοι περὶ τούτων, φέρε, φιλοσοφήσω καὶ μεγαλοπρεπέστερον.

[23] Gen. xxxvii, 36. [24] Gen. xli, 56. [25] Gen. xii, 1 seqq. [26] Exod. ii, 3. [27] Exod. iii, 10 seqq. [28] IV Reg. ii, 11. [29] ibid. 14. [30] Matth. xi, 11. [31] Galat. ii, 9.

(80) *Προηγγέλθησαν*. Sic tres Regg., duo Colb. et Or. 1. In ed., παρηγγέλθησαν.

(81) *Προσοίσω σοι*. Sic duo Regg., quatuor Colb. et Or. 1. Deest σοι in ed.

(82) *Εὐαγγελιζομένους πτωχούς*. Bill. : « pauperes Evangelizantes. » Non recte; passiva enim significatione, non activa, vox illa in Scripturis accipitur.

(83) *Παύσῃ*. Tres Regg. et Jes. addunt, μοι.

(84) *Οὔπω*. Sic tres Regg., duo Coisl., Or. 1 et Jes. In ed. οὕτω.

(85) *Ἀντιθείην*. Reg. bm, ἀντιτιθείην.

(86) *Ἡμῖν*. In quibusdam, ὑμῖν.

(87) *Εἰς ἃς*. Sic plures Regg. et Colb., Coisl. 2, Or. 1, Jes. Deest εἰς in ed.

(88) *Ἐν σκότῳ*. Comb., ἐν σκότει.

(89) *Τί δαί*. In nonnullis deest, δαί. Alii habent δέ.

(90) *Τὰ καθ'*. Deest τά in tribus Regg. et Or. 2.

(91) *Ἀληθῆ*. Reg. bm, ἀληθινόν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ΙΒ'. Πᾶσι μία τοῖς ὑψηλοῖς πατρὶς, ὦ οὗτος, ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ, εἰς ἣν ἀποτιθέμεθα τὸ πολίτευμα. Πᾶσι γένος ἕν, εἰ μὲν τὰ κάτω βούλει σκοπεῖν, ὁ χοῦς· εἰ δὲ τὰ ὑψηλότερα, τὸ ἐμφύσημα, οὗ μετειλήφαμεν, καὶ ὃ τηρεῖν ἐκελεύσθημεν, καὶ μεθ' οὗ παραστῆναί με δεῖ λόγον ὑφέξοντα τῆς ἄνωθεν εὐγενείας καὶ τῆς εἰκόνος. Πᾶς μὲν οὖν εὐγενὴς, ὁ τοῦτο φυλάξας ἐξ ἀρετῆς, καὶ τῆς πρὸς τὸ ἀρχέτυπον νεύσεως· δυσγενὴς δὲ ἅπας, ὁ τῇ κακίᾳ συγχέας, καὶ μορφὴν ἑτέραν ἐπιβαλὼν ἑαυτῷ (92), τὴν τοῦ ὄφεως. Αἱ δὲ κάτω πατρίδες αὗται, καὶ τὰ γένη ταῦτα, τῆς προσκαίρου ζωῆς καὶ σκηνῆς ἡμῶν (93) γέγονε παίγνια. Πατρίς τε γὰρ, ἣν προκατέλαβεν ἕκαστος, ἢ τυραννήσας (94), ἢ δυστυχήσας, ἧς πάντες ὁμοίως ξένοι καὶ πάροικοι, κἂν ἐπὶ πολὺ τὰ ὀνόματα παίζωμεν (95). Καὶ γένος εὐγενὲς μὲν, ἢ τὸ πάλαι πλοῦσιον, ἢ τὸ νῦν φυσώμενον· δυσγενὲς δὲ, τὸ πενήτων πατέρων, ἢ διὰ συμφοράν, ἢ δι' ἐπιείκειαν. Ἐπεὶ πῶς ἄνωθεν εὐγενὲς, οὗ τὸ μὲν ἄρχεται νῦν, τὸ δὲ καταλύεται· καὶ τοῖς μὲν οὐ δίδοται, τοῖς δὲ γράφεται; Οὕτως ἐγὼ περὶ τούτων ἔχω. Καὶ διὰ τοῦτο, σὲ μὲν ἀφίημι τοῖς τάφοις μεγαλοφρονεῖν (96), ἢ τοῖς μύθοις. Ἐγὼ δὲ πειρῶμαι, ὡς οἷόν τε, ἀνακαθαίρειν ἐμαυτὸν τῆς (97) ἀπάτης, ἵν' ἢ φυλάξω τὴν εὐγένειαν, ἢ ἀνακαλέσωμαι.

XII. Magnis omnibus et excelsis viris, o homo, patria una est, superna Jerusalem, in quam conversationem nostram recondimus [32]. Omnibus genus unum, si inferiora hæc spectare velis, pulvis [33]; si superiora, spiraculum illud [34], cujus participes facti sumus, quodque conservare jubemur, et cum quo mihi ad tribunal sisti necesse est, ut divinitus inditæ nobilitatis imaginisque rationem reddam. Quisquis igitur per rectam vivendi rationem animique ad exemplar suum inclinationem, spiraculum illud conservaverit, huic demum nobilitas constabit. Contra, qui illud per vitium fœdaverit, formamque alteram, hoc est, serpentis formam, sibi ipsi induxerit, ille vere ignobilis et obscurus habendus erit. Terrenæ autem hæ patriæ, atque hæc generum discrimina, brevis hujus et caducæ vitæ nostræ ac scenæ ludi sunt. Quam enim quisque terram, sive per tyrannidem, sive per calamitatem ante occupaverit, ea patria dicitur, cujus omnes æque hospites et advenæ sumus, quantumlibet vocum appellatione ludamus. Jam, genus illud nobile censetur, quod vel olim opibus et copiis excelluit, vel quod nunc superbe intumescit: obscurum contra et ignobile, quod a parentibus, vel propter calamitatem, vel propter animi æquitatem egentibus ducitur. Quonam enim pacto divinitus indita esse potest hæc nobilitas, quæ partim nunc incipit, partim exstinguitur; atque aliis quidem negatur, aliis autem principum rescriptis conceditur? Hæc de his rebus mea sententia est. Ac propterea, te quidem ob sepulcra vel fabulas magnifice de te existimare sino. Ego autem meipsum, quantum possum, a fraude atque impostura repurgare studeo, ut nobilitatem vel conservem, vel recuperem.

ΙΓ'. Οὕτω μὲν οὖν καὶ διὰ ταῦτα, ἐπέστην ὑμῖν ὁ μικρὸς ἐγὼ καὶ κακόπατρις, καὶ τοῦτο, οὐχ ἑκών, οὐδ' αὐτεπάγγελτος, κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν ἐπιπηδώντων ταῖς προστασίαις, ἀλλὰ κληθεὶς, καὶ βιασθεὶς, καὶ κατακολουθήσας φόβῳ καὶ Πνεύματι. Ἡ μακρότερα πολεμηθείην ἐνταῦθα διακενῆς, καὶ μηδένα τῆς πλάνης ἐλευθερώσαιμι, ἀλλ' οἱ ἀτεχνίαν τῆς ἐμῆς κατευχόμενοι ψυχῆς ἐπιτύχοιεν, εἰ ψευδὴς ὁ λόγος. Ἐπεὶ δὲ ἦλθον, καὶ ἴσως οὐ μετὰ φαύλης τῆς ἐξουσίας (ἵνα μικρόν τι καυχήσωμαι τῶν τῆς ἀφροσύνης), τίνα τῶν ἁπλήστων ἐμιμησάμην; τί τοῦ καιροῦ παρεζήλωσα, καίτοιγε τοιαῦτα ἔχων τὰ ὑποδείγματα, ὧν καὶ δίχα, μὴ κακὸν (98) εἶναι τῶν χαλεπῶν καὶ σπανίων; Τίνων Ἐκκλησιῶν ὑμῖν ἠμφισβητήσαμεν; Ποίων χρημάτων, καίτοιγε τοῖς ἀμφότερα πλουτοῦσιν ὑπὲρ τὴν χρείαν, οἱ δὲ ἐνδεεῖς ἀμφότερα; Ποῖον βασιλικὸν δόγμα (99) διαπτυσθὲν ἐζητοτυπήσαμεν; Τίνας ἀρχόντων ἐθεραπεύσαμεν καθ' ὑμῶν; Τίνων θρασύτητα κατεμηνύσαμεν; Τὰ δὲ εἰς (1) ἐμὲ, τίνα;

612 XIII. Sic igitur, atque ob has causas parvus ego ille, et mala patria ortus, ad vos accessi, idque non sponte, nec memet offerens, ut multi eorum solent, qui nunc ad Ecclesiæ imperia prosiliunt, sed accitus et coactus, ac timori et Spiritui obsecundans. Quod si falsa loquor, non recuso, quominus hic diutius incassum oppugner, nec quemquam errore liberem, sed voti sui compotes fiant, qui animæ meæ sterilitatem imprecantur [35]. Postquam autem huc veni, ac fortasse cum potestate minime contemnenda (libet enim ob ea, quæ insipientiæ sunt [36], nonnihil gloriari), quemnam eorum, qui inexplebili cupiditate flagrant, imitandum mihi duxi? Quidnam ex hac temporis licentia perperam æmulatus sum, idque cum talia exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam remotis, malum tamen non esse, difficile ac rarum est? De quibus Ecclesiis vobiscum contendimus? De quibus pecuniis, idque, cum vos in utraque re, ultra quam

[32] Philipp. III, 20. [33] Gen. III, 19. [34] Gen. II, 7. [35] Psal. XXXIV, 12. [36] II Cor. XI, 17.

(92) *Ἑαυτῷ*. Deest in Reg. bm.

(93) *Ζωῆς καὶ σκηνῆς ἡμῶν*. Sic quatuor Regg. et Comb. In ed., ζωῆς ἡμῶν καὶ σκηνῆς.

(94) *Ἢ τυραννήσας*, etc. « Quidam, inquit Elias, sponte sua prævertunt alios adhibita vi, et per tyrannidem oppressis, qui prius locum obtinebant. Quidam rursus, persequentibus aliis, ejecti e patria quam obtinebant, etiam inviti, aliam quærere coacti sunt. »

(95) *Παίξωμεν*. Reg. bm, παίζωμεν.

(96) *Μεγαλοφρονεῖν*. Plures Regg. et Or. 1, μεγαφρονεῖν.

(97) *Τῆς*. Sic plerique codd. In ed., τοῖς.

(98) *Μὴ κακόν*. Sic plures Regg., Coisl. 1, Or. 2, Jes., etc. In ed., μὴ κακῶν.

(99) *Δόγμα*. In nonnullis, γράμμα, « scriptura. »

(1) *Τὰ δὲ εἰς*, etc. Billius : « Quid autem ego? »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

necesse esset affluueretis, nos autem utriusque inopia premeremur? Quodnam imperatoris edictum contemptum et pro nihilo habitum acribus animis persecuti sumus? Quos præfectos in perniciem vestram coluimus? Quorum audaciam denuntiavimus? At congesta in me mala, quot et qualia fuere? Tum autem dicebam : *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* [37]; (nam opportune Stephani verba in mentem venerunt); et nunc idem precor. *Maledicimur, et benedicimus : persecutionem patimur, et sustinemus : blasphemamur, et obsecramus* [38].

A *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*, καὶ τότε εἶπον (ἐμνήσθην γὰρ ἐν καιρῷ τῶν Στεφάνου ῥημάτων), καὶ νῦν προσεύχομαι. *Λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν· διωκόμενοι ἀνεχόμεθα· βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν*

XIV. Quod si propterea injuriam facio, quia tyrannide pressus, æquo animo id fero, hanc injuriam mihi velim condonetis; nam etiam ab aliis tyrannice vexatus, patienti animo id tuli. Ac sane gratiam vobis habeo, quod mansuetudinem et facilitatem mihi tanquam amentiam objecistis. Sic enim, excelsius multo quam pro vestro more, mecum reputo : Quota tandem pars hæc sunt sputorum et alaparum Christi, pro quo et ob quem, pericula subeuntur? Omnia enimvero, unica spinea corona, quæ victori nostro coronam detraxit, et per quam me quoque vitæ asperitate velut corona quadam redimiri sentio, minoris duco : unica arundine, per quam infirmum et imbecille imperium sublatum est : unico felle, atque unico aceto, per **613** quæ amarulenta nostra degustatio sanata est : unica in perferendo cruciatu animi æquitate ac lenitate. Si osculo prodatur [39], coarguit quidem, sed non percutit : si subito comprehendatur, ita exprobrat, ut tamen sequatur : si zelo inflammatus Malchi aurem gladio præcideris [40], indigne ferat, eamque loco suo restituet : si quis sindone amictus profugiat [41], eum conteget : si ignem Sodomiticum adversus eos, a quibus abigitur, poposceris [42], haudquaquam profundet : si latronem ob sceleus in crucem sublatum passus fuerit, eum pro sua benignitate in paradisum introducet [43]. Benigni denique benigna sint omnia, itidemque Christi passiones, quibus quidnam tandem aliud majus ac præstantius daremus, si, cum Deus mortem ipsam nostræ salutis causa pertulerit, nos contra, ne leves quidem offensas et injurias æqualibus nostris remittamus?

IA'. Εἰ δὲ, ὅτι τυραννούμενος (2) φέρω, τοῦτο ἀδικῶ, χαρίσασθέ μοι τὴν ἀδικίαν ταύτην, καὶ ὑπ' ἄλλων ἤνεγκα τυραννούμενος· καὶ χάρις (3), ὅτι τὴν ἐπιείκειαν ἐνεκλήθην, ὡς ἄνοιαν. Λογίζομαι γὰρ οὕτω, λίαν ὑψηλοτέροις ἢ καθ' ὑμᾶς (4) λογισμοῖς χρώμενος· Πόσον (5) μέρος ταῦτα τῶν ἐμπτυσμάτων Χριστοῦ καὶ ῥαπισμάτων, ὑπὲρ οὗ καὶ δι' ὃν οἱ κίνδυνοι; Ἑνὸς οὐ τιμῶμαι πάντα τοῦ ἀκανθίνου στεφάνου, ὃς τὸν νικητὴν ἡμῶν ἀπεστεφάνωσε (6), δι' οὗ καὶ μανθάνω (7) τῇ τοῦ βίου τραχύτητι στεφανούμενος· ἑνὸς τοῦ καλάμου, δι οὗ τὸ σαθρὸν κράτος ἐπαύσατο· μιᾶς τῆς χολῆς, ἑνὸς ὄξους, δι' ὧν τὴν πικρὰν γεῦσιν (8) ἐθεραπεύθημεν· μιᾶς τῆς ἐν τῷ πάθει μακροθυμίας. Ἂν φιλήματι προδοθῇ (9), ἐλέγχει μὲν, οὐ πλήττει δέ. Ἂν ἄφνω συλληφθῇ, ὀνειδίζει μὲν, ἔπειται δέ· κἂν μαχαίρᾳ (10) Μάλχου τέμνῃς (11) τὸ ὠτίον διὰ ζῆλον, ἀγανακτήσει, καὶ ἀποκαταστήσει· κἂν ἐν σινδόνι (12) τις φεύγῃ, περιστελεῖ· κἂν πῦρ αἰτήσῃς Σοδομιτικὸν ἐπὶ τοὺς ἀγοντας, οὐκ ἐπικλύσει· κἂν λῃστὴν λάβῃ διὰ κακίαν κρεμάμενον, εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει διὰ χρηστάπατα. Πάντα ἔστω τὰ τοῦ φιλανθρώπου φιλάνθρωπα, ὡς δὲ καὶ τῶν Χριστοῦ παθημάτων (13), οἷς τί τῶν μειζόνων ἂν δοίημεν, εἰ Θεοῦ καὶ θανατωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν, αὐτοὶ τοῖς ὁμοίοις μηδὲ τὰ σμικρὰ (14) συγχωρήσαιμεν;

B

C

XV. Quin hæc quoque mecum cogitabam, atque etiammunc cogito (quam recte, ipsi videte), de quibus etiam ipsis apud vos sæpe disserui. Ili domos habent, nos hospitem : hi templa, nos Deum : idque præterea, quod viva viventis Dei templa sumus, victimæ vivæ, holocausta ratione prædita, sacrificia perfecta, dii denique, Trinitatis adoratæ bene-

IE'. Πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ἐλογιζόμην τε καὶ λογίζομαι, καὶ σκοπεῖτε, εἰ μὴ καὶ λίαν ὀρθῶς, ἃ καὶ πολλάκις ὑμῖν ἐφιλοσόφησα. Ἔχουσιν οὗτοι τοὺς οἴκους, ἡμεῖς τὸν ἔνοικον· οὗτοι τοὺς ναοὺς, ἡμεῖς τὸν Θεόν· καὶ τὸ ναοὶ γενέσθαι Θεοῦ ζῶντος καὶ ζῶντες, ἱερεῖα ἔμψυχα, ὁλοκαυτώματα λογικὰ, θύματα τέλεια, θεοὶ (15) διὰ Τριάδος προσκυνουμένης. Οὗτοι δήμους,

D

[37] Act. VII, 59. [38] I Cor. IV, 12. [39] Matth. XXVI, 49. [40] Joan. XVIII, 10. [41] Marc. XIV, 51, 52. [42] Luc. IX, 54. [43] Luc. XXIII, 43.

(2) *Εἰ δὲ, ὅτι τυραννούμενος*, etc. Arbitratur Elias hæc Gregorii verba dirigi ad Catholicos, qui forsan Theologo objiciebant, quod, cum facultatem ulciscendi se haberet, imperante Theodosio, ea non uteretur.

(3) *Καὶ χάρις*, etc. « Gratiasque Deo, quod lenitas et moderatio mihi, tanquam amentia, crimini data est. »

(4) *Καθ' ὑμᾶς*. Or. 1, καθ' ἡμᾶς.

(5) *Πόσον*. Tres Regg. et Comb., πόστον.

(6) *Ἀπεστεφάνωσε*. Comb., ἐστεφάνωσε, « victorem meum coronavit. » Elias tamen legit, ἀπεστεφάνωσε, ac interpretatur : « Omnia ... tametsi multa sint, non arbitror uni æquiparanda esse coronæ spineæ, qua Christus diabolum nostri generis victorem sua corona spoliavit. »

(7) *Δι' οὗ καὶ μανθάνω*, etc. « Per quam, vitæ austerioris palæstra, adipisci me coronam intelligam. »

(8) *Γεῦσιν*. Sic duo Regg., Coisl. 1, aliique plures. In ed., ῥεῦσιν, « fluxionem. »

(9) *Προδοθῇ*. Sic quatuor Regg., Or. 1, Bas. In ed., προσδοθῇ.

(10) *Μαχαίρᾳ*. Deest in Or. 1.

(11) *Τέμνῃς*. Reg. bm, τεμῇς.

(12) *Ἐν σινδόνι*, etc. « Sindone amictus. » Sic interpretantur Elias et Billius. Notandum tamen est, quod in sacro textu Marc. XIV, 52, dicitur, adolescentem, « relicta sindone, nudum profugisse. »

(13) *Παθημάτων*. Reg. a, Coisl, 2, Or. 1, et Elias, μαθητῶν, « discipulorum. »

(14) *Σμικρά*. Reg. bm, et Or. 1, μικρά.

(15) *Θεοί*. Reg. a, Θεοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ἡμεῖς ἀγγέλους· οὗτοι θράσος, πίστιν ἡμεῖς· οὗτοι τὸ ἀπειλεῖν, ἡμεῖς τὸ προσεύχεσθαι (16)· οὗτοι τὸ βάλλειν, ἡμεῖς τὸ φέρειν· οὗτοι χρυσὸν καὶ ἄργυρον, ἡμεῖς λόγον κεκαθαρμένον. Ἐποίησας σεαυτῷ δώροφα καὶ τρώροφα (γνῶθι τὰ ῥήματα τῆς Γραφῆς), οἶκον ῥιπιστὸν, διεσταλμένον θυρίσιν; ἀλλ' οὔπω ταῦτα τῆς ἐμῆς πίστεως ὑψηλότερα, καὶ τῶν οὐρανῶν (17) πρὸς οὓς φέρομαι. Μικρόν μοι τὸ ποίμνιον; Ἀλλ' οὐκ ἐπὶ κρημνῶν (18) φερόμενον. Στενή μοι ἡ μάνδρα, πλὴν λύκοις ἀνεπίβατος, πλὴν οὐ παραδεχομένη λῃστὴν, οὐδὲ ὑπερβαινομένη κλέπταις καὶ ξένοις. Ὄψομαι ταύτην, εὖ οἶδα, καὶ πλατυτέραν. Πολλοὺς τῶν νῦν λύκων, ἐν προβάτοις ἀριθμῆσαί με δεῖ, τυχὸν καὶ ποιμένσιν. Τοῦτο εὐαγγελίζεταί μοι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, δι' ὃν ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Οὐ φοβοῦμαι τὸ μικρὸν ποίμνιον, εὐσύνοπτον γάρ· ὅτι γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. Τοιαῦτα τὰ Θεὸν γινώσκοντα, καὶ Θεῷ γινωσκόμενα. *Τὰ πρόβατα τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει*, ἧς ἤκουσα παρὰ τῶν θείων λογίων, ἣν ἐδιδάχθην παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, ἣν ἐδίδαξα (19) κατὰ πάντα καιρὸν ὁμοίως, οὐ συμμορφούμενος (20) τοῖς καιροῖς, καὶ διδάσκων οὐ παύσομαι (21), μεθ' ἧς ἐγεννήθην, καὶ ᾗ συναπέρχομαι.

ficio. Hi populos habent, nos angelos; hi temeritatem et audaciam, nos fidem; hi minas, nos orationes; hi quod percutiunt, nos quod ferimus; hi aurum et argentum, nos repurgatam doctrinam. Fecisti tibi duplices et triplices contignationes (agnosce Scripturæ verba), domum perflatilem, fenestris distinctam [44]? At hæc nondum fide mea sublimiora sunt, nec cœlis, ad quos tendo. At mihi grex exiguus? Sed in præcipitia non fertur. At angusta mihi caula? Sed quæ lupis non pateat, sed quæ latronem non admittat, nec a furibus, et exteris transcendatur. Eam, pulchre scio, eam latiorem videbo: multos enim ex his, qui nunc in luporum numero sunt, inter oves, ac fortasse etiam inter pastores, recensendos habeo. Hoc mihi fauste nuntiat Pastor ille bonus, ob quem ego animam meam pro ovibus pono [45]. Exiguus grex timorem mihi non injicit, utpote facile conspicuus; quoniam oves meas cognosco, et a meis vicissim cognoscor [46]. Tales sunt, quæ Deum cognoscunt, et a Deo cognoscuntur. *Oves meæ vocem meam audiunt* [47]. quam a divinis oraculis audivi, **614** quam a sanctis Patribus didici, quam per omnem vitæ cursum eodem modo docui (nequaquam pro tempore aliam atque aliam subinde formam assumens), nec unquam docere desinam, cum qua natus sum, et cum qua hinc discedam.

ΙϚ'. Ταῦτα καλῶ κατ' ὄνομα (οὐκ ἀνώνυμα γὰρ, ὥσπερ οὐδὲ ἀστέρες ἀριθμούμενοι καὶ ὀνομάζόμενοι), καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, ἐκτρέφω γὰρ ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως· ἀκολουθοῦσι (22) δὲ καὶ παντὶ τοιούτῳ ποιμένι, οὗ τὴν φωνὴν ὁρᾶτε, ὅπως ἡδέως ἤκουσαν· ἀλλοτρίῳ δὲ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται ἀπ' αὐτοῦ, ὅτι διαγνωστικὴν ἕξιν ἔχουσιν ἤδη φωνῆς οἰκείας καὶ ἀλλοτρίας (23). Φεύξονται Οὐαλεντίνου τὴν τοῦ ἑνὸς εἰς δύο κατατομὴν, οὐκ ἄλλον (24) τοῦ ἀγαθοῦ τὸν Δημιουργὸν πιστεύοντες, καὶ τὸν Βυθὸν, καὶ τὴν Σιγὴν, καὶ τοὺς μυθικοὺς Αἰῶνας, τὰ βυθοῦ καὶ σιγῆς ὄντος ἄξια. Φεύξονται Μαρκίωνος τὸν ἐκ στοιχείων (25) καὶ ἀριθμῶν Θεόν· Μοντανοῦ τὸ πονηρὸν πνεῦμα καὶ γυναικεῖον· Μάνου τὴν ὕλην μετὰ τοῦ σκότους· Ναυάτου τὴν ἀλαζονείαν, καὶ τὴν ἐν ῥήμασι καθαρότητα· Σαβελλίου τὴν ἀνάλυσιν καὶ τὴν σύγχυσιν, καὶ τὴν, ἵν' οὕτως εἴπω, κατάποσιν, τὰ τρία εἰς ἓν συναιροῦντος (26), ἀλλ' οὐκ ἐν τρισὶν ὑφεστῶσι τὸ ἓν ὁρίζοντος· Ἀρείου καὶ τῶν ὑπ' Ἀρείῳ τὴν τῶν φύσεων ἀλλο-

XVI. Eas nominatim voco (nec enim nomine carent, quemadmodum nec sidera, quæ numero comprehenduntur, ac suo quæque nomine appellantur [48]), et me sequuntur, utpote a quo super aquam refectionis educantur [49]: quemvis etiam alium similem pastorem sequuntur, cujus vocem quanta cum voluptate audiverint, videtis: alienum autem minime sequentur, verum ab eo diffugient, quandoquidem ad eum jam habitum pervenerunt, ut familiarem vocem ab aliena internoscant. Valentini unius in duo sectionem fugient, rerum opificem a bono diversum minime esse credentes; Bythum insuper et Sigen, et fabulosos Æones fugient, res sane profundo gurgite ac silentio dignas. Marcionis quoque conflatum ex elementis et numeris Deum fugient; Montani pravum et muliebrem spiritum; Manis una cum tenebris materiam; Novati arrogantiam, et sitam in verbis puritatem; Sabellii resolutionem et confusionem, atque, ut ita loquar, absorptionem, tres personas in unam contrahentis,

[44] Jerem. xxii, 14. [45] Joan. x, 11. [46] ibid. 14. [47] ibid. 27. [48] ibid. 3. [49] Psal. xxii, 2.

(16) *Προσεύχεσθαι.* Duo Regg., εὔχεσθαι.
(17) *Οὐρανῶν.* Reg. b, οὐρανίων, « cœlestibus. »
(18) *Ἐπὶ κρημνῶν.* Tres Regg., aliique, ἐπίκρημνον.
(19) *Ἐδίδαξα.* Sic codd. Mendose in ed., ἐδίξασα.
(20) *Συμμορφούμενος.* Reg. b, συμμορφιζόμενος, et ad marg. ut in ed.
(21) *Παύσομαι.* Or. 1, παύομαι.
(22) *Ἀκολουθοῦσι.* Or. 1, ἀκολουθήσουσι.
(23) *Ἀλλοτρίας.* In editis sequitur ἄλλον, quod erasimus auctoritate plurimorum codicum.
(24) *Οὐκ ἄλλον.* Sic duo Regg., Comb., etc. in ed., οὐκ ἄλλου. Sectio unius in duo, quam hic Valentino tribuit Gregorius, dogma fuit Marcionis. De Valentini Æonibus, legenda dissertatio novissimæ S. Irenæi operum editioni prævia. Cæterum Valentini et aliorum dogmata Epiph. et Aug. accurate exponunt.
(25) *Τὸν ἐκ στοιχείων*, etc. « Conflatum ex elementis et numeris Deum. » Errorem hunc, non Marcioni, sed Marco tribuunt Irenæus et Epiphanius.
(26) *Εἰς ἓν συναιροῦντος.* Sic tres Regg., Or. 1 et Comb. In ed., συναιροῦντος εἰς ἕν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

VI. Quæstio hæc, inquit, quam proposuisti, ad pudicitiæ cultum et honorem spectare mihi videtur, responsionemque humanam et commodam postulare. Circa hanc enim plerosque male affectos cerno, ac legem eorum iniquam, nec sibi constantem. Quid enim causæ fuit, cur mulierem coercerent, marito contra indulgerent, eumque liberum relinquerent? Et mulier quidem, quæ improbum consilium adversus viri sui cubile susceperit, adulterii piaculo constringatur, acerbissimisque legum pœnis excrucietur; vir autem, qui fidem uxori datam per adulterium violaverit, nulli supplicio obnoxius sit? Hanc legem haudquaquam probo, hanc consuetudinem minime laudo. Viri erant, qui hanc legem sanxerunt, ac propterea adversus mulieres lata est; quandoquidem et filios paternæ potestati subjecerunt, infirmiorem sexum incultum atque incuratum reliquerunt. Ac Deus non sic; verum : *Honora patrem tuum et matrem tuam, ut bene tibi sit* [57], quod est primum mandatum, in pollicitationibus situm [58]. Et : *Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur* [59]. Æque, et virtuti honorem ac præmia, et sceleri pœnam constituit. Item alio loco : *Benedictio patris firmat domos filiorum; maledictio autem matris eradicat fundamenta* [60]. Legis æquabilitatem videtis. Unus viri et mulieris Creator, pulvis unus uterque, imago una, lex una, mors una, resurrectio una. Æque ex viro et muliere procreati sumus : unum idemque parentibus debitum filii persolvendum habent.

Ζ'. Πῶς οὖν σὺ σωφροσύνην μὲν ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις δέ; πῶς, ὃ μὴ δίδως, αἰτεῖς; πῶς ὁμότιμον σῶμα ὢν, ἀνίσως (69) νομοθετεῖς; Εἰ δὲ τὰ χείρω σκοπεῖς· ἥμαρτεν ἡ γυνὴ, τοῦτο καὶ ὁ Ἀδάμ· ἀμφοτέρους ὁ ὄφις ἠπάτησεν. Οὐ τὸ μὲν ἀσθενέστερον εὑρέθη, τὸ δὲ ἰσχυρότερον. Ἀλλὰ τὰ βελτίω λογίζῃ; ἀμφοτέρους σώζει Χριστὸς τοῖς πάθεσιν. Ὑπὲρ ἀνδρὸς σὰρξ ἐγένετο; τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικός. Ὑπὲρ ἀνδρὸς ἀπέθανε; καὶ ἡ γυνὴ τῷ θανάτῳ σώζεται. Ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ὀνομάζεται· τιμᾶσθαι ἴσως οἴει τὸν ἄνδρα; ἀλλὰ καὶ ἐκ Παρθένου γεννᾶται, τοῦτο καὶ ὑπὲρ γυναικῶν. Ἔσονται μὲν οὖν

650 VII. Qua igitur fronte pudicitiam exigis, quam ipse vicissim non præstas? Quomodo, quod non das, petis? Quomodo corpori pari honore prædito, imparem legem statuis? Si deteriora expendis : peccavit mulier; eodem quoque modo *Adam peccavit :* utrumque serpens decepit atque in fraudem impulit [61]. Non altera infirmior inventa est, alter fortior. At meliora consideras? Utrumque Christus passione sua salute donavit. Pro viro caro factus est? Pro muliere item. Pro viro mortem subiit? Ipsius item morte mulieri salus parta est. At ex semine David nominatur [62], atque hinc forsan

[57] Exod. xx, 12. [58] Ephes. vi, 2. [59] Exod. xxi, 17. [60] Eccli. iii, 11. [61] Gen. iii, 6 sqq. [62] Rom. i, 3.

(61) *Ἀντερωτήμασι.* Reg. b et Or. 1, ἐρωτήμασι.

(62) *Ἐκόλασαν ... ἐπέτρεψαν.* Sic Coisl. 1. In ed., ἐκόλασε ... ἐπέτρεψε. Hic observandum. Gregorium loqui de civili Romanorum lege. Unde Hieronymus epist. 30, ait : « Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi. Aliud Papinianus, aliud Christus noster præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur; apud nos quod non licet feminis, æque non licet viris, et eadem servitus pari conditione censetur. »

(63) *Κοίτην.* Coisl. 1 et Or. 1. κοίτης.

(64) *Τὸ δὲ ἀσθενέστερον.* Nonnulli, τὸ δ' ἀσθενές.

(65) *Ἐν ἐπαγγελίαις.* In quibusdam, ἐν ἐπαγγελίᾳ.

(66) *Ἐτίμησε.* Duo Colb. et Coisl. 1, ἐπῄνεσε, « laudes constituit. »

(67) *Ἀμφότεροι.* Coisl. 1, ἀμφοτέροις.

(68) *Γονεῦσι.* Or. 1, γεινομένοις [f. γειναμένοις]. In quibusdam, γινομένοις et γεννήσασι. In aliis ad marg., γεννησαμένοις.

(69) *Ἀνίσως.* Sic duo Regg. et Or. 1. In ed., ἀνίσῳ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

viros honore præferri colligis? Audio, sed ex Virgine quoque nascitur[45], quod et pro mulieribus valet. *Erunt* igitur, inquit, *duo in carne una*[46] : proinde caro, quæ una est, æqualem honorem habeat. Jam vero Paulus exemplo quoque castitatem velut lege præscribit. Quo tandem modo, et qua ratione? *Sacramentum hoc magnum est : ego autem dico in Christo et in Ecclesia*[48]. Pulchrum est mulieri Christum per virum revereri : pulchrum quoque viro Ecclesiam per uxorem non aspernari. *Mulier*, inquit, *ut virum timeat*[49], quippe et Christum. At vir etiam, ut uxorem foveat atque complectatur[47] ; nam et Christus Ecclesiam. Quin etiam hæc verba studiosius et accuratius expendamus.

A οἱ δύο, φησὶν, εἰς σάρκα μίαν· καὶ ἡ μία (70-71) σὰρξ ἐχέτω τὸ ὁμότιμον. Παῦλος δὲ καὶ τῷ ὑποδείγματι τὴν σωφροσύνην νομοθετεῖ. Πῶς, καὶ τίνα τρόπον; *Τὸ μυστήριον τοῦτο μέγα ἐστὶν· ἐγὼ δὲ λέγω εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν* (72) *Ἐκκλησίαν*. Καλὸν τῇ γυναικὶ Χριστὸν αἰδεῖσθαι διὰ τοῦ ἀνδρός· καλὸν καὶ τῷ ἀνδρὶ τὴν Ἐκκλησίαν μὴ ἀτιμάζειν διὰ τῆς γυναικός. *Ἡ γυνὴ*, φησὶν, *ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα*· καὶ Χριστὸν γάρ. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἀνὴρ, ἵνα περιέπῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γὰρ Χριστὸς τὴν Ἐκκλησίαν. Μᾶλλον δ' ἔτι (73) καὶ προσφιλοπονήσωμεν τῷ ῥητῷ.

VIII. *Mulge lac*, ait ille, *et erit butyrum*[48] : sedulo exquire, et fortasse in iis succulentius aliquid invenies. Hoc enim sermone secundas nuptias mihi dissuadere videtur. Si enim duo Christi sunt, duo quoque viri sint, et duæ uxores : si autem unus Christus, unum Ecclesiæ caput, una etiam caro sit, secunda autem respuatur. Quod si secundam prohibeat, de tertia quid dicendum est? Primum lex est, secundum venia et indulgentia, tertium iniquitas. Qui autem hunc numerum excedit, porcinus plane est, utpote ne multa quidem vitii exempla habens. Enimvero lex omnes ob causas libellum dat repudii. At Christus non ob omnes, sed ab impudica tantum et adultera uxore viro separari permittit : reliquis autem omnibus in rebus animi æquitate ac patientia uti jubet. Ergo impudicam quidem, quia genus corrumpit et adulterat, expellamus : cætera autem omnia patienter et moderate ac sapienter **651** feramus; aut, ut rectius loquar, sapienter et moderate ferte, quicunque matrimonii jugum subiistis. Si illitos fuco et cerusa colores et pigmenta perspexeris, eam hoc ornatu spolia : si procacem et petulantem linguam, coerce : si meretricium risum, verecundiam et gravitatem compone : si sumptum aut potum immodicum, contrahe : si intempestivos progressus, domi cohibe : si oculum elatum et vagum, reprime. At eam ne temere a te divellas et abstrahas. Incertum est, utra pars in discrimine versetur, eane, quæ secat, an ea quæ secatur. *Fons aquæ*, ait ille, *sit tibi proprius : nec ullus extraneus tecum sit particeps*[49]. Et : *Pullus*

B Η'. *Ἀμέλγε γάλα, καὶ ἔσται βούτυρον*· ἐξέταζε, καὶ τυχὸν ἂν εὕροις τι ἐν αὐτῷ τροφιμώτερον. Δοκεῖ μοι γὰρ (74) παραιτεῖσθαι τὴν διγαμίαν ἐνταῦθα ὁ λόγος. Εἰ μὲν γὰρ δύο Χριστοὶ, δύο καὶ ἄνδρες, δύο καὶ γυναῖκες· εἰ δὲ εἷς Χριστὸς, μία κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ μία σάρξ· ἡ δευτέρα δὲ ἀποπτυέσθω. Τὸ δεύτερον δὲ ἂν κωλύσῃ, τοῦ τρίτου τίς λόγος; Τὸ πρῶτον νόμος, τὸ δεύτερον συγχώρησις, τὸ τρίτον παρανομία. Ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦτο, χοιρώδης (75), οἷος οὐδὲ πολλὰ ἔχων τῆς κακίας τὰ παραδείγματα. Ὁ μὲν νόμος κατὰ πᾶσαν αἰτίαν τὸ ἀποστάσιον δίδωσι· Χριστὸς δὲ οὐ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν· ἀλλὰ συγχωρεῖ μὲν μόνον χωρίζεσθαι τῆς πόρνης, τὰ δὲ ἄλλα πάντα φιλοσοφεῖν κελεύει. Καὶ τὴν πόρνην, ὅτι νοθεύει τὸ C γένος· τὰ δ' ἄλλα πάντα (76) καρτερῶμεν καὶ φιλοσοφῶμεν· μᾶλλον δὲ καρτερεῖτε καὶ φιλοσοφεῖτε, ὅσοι τὸν τοῦ γάμου ζυγὸν ἐδέξασθε. Ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς ἢ ὑπογραφὰς (77), ἀποκόσμησον· κἂν γλῶσσαν προπετῆ, σωφρόνισον· ἂν γέλωτα πορνικὸν, κατηφῆ ποίησον· ἐὰν σαπάνην, ἢ ποτὸν ἄμετρον (78), σύστειλον· ἐὰν προόδους ἀκαίρους, πέδησον· ἐὰν ὀφθαλμὸν μετέωρον, κόλασον. Μὴ τέμῃς δὲ προπετῶς, μὴ (79) χωρίσῃς. Ἄδηλον, τί κινδυνεύει (80), τὸ τέμνον, ἢ τὸ τεμνόμενον. *Ἡ πηγὴ*, φησὶ, *τοῦ ὕδατός ἐστω σοι ἰδία, καὶ μηδεὶς ἀλλότριος μετασχέτω σοι*· καὶ, *Πῶλος σῶν χαρίτων, καὶ ἔλαφος σῆς φιλίας ὁμιλείτω σοι*. Σὺ τοίνυν μὴ γίνου ποταμὸς ἀλλότριος, μηδὲ ἄλλαις ἀρέσκειν σπούδαζε μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ γυναικί. Εἰ δὲ ἀλλαχοῦ φέρῃ, καὶ τῷ σῷ μέλει (81) νομοθετεῖς D τὴν ἀσέλγειαν. Οὕτω μὲν ὁ Σωτήρ.

[45] Matth. I, 23. [46] Gen. II, 24. [48] Ephes. V, 32. [49] ibid. 33. [47] ibid. 33. [48] Prov. XXX, 33. [49] Prov. V, 17.

(70-71) *Ἡ μία*. Comb. legit, εἰ *μία*, « si una caro, eumdem sortiatur honorem. »

(72) *Καὶ εἰς τήν*. Sic sacer textus, Reg. om, Comb., etc. Deest εἰς in ed.

(73) *Μᾶλλον δ' ἔτι*. Reg. b, Or. 1, μᾶλλον δέ τι.

(74) *Δοκεῖ μοι γάρ*, etc. Sic Coisl. 1, Gabr., etc. Deest γάρ in ed. Cæterum ex hoc contextu nullatenus concludendum, secundas nuptias a Gregorio prorsus damnari. Quamvis enim Ecclesia Græca sese severiorem hac in re, quam Latina, præbuerit, secundas tamen nuptias non omnino prohibuit. Quod quidem manifestum est ex his Chrysostomi verbis, *Homil.* XIV in primam ad Timoth. Epist. : « Cur incitat et admonet (Ecclesia), ne ad secundas nuptias transeant? Num rem hanc damnavit? Nequaquam. Hoc enim hæreticorum est. »

(75) *Χοιρώδης*. Nonnulli addunt, βίος· « vita porcina. »

(76) *Ἄλλα πάντα*. Sic Coll. 1. Deest παντα in ed., quamvis a Billio expressum.

(77) *Ἐὰν ἐπιγραφὰς ἴδῃς, ἢ ὑπογραφάς*. Sic legendum docet Combefisius. Illud probat ex Chrysost. lib. *de Sacerdotio*, apud quem sic legitur : Ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ παρειῶν ἐπιγραφαί· « Fuci subtus oculis adhibiti, et genis impositi. » In ed., Ἐὰν ἀπογραφὰς ἴδῃς, etc.

(78) *Ἄμετρον*. Reg. b et Or. 1, ἀμέτρητον.

(79) *Μὴ*. Or. 1, μηδέ.

(80) *Κινδυνεύει*. In nonnullis, κινδυνεύσει.

(81) *Καὶ τῷ σῷ μέλει*, etc. Coisl. 1, πῶς οὐχὶ τῷ σῷ μέλει, « quomodo non uxori tuæ, » etc.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/ER

gratiarum tuarum, et cervus amicitiæ tuæ, consuetudinem vitæ tecum habeat[50]. Quocirca tibi cavendum est, ne fluvius alienus efficiaris; atque aliis potius, quam uxori tuæ, placere studeas. Quod si alio fertur cupiditas tua, parti quoque tuæ libidinem præscribis. Atque ad hunc quidem modum Salvator locutus est.

Θ'. Τί δὲ οἱ Φαρισαῖοι; *Τραχὺς τούτοις ὁ λόγος* φαίνεται (82). Καὶ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν καλῶς ἐχόντων ἀπαρέσκει, καὶ τοῖς τότε Φαρισαίοις, καὶ τοῖς νῦν Φαρισαίοις. Φαρισαῖον γὰρ, οὐ τὸ γένος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τρόπος ἐργάζεται Οὕτω καὶ Ἀσσύριον οἶδα, καὶ Αἰγύπτιον, τὸν τῇ προαιρέσει μετὰ τούτων ταττόμενον. Τί οὖν οἱ Φαρισαῖοι; *Εἰ οὕτω*, φασὶν (83), *ἐστὶν ἡ αἰτία μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.* Νῦν δὲ τοῦτο καταμανθάνεις, ὦ Φαρισαῖε, τὸ, *Οὐ συμφέρει γαμῆσαι;* πρότερον δὲ οὐκ ἠπίστασο, ἡνίκα τὰς χηρείας ἑώρας, καὶ τὰς ὀρφανίας, καὶ τοὺς ἀώρους θανάτους, καὶ τὰ διάδοχα τῶν κρότων πένθη, καὶ τοὺς ἐπὶ τοῖς θαλάμοις (84) τάφους, καὶ τὰς ἀτεκνίας, καὶ τὰς κακοτεκνίας, καὶ τοὺς ἀτελεῖς τόκους καὶ ἀμήτορας, καὶ πᾶσαν τὴν περὶ ταῦτα κωμῳδίαν ἢ τραγῳδίαν; Ἀμφότερα γὰρ εἰπεῖν οἰκειότατον. *Συμφέρει γαμῆσαι;* κἀγὼ δέχομαι· *Τίμιος* (85) *γὰρ ὁ γάμος, καὶ ἡ κοίτη* (86) *ἀμίαντος*· συμφέρει δὲ τοῖς μετρίοις, οὐ τοῖς ἀπλήστοις, καὶ πλέον ἢ δεῖ τὴν σάρκα τιμᾷν βουλομένοις. Ὅταν τοῦτο μόνον ὁ γάμος ᾖ, ἡ γάμος (87), καὶ συζυγία, καὶ παίδων διαδοχῆς ἐπιθυμία, καλὸς ὁ γάμος· πλείονας γὰρ εἰσάγει τοὺς εὐαρεστοῦντας Θεῷ. Ὅταν δὲ ὕλην ἐξάπτῃ, καὶ ταῖς ἀκάνθαις περιβάλλῃ, καὶ οἷον κακίας ὁδὸς εὑρίσκηται, τότε κἀγὼ φθέγγομαι· *Οὐ συμφέρει γαμῆσαι.*

IX. Quid autem Pharisæi? *Durus illis hic sermo* videtur[51]. Nec mirum, cum et aliis honestis et præclaris rebus offendantur, tum illius temporis Pharisæi, tum etiam nostrates. Pharisæum enim, non solum genus, sed etiam morum vitæque ratio efficit. Sic Assyrium quoque et Ægyptium, eum censeo, qui animi instituto et voluntate ipsis adjungitur. Quid igitur Pharisæi? *Si ita est*, inquiunt, *causa hominis cum uxore, non expedit nubere.* Nunc demum, o Pharisæe, illud agnoscis: *Non expedit nubere?* An prius id nesciebas, cum viduitates atque orbitates videres, et præmaturas mortes, et luctus plausibus succedentes, et funera thalamos excipientia, et sterilitates, et infelices liberorum procreationes, et imperfectos partus ac matris expertes, atque omnem hujusmodi rerum comœdiam sive tragœdiam? Utrumque enim appositissime dici potest: *Expedit nubere?* Id ipse quoque probo; *Honorabile enim connubium, et torus immaculatus*[52]; sed moderatis expedit, non petulantibus et libidine perditis, quique plus æquo carnem colere in animum inducunt. Cum matrimonium nihil aliud est quam matrimonium, et conjunctio, et prolis ac successionis cupiditas, tum bonum est matrimonium. Plures enim introducit, qui Deo placeant. At cum carnis molem inflammat, **652** et spinis circumdat, vitiique quasi via invenitur, tum ipse etiam dico: *Non expedit nubere.*

Ι'. Καλὸν ὁ γάμος· ἀλλ' οὐκ ἔχω λέγειν, ὅτι καὶ ὑψηλότερον παρθενίας. Οὐδὲ γὰρ ἂν (88) ἦν τι μέγα ἡ παρθενία, μὴ καλοῦ καλλίων τυγχάνουσα. Μὴ δὴ (89) χαλεπαίνετε, ὅσαι ὑπὸ ζυγόν. *Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.* Πλὴν ἀλλήλαις συνδεσμεῖσθε, καὶ παρθένοι, καὶ γυναῖκες, καὶ ἔν ἐστε ἐν Κυρίῳ, καὶ ἀλλήλων καλλώπισμα. Οὐκ ἂν ἦν ἄγαμος, εἰ μὴ γάμος. Πόθεν γὰρ εἰς τοῦτον παρῆλθε τὸν βίον παρθένος; Οὐκ ἂν ἦν γάμος σεμνὸς, εἰ μὴ παρθένον καρποφορῶν καὶ τῷ Θεῷ καὶ τῷ βίῳ. Τίμησον καὶ σὺ τὴν μητέρα τὴν σὴν, ἐξ ἧς γέγονας. Τίμησον καὶ σὺ τὴν ἐκ μητρὸς, καὶ μητέρα (90). Μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, Χριστοῦ δὲ νύμφη ἐστί. Τὸ μὲν φαινόμενον κάλλος οὐ κρύπτεται (91)· τὸ δὲ ἀφανὲς Θεῷ βλέπεται. *Πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ Βασιλέως ἔσωθεν, ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη, πεποικιλμένη*, εἶτ' οὖν πράξεσιν, εἴτε καὶ

X. Bonum est matrimonium: sed, quod virginitate præstantius sit, dicere non possum. Neque enim magnum aliquid esset virginitas, nisi re aliqua bona melior et præclarior esset. Nolite hoc moleste ferre, quæ matrimonii jugo subjectæ estis. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*[53]. Cæterum facite, ut inter vos quasi vinculo constringamini, et virgines et uxores, atque unum sitis in Domino, mutuumque aliæ aliarum ornamentum. Non esset cælebs, nisi matrimonium esset. Unde enim in hanc vitam virgo prodiisset? Non esset honorificum et venerandum matrimonium, nisi virginem proferret, tum Deo, tum vitæ. Honora tu quoque matrem tuam, ex qua natus es. Honora etiam eam, quæ ex matre est, et mater. Non quidem mater est, sed Christi sponsa. Pulchritudo quidem ea, quæ in oculos cadit, non occultatur: quæ autem

[50] Prov. v, 19. [51] Joan. vi, 61. [52] Hebr. xiii, 4. [53] Act. v, 29.

(82) *Τούτοις... φαίνεται.* In quibusdam, αὐτοῖς... καταφαίνεται.

(83) *Φασίν.* Tres Reg., φησίν. Memoria lapsus est hic Gregorius. Non enim Pharisæorum sunt hæc verba, sed Christi discipulorum.

(84) *Τοῖς θαλάμοις.* Reg. bm, τοὺς θαλάμους.

(85) *Τίμιος.* In nonnullis, τίμιον.

(86) *Καὶ ἡ κοίτη.* Sic duo Regg., Coisl. 2 et Comb. In ed., καὶ οἱ κοίτῃ.

(87) *Ὁ γάμος ᾖ, ἡ γάμος.* Sic Coisl. 1. Deest ᾖ in ed.

(88) *Ἂν.* Deest in Reg. bm.

(89) *Μὴ δή.* Deest δή in Reg. bm.

(90) *Καὶ μητέρα.* Combefisius legit, κἂν μὴ μητέρα, « tametsi mater non sit. » Sic legendum censet vir doctus, ob hæc verba proxime sequentia: Μήτηρ μὲν οὐκ ἔστι, « non quidem mater est; » quod scilicet Virgo Maria, de qua non hic sermo est, sola ab hac regula excepta sit.

(91) *Κρύπτεται.* Combefisius legit, θρύπτεται: « Conspicuus oculis decor, nihil fractum, nihil molle et effeminatum præfert. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

oculorum aciem fugit, a Deo perspicitur. *Omnis gloria filiæ Regis ab intus, in fimbriis aureis circumdata* [84], sive actionibus, sive etiam contemplationibus. Quæ sub jugo est, aliqua ex parte Christi sit: quæ virginitatem amplexa est, tota Christi sit. Illa mundo non prorsus alligetur: hæc nullo modo animum mundo addicat. Quod enim conjugatæ est pars, id virgini totum est. Angelorum vitam elegisti? In eorum ordinem te aggregasti, qui jugum nesciunt? Ne in carnem prolabaris, ne in materiam dejiciaris, ne cum materia matrimonio jungaris, etiamsi alioqui in cælibatu perstes. Oculus lascivus et impudicus virginitatem minime servat: lingua impudica diabolo miscetur: pedes vacillantes, aut morbum, aut imminentis morbi periculum produnt. Virginitatem animus quoque ipse colat: ne vagetur, ne oberret, ne meretriciarum rerum formas in seipso ferat (nam libidinis quoque pars, impressa in animo forma est), ne odio insectanda rerum simulacra in anima effingat.

A θεωρήμασιν. Καὶ ἡ ὑπὸ ζυγὸν ἔστω τι (92) Χριστοῦ· καὶ ἡ παρθένος ὅλη Χριστοῦ. Ἡ μὲν μὴ παντελῶς ἐνδεσμείσθω τῷ κόσμῳ (93)· ἡ δὲ μηδ' ὅλως γινέσθω τοῦ κόσμου. Ὁ γάρ ἐστι τῇ ὑπὸ ζυγὸν τὸ μέρος, τοῦτο παντελὲς τῇ παρθένῳ. Ἀγγέλων ἐπανῄρησαι (94) πολιτείαν; μετὰ τῶν ἀζύγων ἐτάχθης; μὴ κατενεχθῇς εἰς σάρκα, μὴ κατενεχθῇς (95) εἰς ὕλην (96), μὴ τῇ ὕλῃ γαμηθῇς, κἂν ἄλλως ἄγαμος μένῃς. Ὀφθαλμὸς πορνεύων οὐ φυλάσσει τὴν παρθενίαν, γλῶττα πορνεύουσα τῷ πονηρῷ μίγνυται. Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον (97). Παρθενευέτω (98) καὶ ἡ διάνοια· μὴ ῥεμβέσθω, μὴ (99) πλανάσθω, μὴ τύπους ἐν αὐτῇ (1) φερέτω πονηρῶν πραγμάτων· καὶ ὁ τύπος μέρος πορνείας ἐστί· μὴ εἰδωλοποιείτω τῇ ψυχῇ τὰ μισούμενα.

653 XI. At ille dixit eis: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Videtis rei hujus sublimitatem? Propemodum etiam talis reperitur, ut ne concipi quidem et comprehendi queat. Annon enim præstantius est, quam pro carnis fragilitate, id, quod ex carne creatum sit, in carnem non gignere? Annon plane angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non secundum carnem vivere, sed natura ipsa excelsiorem esse? Caro mundo devinxit, sed ratio ad Deum subvexit. Caro depressit, sed ratio extulit, eique velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit, sed amor solvit. Tota anima, o virgo, ad Deum intensa esto (hoc autem ipsum et viris et mulieribus præscribo), nec quidquam tibi ex omnibus aliis rebus pulchrum videatur, quæ vulgo videri solent: non generis splendor, non opes, non alta subsellia, non principatus et potentia, non pulchritudo ea, quæ in coloris elegantia et apta membrorum compositione animo fingitur, temporis utique et morbi ludibrium. Si vim totam amoris in Deum effudisti, si tu non duplicis rei amore flagras, fluxæ nimirum, et immotæ, visibilis, et oculorum obtutum fugientis, profecto usque adeo electa ima sagitta sauciata es, sponsique pulchritudinem cognovisti, ut illud quoque sponsalis dramatis et cantici dicere queas: *Dulcedo es, et totus desiderabilis* [85].

B ΙΑ'. Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· *Οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Ὁρᾶτε τοῦ πράγματος τὸ ὑψηλόν; Μικροῦ καὶ ἀχώρητον εὑρίσκεται. Πῶς γὰρ οὐ κρεῖττον σαρκὸς, τὸ ἐκ σαρκὸς γενόμενον μὴ γεννᾷν εἰς σάρκα; Πῶς γὰρ οὐκ ἀγγελικὸν τὸ σαρκὶ συνδεδεμένην μὴ κατὰ σάρκα ζῇν, ἀλλ' εἶναι τῆς φύσεως ὑψηλοτέραν; Ἡ σὰρξ τῷ κόσμῳ προσέδησεν, ἀλλ' ὁ λογισμὸς πρὸς Θεὸν ἀνήγαγεν· ἡ σὰρξ ἐβάρησεν, ἀλλ' (2) ὁ λογισμὸς ἐπτέρωσεν· ἡ σὰρξ ἔδησεν, ἀλλ' ὁ πόθος ἔλυσεν. Ὅλη τέτασο πρὸς Θεὸν, ὦ παρθένε, τῇ ψυχῇ· τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ ἀνδράσι νομοθετῶ καὶ γυναιξί· καὶ οὐ μή (3) τί σοι φανῇ τῶν ἄλλων καλὸν (4), ὅσα τοῖς πολλοῖς· οὐ γένος, οὐ πλοῦτος, οὐ θρόνος, οὐ δυναστεία, οὐ τὸ ἐν εὐχροίᾳ καὶ συνθέσει μελῶν φανταζόμενον κάλλος, χρόνου καὶ νόσου παίγνιον. Εἰ ὅλην ἐκένωτας πρὸς Θεὸν τοῦ φίλτρου τὴν δύναμιν, εἰ μὴ δύο σοι εἴη τὰ ποθούμενα, καὶ τὸ ῥέον, καὶ τὸ ἀόρατον· ἆρα τοσοῦτον ἐτρώθης τῷ ἐκλεκτῷ βέλει, καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος κατέμαθες, ὥστε καὶ δύνασθαι λέγειν ἐκ τοῦ νυμφικοῦ δράματός τε καὶ ᾄσματος, ὅτι *Γλυκασμός εἶ, καὶ ὅλος* (5) *ἐπιθυμία.*

XII. Videtisne aquarum profluvia, plumbeis canalibus inclusa, quæ, propterea quod nimium comprimuntur, atque ad unum feruntur, adeo ple-

IB'. Ὁρᾶτε τὰ ἐμπεριλαμβανόμενα τοῖς μολιβδίνοις ὀχετοῖς ῥεύματα, ὅτι τῷ λίαν στενοχωρεῖσθαι, καὶ πρὸς ἓν φέρεσθαι, τοσοῦτον ἐκβαίνει τὴν ὕδατος

[84] Psal. XLIV, 14. [85] Cant. V, 16.

(92) *Tl.* Deest in Or. 1.

(93) *Τῷ κόσμῳ.* Sic Reg. bm, Or. 1 et Comb. Deest τῷ in ed.

(94) *Ἐπανῄρησαι.* Sic Reg. bm, Bas. et Comb. In ed., ἤρησαι.

(95) *Κατενεχθῇς.* Duo Coisl., καταπέσῃς.

(96) *Εἰς ὕλην.* « In materiam, » id est, « in carnales affectus, et quidquid virginem a Christo retrahit. »

(97) *Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον.* « Pedes inhoneste ambulantes, morbum, aut periculum indicant. » Sic Coisl. 1, aliique melioris notæ codices. In nonnullis: Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κίνδυνον τῷ νῷ· « Mollis et fractus incessus morbum, aut periculi opinionem menti injicit. » In ed., Πόδες ἄτακτα βαίνοντες ἐγκαλοῦνται νόσον, ἢ κινοῦνται νόσῳ. Quod Billius sic reddit: « Pedes temere gradientes morbum accusant, aut morbo moventur. »

(98) *Παρθενευέτω*, etc. Coisl. 1, Colb. 1 et Comb. Τῷ νῷ παρθενευέτω, καὶ μὴ διανοίᾳ ῥεμβέσθω· « Mente sit virgo, nec cogitatione vagetur. »

(99) *Μή.* In nonnullis, μηδέ. In quibusdam, καί.

(1) *Αὐτῇ.* Duo Regg., ἑαυτῇ.

(2) *Ἀλλ'.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

(3) *Καὶ οὐ μή.* In nonnullis, καὶ μή.

(4) *Καλόν.* Reg. bm, καλῶν.

(5) *Ὅλος.* Duo Regg., ὅλον.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

πλλάκις φύσιν, ὥστε καὶ πρὸς τὸ ἄνω χωρεῖν ἀεὶ τὸ κατόπιν ὠθούμενον (6). Οὕτως ἐὰν σφίγξῃς τὸν πόθον, καὶ ὅλη Θεῷ συναφθῇς (7), ἄνω χωρίσῃς (8), οὐ μὴ κάτω πέσῃς, οὐ μὴ διαχυθῇς, ὅλη Χριστοῦ μενεῖς, μέχρις ἂν καὶ Χριστὸν ἴδῃς τὸν σὸν νυμφίον. Ἀπρόσιτον ἑαυτὴν φύλαττε, καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, καὶ βίῳ, καὶ διανοήματι, καὶ κινήματι. Πανταχόθεν ὁ Πονηρὸς περιεργάζεταί σε, πάντα κατασκοπεῖ, ποῦ βάλῃ, ποῦ τρώσει, μή τι παραγυμνούμενον εὕρῃ καὶ πρὸς πληγὴν ἕτοιμον. Ὅσῳ καθαρωτέραν ὁρᾷ, τοσούτῳ μᾶλλον σπιλῶσαι φιλονεικεῖ· καὶ γὰρ ἐσθῆτος λαμπρᾶς οἱ σπίλοι περιφανέστεροι. Μὴ ὀφθαλμὸς ὀφθαλμὸν ἑλκέτω, μὴ γέλως γέλωτα, μὴ συνήθεια νύκτα (9), μὴ νὺξ ἀπώλειαν. Τὸ γὰρ κατὰ μέρος ὑφελκόμενον καὶ κλεπτόμενον, ἀνεπαίσθητον μὲν τὴν πρὸς τὸ παρὸν ἔχει βλάβην, εἰς τὸ κεφάλαιον δὲ τῆς κακίας ἁπαντᾷ.

rumque aquæ naturam excedunt, ut, quod retro impellitur, sursum semper tendat? Consimili modo si amorem strinxeris, totaque Deo conjuncta fueris, sursum tendes, nunquam humi prolaberis, nec difflues, tota Christi manebis, quousque Christum quoque sponsum tuum videas. Inaccessibilem teipsam custodi, et verbo, et opere, et vita, et cogitatione, et motu atque impulsione. Undequaque pravus ille te perscrutatur, atque explorat, ubi feriat, ubi vulneret, num nudum quid et apertum plagæque obvium reperiat. Quo puriorem cernit, eo enixius te commaculare atque inquinare contendit: splendidæ etiam vestis manifestiores sunt sordes. Ne oculus oculum trahat, ne risus risum, ne familiaritas noctem, ne nox interitum et exitium. Nam quod paulatim attrahitur, ac tanquam subripitur, tametsi eam rationem **654** habeat, ut damnum in præsenti minime sentiatur, tamen in vitii summam occurrit.

ΙΓ. *Οὐ πάντες*, φησὶ, *χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Τὸ, *δέδοται*, ὅταν ἀκούσῃς, μηδὲν αἱρετικὸν πάθῃς, μὴ τὰς φύσεις εἰσαγάγῃς, μὴ τοὺς χοϊκοὺς (10), καὶ τοὺς πνευματικοὺς (11), καὶ τοὺς μέσους. Εἰσὶ γὰρ οὕτω τινὲς διακείμενοι κακῶς, ὥστε οἴεσθαι, τοὺς μὲν πάντη ἀπολλυμένης (12) εἶναι φύσεως, τοὺς δὲ σωζομένης, τοὺς δὲ οὕτως ἔχειν, ὅπως ἂν ἡ προαίρεσις ἄγῃ πρὸς τὸ χεῖρον, ἢ βέλτιον. Ἐπιτηδειότητα μὲν γὰρ ἄλλον ἄλλου μᾶλλον, ἢ ἧττον ἔχειν, κἀγὼ δέχομαι· οὐκ ἀρκεῖν δὲ μόνην (13) τὴν ἐπιτηδειότητα πρὸς τελείωσιν· λογισμὸν δὲ εἶναι τὸν ταύτην ἐκκαλούμενον, ἵνα ἡ φύσις εἰς ἔργον προέλθῃ, καθάπερ λίθος πυρίτης σιδήρῳ κρουσθεὶς, καὶ οὕτω πῦρ γένηται (14). Ὅταν ἀκούσῃς, *Οἷς δέδοται*, πρόσθες, δέδοται μὲν τοῖς καλουμένοις (15) καὶ τοῖς οὕτω νεύουσι. Καὶ γὰρ ὅταν ἀκούσῃς, *οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ*, συμβουλεύω σοι ταυτὸν ὑπολαβεῖν. Ἐπειδὴ γάρ εἰσί τινες οἱ τοσοῦτον μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς (16) κατορθώμασιν, ὥστε τὸ πᾶν ἑαυτοῖς διδόναι, καὶ μηδὲν τῷ ποιήσαντι, καὶ σοφίσαντι, καὶ χορηγῷ τῶν καλῶν, διδάσκει τούτους ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ βούλεσθαι καλῶς, δεῖται τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας· μᾶλλον δὲ, αὐτὸ (17) τὸ προαιρεῖσθαι τὰ δέοντα, θεῖόν τι καὶ ἐκ Θεοῦ δῶρον φιλανθρωπίας· δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι (18). Διὰ τοῦτό φησιν· *Οὐ τοῦ θέλοντος*· τοῦτ'

XIII. *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum istud, sed quibus datum est.* Cum audis hoc, *datum est*, nec hæretico ullo affectu tenearis, nec multiplices naturas introducas, nec terrenos, et spirituales, et medios. Sunt enim quidam ita male affecti, ut alios omnino perditæ esse naturæ putent, alios salutem accepturæ, alios denique, ut eos vel ad virtutem vel ad vitium voluntas duxerit, ita se habere. At vero, aptitudinem quidem alios aliis, vel majorem, vel minorem habere, ipse quoque concedo: cæterum ad adipiscendam perfectionem, aptitudinem solam minime sufficere contendo; rationem enim esse, quæ eam excitet, ut natura in opus prodeat, quemadmodum silex ferro pulsatus, atque ita ignis excutitur. Cum audieris, *quibus datum est*, adde: Vocatis datum est, atque iis, qui ea animi propensione sunt. Etenim cum illud audis: *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*[56]; idem tibi existimandum censeo. Quoniam enim nonnulli sunt, qui ob recte facta ita animis efferuntur, ut id totum sibi ipsis ascribant, nec quidquam Creatori, et sapientiæ eorum auctori, ac bonorum omnium suppeditatori acceptum ferant, his verbis eos docet Paulus, quod ipsum etiam recte velle, divino auxilio indigeat; imo, ut rectius loquar, voluntas quoque ipsa et electio eorum, quæ recta et cum officio conjuncta sunt, divinum quoddam beneficium est, atque a Dei

[56] Rom. IX, 16.

(6) *Τὸ κατόπιν ὠθούμενον.* Reg. bm, Coisl. 1 et Comb., τῷ κατόπιν ὠθούμενα.

(7) *Συναφθῇς.* Savil., συναφθεῖσα.

(8) *Χωρίσῃς.* Duo Regg., Or. 1 et Comb., χωρήσεις.

(9) *Νύκτα.* Or. 1, νύκτας.

(10) *Τοὺς χοϊκούς*, etc. Hic Valentinianos intelligit, de quibus vide Irenæum, lib. I *Adversus hæreses*, cap. 1.

(11) *Καὶ τοὺς πνευματικούς.* Sic Or. 1. Deest τούς in ed.

(12) *Πάντη ἀπολλυμένης.* Colb. 1, πάντως ἀπολλυμένης.

(13) *Μόνην.* Duo Regg. et Or. 1, μᾶλλον.

(14) *Καὶ οὕτω πῦρ γένηται.* Sic legendum censemus, quamvis hic deficiat codicum auctoritas. Editi habent: καὶ οὕτω σίδηρος γένηται, « atque ita ferrum fiat, » ut vertit Bill. Quæ lectio nec rationi, nec experientiæ consentanea est. Quis enim dixerit, lapidem, vel silicem ferro pulsatum, ferrum fieri?

(15) *Καλουμένοις.* « Vocatis. » Duo Regg., duo Coisl., tres Colb. et Or. 1 habent, βουλομένοις, « volentibus. » Sic etiam legit Billius.

(16) *Μεγαλοφρονοῦντες ἐπὶ τοῖς.* Tres Colb., μεγαφρονοῦντες τοῖς.

(17) *Αὐτό.* Reg. bm, καὶ αὐτό.

(18) *Δεῖ γὰρ, καὶ τὸ ἐφ' ἡμῖν εἶναι, καὶ τὸ ἐκ Θεοῦ σώζεσθαι.* Hæc a Billio aut typographo omissa.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

benignitate manans. Quod enim salvamur, id et a nobis, et a Deo esse oportet. Idcirco ait : *Non volentis*, id est, non solum volentis, nec *currentis* solum, *sed etiam miserentis Dei*. Ita, quoniam velle quoque ipsum a Deo est, optimo jure totum Deo assignavit. Quantumlibet curras, quantumlibet certes, opus habes eo, qui det coronam. *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant, qui custodiunt eam* [57]. Scio, inquit, quod *nec velocium cursus est, nec fortium bellum, nec pugnantium victoria* [58], nec prospere navigantium portus : sed Dei est, **655** victoriam afferre, et incolumem scapham in portum perducere.

A ἔστιν, οὐ μόνον τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Εἶτα, ἐπειδὴ καὶ τὸ βούλεσθαι παρὰ Θεοῦ, τὸ πᾶν εἰκότως ἀνέθηκε τῷ Θεῷ. Ὅσον ἂν δράμῃς, ὅσον ἂν ἀγωνίσῃ, χρῄζῃς (19) τοῦ διδόντος τὸν στέφανον. *Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. Ἐὰν μὴ Κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν.* Οἶδα, φησὶν, ὅτι οὐ τοῖς κούφοις ὁ δρόμος, οὐδὲ τοῖς δυνατοῖς ὁ πόλεμος, οὐδὲ (20) τῶν μαχομένων ἡ νίκη, οὔτε τῶν εὐπλούντων οἱ λιμένες· ἀλλὰ (21) Θεοῦ, καὶ νίκην ἀπεργάσασθαι, καὶ εἰς λιμένας ἀποσῶσαι τὸ σκάφος.

XIV. Jam illud quoque, quod alio loco dicitur, atque intelligitur, mihique in mentem venit, superioribus adjungere fortasse necessarium fuerit, ut meas opes vobis etiam largiar. Postulavit mater filiorum Zebedæi, materno quodam affectu impulsa, atque eorum, quæ petebat, modum ignorans, digna tamen, cui, propter immodicam vim amoris ac benevolentiam filiis debitam, ignosceretur [59]. Neque enim quidquam est materno affectu mollius : idque eo commemoro, ut matrum honori quasi lata lege consulam. Postulavit ergo a Jesu mater illorum, ut alterum ad dexteram, alterum ad sinistram collocaret. Quid ad hæc Salvator? Primum quærit, an calicem bibere queant, quem ipse bibiturus erat. Ut autem id quoque professi sunt atque affirmarunt, ac Salvator ipse assensus est (futurum enim norat, ut illi quoque eumdem calicem haurirent, ac martyrio perfungerentur); quid subjunxit? *Calicem quidem bibent : collocare autem eos ad dextram et sinistram, non est meum hoc dare, sed quibus datum est* [60]. Nihil igitur mens dux et gubernatrix? nihil labor? nihil ratio? nihil philosophia? nihil jejunasse? nihil noctes insomnes duxisse? nihil humum pro strato habuisse? fontes lacrymarum profudisse? Nihil quidquam horum profuerit, sed forte quadam ac lege fatali, et Jeremias sanctificatur [61], et alii ab ipsa vulva rejiciuntur?

ΙΔ'. Καὶ τοῦτο ἀλλαχοῦ λεγόμενον, καὶ νοούμενον, B καὶ ἴσως ἀναγκαῖον προσθεῖναι καὶ τὸ ἐπελθὸν τοῖς εἰρημένοις, ἵνα τὸν ἐμὸν πλοῦτον καὶ ὑμῖν χαρίσωμαι. Ἤτησεν ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου φιλότεκόν τι παθοῦσα (22), καὶ τὸ μέτρον ἀγνοοῦσα τῶν αἰτουμένων, πλὴν συγγνωστὴ δι' ὑπερβολὴν φίλτρου, καὶ ὀφειλομένην εὔνοιαν τέκνοις. Οὐδὲν γὰρ μητρὸς εὐσπλαγχνότερον· καὶ τοῦτο λέγω, ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω (23) τὰς μητέρας. Ἤτησεν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἡ μήτηρ ἐκείνων, ἵνα ἐκ δεξιῶν καθίσαι, καὶ ἵνα ἐξ ἀριστερῶν. Ἀλλὰ τί ὁ Σωτήρ; Ἐρωτᾷ τὸ πρῶτον, εἰ τὸ ποτήριον δύνανται πιεῖν, ὃ αὐτὸς πίνειν ἤμελλεν. Ὡς δὲ καὶ τοῦτο ὡμολογήθη, καὶ ὁ Σωτὴρ ἐδέξατο (ᾔδει γὰρ [24] κἀκείνους τῷ αὐτῷ τελειουμένους, μᾶλλον δὲ, τελεωθήσεσθαι [25] μέλλοντας), τί φησι; *Τὸ μὲν ποτήριον πίονται, τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν* C *μου* (26) *καὶ ἐξ ἀριστερῶν, οὐκ ἔστιν ἐμὸν*, φησὶ, *τοῦτο δοῦναι, ἀλλ' οἷς δέδοται.* Οὐδὲν οὖν ὁ ἡγεμὼν νοῦς; οὐδὲν ὁ πόνος; οὐδὲν ὁ λόγος; οὐδὲν ἡ φιλοσοφία; οὐδὲν τὸ νηστεῦσαι; οὐδὲν τὸ ἀγρυπνῆσαι; τὸ χαμευνῆσαι; τὸ πηγὰς στάξαι δακρύων; Τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ κατά τινα ἀποκλήρωσιν, καὶ Ἱερεμίας ἁγιάζεται, καὶ ἄλλοι ἐκ μήτρας ἀλλοτριοῦνται;

XV. Vereor, ne absurda etiam ac præpostera cogitatio cuiquam obrepat, tanquam anima alibi usquam versata sit, ac deinde corpori huic astricta fuerit; atque, prout illic se gesserit, alii prophetiam accipiant, alii, qui improbe vixerunt, condemnentur. Sed quoniam hoc existimare nimis stultum et absurdum est, atque ab ecclesiastica fide et doctrina alienum (alii enim de hujusmodi dogmatibus, si velint, ludant; nobis autem hujusmodi ludis animos oblectare minime tutum est); illic quoque his ver-

ΙΕ'. Φοβοῦμαι μὴ καὶ ἄτοπός τις εἰσέλθῃ λογισμὸς, ὡς τῆς ψυχῆς (27) ἀλλαχοῦ πολιτευσαμένης, εἶτα τῷ σώματι τούτῳ ἐνδεθείσης· καὶ ἐκ τῆς ἐκεῖθεν (28) πολιτείας, τῶν μὲν λαβόντων τὴν προφητείαν, τῶν δὲ κατακρινομένων, ὅσοι κακῶς βεβιώκασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ὑπολαβεῖν λίαν ἄτοπον, καὶ οὐκ ἐκκλησιαστικὸν (ἄλλοι μὲν γὰρ περὶ τῶν τοιούτων [29] δογμάτων παιζέτωσαν, ἡμῖν δὲ τὰ τοιαῦτα παίζειν οὐκ ἀσφαλὲς), κἀκεῖ τῷ, *Καὶ οἷς δέδοται*, πρόσθες τὸ, τοῖς οὖσιν ἀξίοις· οἱ τὸ εἶναι τοιοῦτοι, οὐ μόνον παρὰ

[57] Psal. cxxvi, 1. [58] Eccle. ix, 11. [59] Matth. xx, 20. [60] ibid. 23. [61] Jerem. i, 5

(19) *Χρῄζῃς*. Or. 1, χρῄζεις.
(20) *Οὐδέ*. Reg. bm, οὔτε.
(21) *Ἀλλά*. Or. 1, καί.
(22) *Τι παθοῦσα*. Comb., τι πάθος παθουσα.
(23) *Ἵνα τιμᾶσθαι νομοθετήσω*. Coisl. 1, Colb. 1, Comb., ἵνα τιμᾶσθαι διδάξω, καὶ νομοθετήσω, « ut matres colere doceam, et quasi lege statuam. »
(24) *Ἤδει γάρ*, etc. « Noverat enim illos consummari, imo vero fore ut consummarentur. »
(25) *Τελεωθήσεσθαι*. Or. 1, τελειωθήσεσθαι.
(26) *Μου*. Deest in nonnullis.
(27) *Ὡς τῆς ψυχῆς*, etc. Pythagoricum dogma de animabus hic carpit Gregorius.
(28) *Ἐκεῖθεν*. Tres Colbert. et Or. 1, ἐκεῖσε.
(29) *Τοιούτων*. Deest in Reg. b, Or. 1 et Combef.

Digitized by Google Распознавание текста АВК/FR

τοῦ Πατρὸς εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτοῖς δεδώκασιν (30). A

ΙϚ'. *Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι, οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς εὐνουχίσθησαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Σφόδρα ἐβουλόμην ἀνδρικόν τι περὶ τῶν εὐνούχων (31) ἔχειν εἰπεῖν. Μὴ μέγα (32) φρονεῖτε, οἱ ἐκ φύσεως εὐνοῦχοι. Τὸ γὰρ τῆς σωφροσύνης, ἴσως ἀκούσιον. Οὐ γὰρ ἦλθεν εἰς βάσανον, οὐδὲ τὸ σωφρονεῖν ἐδοκιμάσθη διὰ τῆς πείρας. Τὸ μὲν γὰρ ἐκ φύσεως ἀγαθὸν, ἀδόκιμον· τὸ δ' ἐκ προαιρέσεως, ἐπαινετόν. Τίς πυρὶ χάρις τοῦ καίειν; τὸ γὰρ καίειν ἐκ φύσεως ἔχει. Τίς ὕδατι (33) τοῦ κάτω φέρεσθαι; τοῦτο γὰρ ἔχει παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος. Τίς χιόνι τῆς ψυχρότητος χάρις; ἢ τῷ ἡλίῳ τοῦ φαίνειν; Φαίνει γὰρ κἂν μὴ βούληται. Χαρίζου μοι τὸ βούλεσθαι τὰ βελτίονα. Χαρίζῃ δὲ, ἐὰν σὰρξ γενόμενος, πνευματικὸς γένῃ· ἐὰν τῇ μολίβδι (34) τῆς σαρκὸς ἑλκόμενος, πτερωθῇς ὑπὸ τοῦ λόγου· ἐὰν οὐράνιος εὑρεθῇς, ταπεινὸς γεγονώς· ἐὰν σαρκὶ συνδεθεὶς, ὑπὲρ σάρκα φανῇς (35). B

XVI. *Sunt enim eunuchi, qui ex utero matris castrati sunt*, etc. Vehementer cuperem **656** virile aliquid de eunuchis proloqui posse. Ne admodum magnifice de vobis sentiatis, qui a natura eunuchi estis. Fortasse enim pudicitia hæc minime voluntaria est. Non enim explorata est, nec castimonia periculo facto comprobata. Bonum enim quod a natura proficiscitur, laudem non meretur : quod autem a libera voluntate animique instituto fluit, id laude dignum existimandum est. Quæ igni gratia est, quod urit? Urere enim a natura habet. Quæ aquæ, quod deorsum fertur? Hoc enim a summo rerum omnium opifice habet. Quæ nivi gratia habenda est, quod frigida sit? aut soli, quod luceat? Lucebit enim etiam invitus. Hoc mihi largire, ut, quæ recta sunt, velis. Largieris autem, si caro factus, spiritualis efficiaris; si a plumbea carnis mole tractus atque depressus, a ratione in altum subleveris; si humilis creatus, cœlestis inveniaris; si carni quasi vinculis quibusdam astrictus, superior carne appareas.

ΙΖ'. Ἐπειδὴ οὖν τὸ σωματικὰ φρονεῖν (36) οὐκ ἐπαινετὸν, ἄλλο τι αἰτῶ τοὺς εὐνούχους. Μὴ πορνεύσητε περὶ θεότητα. Χριστῷ συζευχθέντες, Χριστὸν μὴ ἀτιμάσητε. Ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τελειούμενοι, μὴ ὁμότιμον ἑαυτοῖς τὸ Πνεῦμα ποιήσητε. *Εἰ ἔτι ἀνθρώποις ἤρεσκον*, ὁ Παῦλός φησι, *Χριστοῦ δοῦλος οὐκ ἂν ἦμην*. Εἰ κτίσματι ἐλάτρευον, οὐκ ἂν Χριστιανὸς ὠνομαζόμην. Εἰς τί (37) γὰρ ὁ Χριστιανὸς τίμιον; Οὐχ ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός; Εἰ μὴ τοῦτο ὡς ἄνθρωπος πάθω (38), φιλίᾳ πρὸς αὐτὸν συγκεκραμένος. Καίτοι καὶ Πέτρον τιμῶ, ἀλλ' οὐκ ἀκούω Πετριανός· καὶ Παῦλον, Παυλιανὸς δὲ οὐκ ἤκουσα. Οὐ δέχομαι παρὰ ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι, παρὰ Θεοῦ γεγονώς. Οὕτως εἰ μὲν, ὅτι Θεὸν ὑπεδέξω, διὰ τοῦτο καλῇ Χριστιανὸς, καὶ καλοῖο, καὶ μένοις ἐν τῷ ὀνόματι, ἢ τῷ (39) πράγματι. Εἰ δὲ, ὅτι στέργεις Χριστὸν, διὰ τοῦτο ἐξ αὐτοῦ καλῇ, οὐδὲν πλέον νέμεις αὐτῷ (40) τῶν ἄλλων κλήσεων, αἳ ἀπό τινος ἐπιτηδεύματος ἢ πράγματος τίθενται. C

XVII. Quoniam igitur corporea sapere, carnalibusque affectibus duci, haudquaquam laudabile est, aliud quiddam ab eunuchis postulo. Ne circa divinitatem scortemini. Qui Christo conjuncti estis, Christum ne contemnatis. Qui a Spiritu perfectionem accipitis, ne parem vobis Spiritum faciatis. *Si adhuc hominibus placerem*, inquit Paulus [42], *Christi servus non essem*. Si creaturam colerem, Christianus utique non appellarer. Cur enim Christiani nomen venerabile est? Annon quia Christus Deus? Nisi fortasse hoc humano more facio, amicitia nimirum cum eo conglutinatus. At et Petrum honore prosequor, nec tamen Petrianus vocor : et Paulum, nec tamen Paulianus nominatus sum. Non fero me ab hominibus nomen ducere, qui a Deo sum creatus. Proinde si, quia Deum ipsum existimas, ideo Christianus vocaris : voceris sane, et maneas in nomine, atque adeo in re. Sin autem non aliam ob causam a Christo nomen ducis, quam quod eum amore complecteris, nihil amplius ipsi tribuis, quam aliis nominibus, quæ a studio quodam et instituto, aut re aliqua constituuntur.

ΙΗ'. Ὁρᾶτε τοὺς περὶ τὰς ἱπποδρομίας ἐσπουδακότας τούτους. Οἳ ἀπὸ τῶν χρωμάτων (41) ὀνομά- D

XVIII. Videtis hos, qui in cursibus equestribus studium atque operam posuerunt. **657** Illi a colo-

[42] Gal. I, 10.

(30) *Ἑαυτοῖς δεδώκασιν.* « Sibi ipsis dederunt, » nempe, gratiæ excitanti ac moventi libere consentiendo. Reg. bm habet, ἑαυτοὺς δεδώκασιν, « se ipsos dederunt. »

(31) *Περὶ τῶν εὐνούχων.* « De eunuchis. » Gregorius passim eunuchos insectatur, utpote qui maxima ex parte, Ariana, vel Macedoniana peste contaminarentur.

(32) *Μέγα.* Reg. bm. et Or. 1 addunt, τι.

(33) *Ὕδατι.* Colb. 1 addit, χάρις.

(34) *Μολίβδι.* Forte, μολιβδίτιδι. Edit.

(35) *Φανῇς.* Reg. bm, φανεὶς.

(36) *Τὸ σωματικὰ φρονεῖν.* Coisl. 1, τὸ σωφρονεῖν. Quam lectionem optimam censet Combefisius. « Quandoquidem igitur laudem non meretur pudicitia, quæ sit a natura, non a libera voluntate. » Pudicitia enim in eunuchis, non virtutis, sed necessitatis est. Hos ad aliam pudicitiam hortatur Gregorius, ad fidei scilicet integritatem, qua laudem mereantur. Lectio vulgata et Billii interpretatio, nec commodum efficiunt sensum, nec cum Gregorii proposito conveniunt. Crediderim scripsisse, σώματι σωφρονεῖν.

(37) *Εἰς τί.* Coisl. 1, διὰ τί.

(38) *Ὡς ἄνθρωπος πάθω.* Coisl. 1, Or. 1, Gabr., ὡς ἄνθρωπον ἀγαπῶν. Combefisius censet ex utraque lectione, sic sarciendam esse litteram : ὡς ἄνθρωπος πάθω, ἄνθρωπον ἀγαπῶν. « Humano more afficior hominem diligens, » id est, « homo sum, hominem amo. »

(39) *Ἢ τῷ.* Como., καὶ τῷ.

(40) *Νέμεις αὐτῷ.* Coisl. 1, νέμεις σαυτῷ, « tibi tribuis. »

(41) *Οἳ ἀπὸ τῶν χρωμάτων.* In circo quadrigarii

Digitized by Google Распознавание текста АВК/АТР

ribus nominantur, atque ab iis partibus, cum quibus steterunt. Vos nomina ipsa tenetis, etiamsi non dixero. Si ad eumdem modum Christianus vocaris, parvum admodum ac leve hoc cognomentum est, eo licet glorieris, tibique placeas. Sin autem, quia Deum credis, rebus ipsis quod credas, ostende. Si Filius creatura est, nunc quoque creaturam colis præter Creatorem. Si Spiritus sanctus creatura est, incassum baptizatus es, ac duabus quidem partibus sanus es, imo ne illis quidem : una autem omnino periclitaris. Finge Trinitatem esse margaritam quamdam, undique sibi similem, atque æque fulgentem. Quæcunque margaritæ pars fuerit oblæsa, tota lapidis gratia exstincta fuerit. Eodem modo cum Filium contemnis, ut Patrem honore allicias, tuum honorem non recipit. Ad contemptum Filii, Pater haudquaquam glorificatur. Si filius sapiens lætificat patrem [65], quanto magis Filii honor, Patris quoque honor fuerit ? Quod si hoc etiam probas : *Fili, ne glorieris de ignominia patris* [66] : eodem modo nec Pater ob ignominiam Filii glorificatur. Si Spiritum sanctum aspernaris, honorem tuum Filius repudiat. Tametsi enim non eodem, quo Filius, modo ex Patre est, tamen ex eodem Patre est. Aut totum honore affice, aut totum contemne, ut saltem tibi ipsi constes. Dimidiatam istam pietatem improbo. Totum quidem te pium esse volo, sed quemadmodum volo. Ignosce affectui. Eorum quoque vicem doleo, qui me oderunt. Membrum meum eras, etsi nunc abscinderis : membrum quoque fortasse fies : atque ob hanc causam humane ac benigne loquor. Hæc eunuchorum causa nobis dicta sint, ut circa divinitatem pudice et caste se gerant.

A ζονται, καὶ τῶν μερίδων, αἷς συνεστήκασιν. Ὑμεῖς δὲ ἴστε τὰ ὀνόματα, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. Εἰ οὕτως ἀκούεις Χριστιανὸς, μικρὰ λίαν ἡ προσηγορία, κἂν ἐπ' αὐτῇ καλλωπίζῃ· εἰ δὲ, ὅτι καὶ Θεὸν ὑπείληφας, δεῖξον τοῖς ἔργοις ὡς ὑπείληφας. Εἰ κτίσμα ὁ Υἱὸς (42), ἔτι καὶ νῦν λατρεύεις τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίστην (43). Εἰ κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μάτην ἐβαπτίσθης, καὶ τοῖς μὲν δυσὶ (44) μέρεσιν ὑγιαίνεις, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐκείνοις· τῷ δὲ ἑνὶ, παντελῶς κινδυνεύεις. Ὑπόθου μαργαρίτην ἕνα εἶναι τὴν Τριάδα, πανταχόθεν ὅμοιον, καὶ ἴσον στίλβοντα. Ὅ τι ἂν πάθῃ (45) τοῦ μαργαρίτου, ἡ πᾶσα τοῦ λίθου χάρις ἠφάνισται. Οὕτως ὅταν ἀτιμάζῃς Υἱὸν, ἵνα τιμήσῃς Πατέρα, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμήν. Ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ οὐ δοξάζεται. Εἰ σοφὸς υἱὸς εὐφραίνει πατέρα, πόσῳ B μᾶλλον ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, τιμὴ τοῦ Πατρὸς (46) γένηται; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ (47) *Τὸ τέκνον, μὴ δοξάζου ἐπ' ἀτιμίᾳ Πατρός*· οὕτως οὐδὲ Πατὴρ ἐπ' ἀτιμίᾳ τοῦ Υἱοῦ δοξάζεται. Εἰ ἀτιμάζεις τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐ δέχεταί σου τὴν τιμὴν ὁ Υἱός. Εἰ γὰρ καὶ μὴ ὡς Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' οὖν ἐκ τοῦ αὐτοῦ Πατρός. Ἢ τὸ πᾶν τίμησον, ἢ τὸ ὅλον ἀτίμασον, ἵνα ἀκόλουθος νοῦς (48) σεαυτῷ τυγχάνῃς. Οὐ δέχομαί σου τὸ ἐξ ἡμισείας (49) εὐσεβές. Ὅλον εὐσεβῆ μὲν εἶναί σε βούλομαι, ἀλλὰ καθὼς βούλομαι. Σύγγνωθι τῷ πάθει. Ἀλγῶ καὶ ὑπὲρ τῶν μισούντων. Μέλος ἦς ἐμὸν, καὶ εἰ νῦν ἀποτέμνῃ· μέλος καὶ γενήσῃ τυχόν· διὰ τοῦτο καὶ φιλάνθρωπα φθέγγομαι. Ταῦτα διὰ τοὺς εὐνούχους, ἵνα περὶ θεότητα σωφρονῶσιν.

XIX. Non enim peccatum illud solum, quod in C corpore admittitur, fornicatio et adulterium dicitur, sed et quodvis aliud flagitium, ac præsertim scelus id, quod in divinum numen perpetratur. Unde id ostendamus, fortasse quæris ? *Fornicati sunt*, inquit, *in adinventionibus suis* [68]. Videsne et impudens fornicationis facinus ? Et alio loco : *Adulterium committebant in ligno* [69]. Videsne et adulterinum quemdam **658** cultum ? Quocirca ne animo adulterium committas, corpore castitatem colens. Alioqui perspicuum facies, te, quoad carnem attinet, invite pudicum esse, quoniam in iis rebus, in quibus scortari tibi licet, pudicitiam non præstas. Quid

ΙΘ'. Οὐ γὰρ ἡ (50) περὶ σῶμα μόνον ἁμαρτία, πορνεία καὶ μοιχεία λέγεται, ἀλλὰ καὶ ὁτιοῦν ἥμαρτες, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸ θεῖον παρανομία. Πόθεν παράσχωμεν (51); τοῦτο τυχὸν ἀπαιτεῖς (52)· *Ἐπόρνευσαν*, φησὶν, *ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν*. Ὁρᾷς καὶ πρᾶξιν πορνείας ἀναίσχυντον (53); Καὶ, *Ἐμοιχῶντο*, φησὶν, *ἐν τῷ ξύλῳ*. Ὁρᾷς καὶ θρησκείαν τινὰ μοιχαλίδα ; Μὴ τοίνυν μοιχεύσῃς κατὰ ψυχὴν, σωφρονῶν τῷ σώματι· μὴ δείξεις (54) τὸ ἀκουσίως τῇ σαρκὶ σωφρονεῖν ἐξ ὧν οὐ σωφρονεῖς, ἐν οἷς πορνεύειν δυνατὸς εἶ. Τί πεποιήκατε τὴν ἀσέβειαν ὑμετέραν ; Τί πάντες ἐπὶ τὸ χεῖρον φέρεσθε, ὡς ταυτὸν εἶναι λοιπὸν, ἢ εὐνοῦχον, ἢ ἀσεβῆ καλεῖ-

[65] Prov. x, 1. [66] Eccli. III, 12. [67] Psal. cv, 39. [68] Jerem. III, 6.

vannos variis coloribus distinctos gestabant, alii albo, alii cæruleo, etc. Plebs vero quæ circumstabat, scissa in contraria studia, alia aliis coloribus favebat, suo quæque colori.

(42) *Ὁ Υἱός*. Sic legendum manifestum est ex sequentibus, non vero, ὁ Θεός, ut mendose in editis legitur.

(43) *Κτίστην*. Duo Colb., κτίσαντα.

(44) *Δυσί*. Reg. bm, duo Colb. et Or. 1 δύο.

(45) *Ὅ τι ἂν πάθῃ*. Sic Comb. In ed., Ὅτι ἄν τι πάθῃ.

(46) *Ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, τιμὴ τοῦ Πατρός*, etc. Sic Coisl. 1 et Or. 1, sed secunda manu. Prave in ed., ἡ τοῦ Υἱοῦ τιμὴ, μὴ τοῦ Πατρός.

(47) *Εἰ δὲ καὶ τοῦτο δέξῃ*. Comb., Εἰ δὲ καὶ D τοῦτο, δέξαι τό· « Quod si hoc etiam, illud probato. »

(48) *Νοῦς*. Hæc vox supervacanea videtur.

(49) *Τὸ ἐξ ἡμισείας*. Sic duo Regg. quorum auctoritate delevimus μή, quod sic in editis legitur : τὸ μὴ ἐξ ἡμισείας.

(50) *Οὐ γὰρ ἡ*. Sic Reg. b, tres Colb. et Or. 1. Deest ἡ in ed.

(51) *Παράσχωμεν*. In nonnullis, παράσχωμαι.

(52) *Ἀπαιτεῖς*. In quibusdam, ἀπαιτήσεις.

(53) *Πορνείας ἀναίσχυντον*. Nonnulli habent, πόρνην ἀναίσχυντον. « Vides actionem impudens esse scortum ? »

(54) *Μὴ δείξεις*. Reg. b, duo Colb. et Or. 1, μὴ σείξῃς [optime], « ne perspicuum facias. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σθαι; Γένεσθε μετὰ τῶν ἀνδρῶν, ὀψὲ γοῦν ἀνδρικόν τι φρονήσατε, φύγετε τὰς γυναικωνίτιδας, μὴ προστεθήτω τῷ αἰσχρῷ τοῦ ὀνόματος τὸ αἰσχρὸν τοῦ κηρύγματος (55). Βούλεσθε μικρὸν ἔτι τῷ λόγῳ προσκαρτερήσωμεν (56); Ἡ κόρον ἔχει τὰ εἰρημένα; Πλὴν τιμηθήτωσαν καὶ οἱ εὐνοῦγοι τοῖς ἐξῆς· ἐπαινετὸς γὰρ ὁ λόγος.

A impietatem vestram effecistis? Quid omnes in vitium præcipites ferimini, ut deinceps idem sit, aut eunuchum, aut impium vocari? Tandem aliquando viris vos adjungite, virilem aliquem affectum habete, gynæcea fugite, ne ad nominis turpitudinem prædicationis turpitudo accedat. Vultis in hac oratione nonnihil adhuc immoremur? An potius sufficiunt, quæ diximus? Verum per hæc, quæ sequuntur, eunuchi quoque honorentur. Laudabilis enim hic sermo est.

Κ'. *Εἰσὶ γὰρ εὐνοῦχοι*, φησὶν, *οἵτινες ἐκ κοιλίας μητρὸς ἐγεννήθησαν οὕτως· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνουχίσθησαν παρὰ τῶν ἀνθρώπων· καὶ εἰσὶν εὐνοῦχοι* (57), *οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.* Δοκεῖ μοι τῶν σωμάτων ἀποστὰς ὁ λόγος, τυποῦν διὰ τῶν σωμάτων (58) τὰ ὑψηλότερα. Τὸ μὲν γὰρ μέχρι τῶν σωματικῶν εὐνούχων στῆσαι τὸν λόγον, τυχὸν μικρόν τε καὶ λίαν ἀσθενὲς καὶ ἀνάξιον λόγου· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἐπινοῆσαί τι τοῦ Πνεύματος ἄξιον. Δοκοῦσι τοίνυν οἱ μὲν ἐκ φύσεως νεύειν πρὸς τὸ ἀγαθόν. Φύσεως δὲ ὅταν εἴπω, οὐκ ἀτιμάζω τὴν προαίρεσιν, ἀλλ' ἀμφότερα τίθημι, τήν τε πρὸς τὸ καλὸν ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν εἰς ἔργον ἄγουσαν τὸ ἐκ φύσεως ἐπιτήδειον. Ἕτεροι δὲ εἰσί τινες, οὓς ὁ λόγος καθαίρει, τῶν παθῶν ἐκτέμνων. Τούτους ἡγοῦμαι εἶναι τοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εὐνουχιζομένους, ὅταν ὁ διδασκαλικὸς λόγος διελὼν τὸ κρεῖττον ἀπὸ τοῦ χείρονος, καὶ τὸ μὲν ἀποπεμψάμενος, τὸ δὲ νομοθετήσας (ὡς τὸ, *Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθὸν*), τὴν πνευματικὴν σωφροσύνην δημιουργήσῃ. Ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, καὶ λίαν ἐπαινῶ τούς τε διδασκάλους ὁμοίως καὶ τοὺς διδασκομένους, ὅτι οἱ μὲν καλῶς ἐξέτεμον, οἱ δὲ κάλλιον ἐξετμήθησαν.

XX. *Sunt eunuchi*, inquit, *qui ex utero matris ita nati sunt: et sunt eunuchi, qui castrati sunt ab hominibus: et sunt eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum cœlorum. Qui potest capere, capiat.* Videtur mihi Scriptura, a corporibus abducens per corporum figuram sublimiora significare. Etenim, in corporeis quidem eunuchis consistere, atque orationem figere, parvum fortasse, valdeque infirmum et Scripturæ majestate indignum fuerit. Decet autem nos quidpiam Scriptura dignum excogitare. Alii quidem videntur naturæ indole ad virtutem tendere. Naturam porro cum dico, liberam voluntatem haudquaquam sperno, sed utrumque statuo, nimirum et naturæ ad bonum facilitatem atque aptitudinem, et animi voluntatem, naturalem illam aptitudinem ad bonum ducentem. Quidam autem alii sunt, quos doctrina expurgat, vitiososque animi affectus abscindit. Hos esse existimo, qui ab hominibus castrantur, cum videlicet magistri præcepta et sermones, virtutem a vitio distinguentes, atque alterum rejicientes, alterum præscribentes (juxta illud, *Declina a malo, et fac bonum* [67]), spiritualem pudicitiam effecerint. Quod etiam exsectionis genus probo, atque et doctores, et discipulos imprimis laudo, quoniam et illi pulchre exsecuerunt, et hi pulchrius exsecti sunt.

ΚΑ'. *Καὶ εἰσὶν, οἵτινες ἑαυτοὺς εὐνούχισαν διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Ἄλλοι διδασκάλων μὲν οὐκ ἐπέτυχον, ἑαυτῶν δὲ γεγόνασιν ἐπαινετοὶ διδάσκαλοι. Οὐκ ἐδίδαξέ σε μήτηρ τὸ δέον, οὐκ ἐδίδαξέ σε πατὴρ, οὐ πρεσβύτερος, οὐκ ἐπίσκοπος, οὐκ ἄλλος τις τῶν τὸ διδάσκειν πεπιστευμένων. Ἀλλὰ τὸν ἐν σοὶ λόγον κινήσας (59), ἀλλὰ τὸν σπινθῆρα τοῦ καλοῦ διὰ τῆς προαιρέσεως ἀνάψας, σαυτὸν εὐνούχισας, τὴν ῥίζαν ἐξέτεμες, τὰ ὄργανα τῆς κακίας ἐξώρισας, τοσαύτην ἕξιν ἐκτήσω τῆς ἀρετῆς, ὥστε καὶ σχεδὸν ἀδύνατόν σοι γενέσθαι τὴν περὶ τὰ χείρω φοράν. Διὰ τοῦτο ἐπαινῶ καὶ τοῦτον τὸν εὐνουχισμὸν, καὶ τυχὸν μᾶλλον τῶν ἄλλων. *Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω.* Ἣν βούλει δέξαι μερίδα, ἢ ἐπακολούθησον τῷ διδασκάλῳ, ἢ γενοῦ σαυτοῦ διδάσκαλος. Ἓν αἰσχρὸν μόνον, μὴ τιμηθῆναι τὰ πάθη. Περὶ δὲ τοῦ τιμηθῆναι τὰ πάθη, μηδὲν διαφέρου. Καὶ ὁ διδάσκων, πλάσμα Θεοῦ, καὶ σὺ γέγονας

XXI. *Et sunt, qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum.* Alii, cum nullos magistros nacti essent, probi sibi ipsis magistri exstiterunt. Non docuit te mater quid officii esset, non docuit te pater, **659** non presbyter, non episcopus, non alius quispiam ex iis, quibus docendi cura commissa est. At tu, rationem tibi insitam movens, ac virtutis igniculum per arbitrii libertatem exsuscitans, teipsum exsecuisti, radicem excidisti, vitii instrumenta depulisti, tantum tibi virtutis habitum comparasti, ut jam ad vitium ferri propemodum nequeas. Quamobrem hanc quoque exsectionem laudandam censeo, magisque etiam fortasse, quam duas superiores. *Qui potest capere, capiat.* Quam libuerit partem accipe, aut magistrum sequere, aut tibi ipsi magister esto. Hoc unum turpe est, affectus exsectos non habere. De his autem exscindendis ne

[67] Psal. xxxvi, 27.

(55) *Αἰσχρὸν τοῦ κηρύγματος.* Iis verbis Gregorius monet eunuchos, ne nominis turpitudini hæresis quoque turpitudinem adjungant.

(56) *Προσκαρτερήσωμεν.* Sic Reg. b et Or. 1. In ed., προσκαρτερήσομεν.

(57) *Εἰσὶν εὐνοῦχοι.* Sic tres Colb. Deest in ed., εὐνοῦχοι.

(58) *Τῶν σωμάτων.* Colb. 1 et Bas., τῶν σωματικῶν.

(59) *Κινήσας.* Tres Colb., ἐκίνησας

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quid litis crees. Et qui docet, figmentum Dei est, A et tu eumdem ortum habuisti: sive præceptor gratiam hanc rapiat, sive hoc bonum tuum fiat, bonum perinde est.

ἐκεῖθεν· κἂν τε ὁ διδάσκαλος ἁρπάσῃ τὴν χάριν, κἂν τε γένηται σὸν τὸ καλὸν, καλὸν ὁμοίως ἐστί.

XXII. Hoc tantum nobis curæ sit, ut nosipsos ab animi perturbationibus abscindamus, ne qua radix amarulentiæ sursum germinans [68] turbas moveat. Hoc tantum curemus, ut imaginis divinæ vestigiis insistamus, ut exemplar nostrum revereamur. Corporeos affectus amputa, amputa etiam spirituales. Quanto enim anima corpus antecellit, tanto præstantius est animam purgare, quam corpus. Quod si corporis purgatio laudabilis est, cogita, quæso, quanto major atque sublimior sit animæ purgatio. Exscinde Arianam impietatem, exscinde pravam Sabellii sententiam. Nec plus, quam æquum est, conjungas, nec scelerate dividas: nec in unam personam tria contrahas, nec tres naturarum diversitates efficias. Et unum laudabile est, cum recte B intelligitur: et tria, cum recte distinguuntur; nempe, cum personarum distinctio facta fuerit, non divinitatis.

ΚΒ'. Μόνον ἐκτέμνωμεν ἑαυτοὺς τῶν παθῶν, μή τις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ (60). Μόνον ἀκολουθῶμεν τῇ εἰκόνι, μόνον αἰδώμεθα τὸ ἀρχέτυπον. Ἔκτεμνε τὰ σωματικὰ πάθη, ἔκτεμνε καὶ τὰ ψυχικά. Ὅσῳ γὰρ ψυχὴ τιμιώτερον σώματος, τοσούτῳ τιμιώτερον καθᾶραι ψυχὴν, ἢ σῶμα. Εἰ δὲ ἡ τοῦ σώματος κάθαρσις τῶν ἐπαινετῶν, σκόπει μοι πόσον ἡ τῆς ψυχῆς μείζων τε καὶ ὑψηλοτέρα. Ἔκτεμνε τὴν Ἀρειανὴν (61) ἀσέβειαν, ἔκτεμνε τὴν Σαβελλίου κακοδοξίαν. Μήτε συνάψῃς πλέον ἢ καλῶς ἔχει, μήτε διέλῃς κακῶς, μήτε εἰς ἓν πρόσωπον συνέλῃς τὰ τρία, μήτε ἐργάσῃ τρεῖς ἀλλοτριότητας φύσεων. Καὶ τὸ ἓν ἐπαινετὸν, καλῶς νοούμενον, καὶ τὰ τρία καλῶς διαιρούμενα, ὅταν προσώπων. ἀλλὰ μὴ θεότητος, ἡ διαίρεσις ᾖ.

XIII. Multis autem prius modis, ob multa peccata, quæ ex vitii radice pullularunt, secundum diversas causas et tempora castigatus, sermone, lege, prophetis, beneficiis, comminationibus, plagis, aquis, incendiis, bellis, victoriis, cladibus, signis e cœlo, signis ex aere, ex terra, ex mari, hominum, urbium, gentium insperatis mutationibus; quæ omnia eo tendebant, ut malitia contereretur. Validiori tamen medicamento propter graviores morbos opus habere cœpit, nimirum ob mutuas cædes, adulteria, perjuria, furiosos masculorum amores, et, quod omnium malorum extremum ac primum est, idolorum cultum, atque adorationis a Creatore ad creaturas translationem. Quæ quoniam majus auxilium requirebant, majus etiam acceperunt. Istud autem erat ipse Dei Filius, ille sæculis antiquior, ille invisibilis, ille incomprehensibilis, ille incorporeus, illud ex principio principium, illud ex lumine lumen, ille fons vitæ et immortalitatis, illa archetypi expressio, illud immotum sigillum, illa per omnia similis imago, ille Patris terminus et ratio, ille, inquam, ad imaginem suam se confert, et carnem ob carnem gerit, et cum intellectuali anima propter animam meam jungitur, ut simile per simile repurget. Atque humana omnia excepto peccato suscipit[a]; conceptus quidem ex Virgine, animo et corpore a Spiritu præpurgata (nam et generationem honore affici, et virginitatem præferri oportebat); progressus autem Deus cum humanitate, unum ex duobus inter se contrariis, carne nimirum et Spiritu; quorum alterum deificavit, alterum deificatum est. O novam mistionem! o admirandam temperationem! Qui est, fit: qui creatus non est, creatur: qui nullo loco contineri potest, per interventum animæ intellectualis, inter divinitatem et carnis crassitiem, continetur. Qui locupletes alios ditat, paupertate afficitur: carnis enim meæ paupertatem subit, ut ego divinitatis ipsius opes consequar. Qui plenus est, exinanitur: sua enim gloria nonnihil exinanitur, ut ego plenitudinis ipsius particeps efficiar. Quænam hæ bonitatis divitiæ? Quodnam me circumstat mysterium? Divinam imaginem accepi, **672** nec custodivi: ille carnis meæ particeps fit, ut, et imagini salutem, et carni immortalitatem afferat. Secundum consortium nobiscum init, et quidem priori longe admirabilius; tum enim id, quod præstantius erat, nobis impertiit: at nunc ipse ejus, quod deterius est, particeps efficitur. Hoc priori illo divinius; hoc apud cordatos et prudentes viros multo sublimius.

[a] Hebr. IV, 15.

(35) *Λόγῳ.* « Sermone, alloquio, et insita nobis ratione. » Sic exponit Nicetas.

(36) *Μεταβολαῖς.* Par., ἐπιβολαῖς.

(37) *Ἀλληλοφονίαις.* Sic codd. in ed., ἀλληλοφωνίαις.

(38) *Ἐπιορκίαις.* Sic codd. Mendose in ed., ἐπιρκίαις.

(39) *Τοῦ Θεοῦ Λόγος.* « Dei Verbum. »

(40) *Κάλλους.* Deest in pluribus codicibus.

(41) *Γίγνεται.* Tres Regg. γίνεται.

(42) *Παρθενίαν.* Or. 1, παρθενείαν.

(43) *Σαρκὸς καὶ Πνεύματος.* « Humanitate et Deitate. »

(44) *Ἐπὶ μικρόν.* Billius: « ad breve tempus. »

(45) *Τοῦτο.* Non agnoscit Combefisius

(46) *Ἀθανατίσῃ.* Reg. c et Coisl. 1, ἀναστήσῃ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

XIV. Quid ad hæc nobis sycophantæ dicunt, acerbi, inquam, isti divinitatis expensores, rerum laudandarum reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam imperiti, pro quibus Christus gratis mortuus est, ingratæ creaturæ, diaboli figmenta? Siccine Deo beneficium ut crimen objicis? An propterea parvus est, quia propter te humilis, quia bonus ille Pastor, qui animam suam pro ovibus ponit[65], ad errantem ovem venit, ad montes et colles, in quibus sacrificabas, et vagantem invenit, et inventam iisdem humeris[66], quibus et crucis lignum, sustulit, sublatamque ad supernam vitam reduxit, reductamque eodem, quo eas quæ nunquam a grege aberrarunt, loco numeroque habuit? Quia lucernam, hoc est, carnem suam, accendit, et domum everrit, mundum scilicet a peccato repurgans, et drachmam, hoc est, regiam imaginem vitiosis affectibus obrutam, conquisivit, atque angelos amicos suos, ea inventa, convocat, lætitiæque participes facit, quos etiam œconomiæ suæ conscios habuerat? Quia præviam lucernam splendidissima illa lux sequitur, et vocem Verbum, et pronubum sponsus, Domino peculiarem populum comparantem, ac per aquam ad Spiritum præpurgantem? Hæccine Deo objicis? Atque idcirco eum inferiorem esse censes, quia linteo præcingitur, ac discipulorum pedes abluit[67], optimumque ad sublimitatem iter humilitatem ostendit? Quia propter humi inclinatam animam se dejicit, ut ob peccatum deorsum vergentem secum erigat? Illud autem quin tu item reprehendis, quod cum publicanis, et apud publicanos edit, et publicanos in discipulos convertit[68], ut ipse quoque aliquid lucretur? Quid tandem? Peccatorum salutem; nisi quis forte eo nomine medicum accuset, quod ad morbos se inclinet, fetoremque sustineat, ut sanitatem ægrotis donet: atque eum etiam, qui humanitatis et commiserationis **673** affectu permotus in foveam seipsum demittit, ut prolapsum jumentum[69] juxta legis præscriptum, servet.

XV. Missus quidem est, verum ut homo (duplici enim natura erat); siquidem, juxta corporis legem, et fatigatus est, et fame ac siti laboravit, et angore affectus est, et lacrymas fudit. Quod si etiam ut Deus, quid propterea? Beneplacitum Patris missionem esse existima, cui sua quoque ascribit, tum ut principium temporis expers honore afficiat, tum ne Dei adversarius esse videatur. Quandoquidem ut traditus fuisse dicitur; ita se ipsum quoque tradidisse scribitur: atque ut a Patre ad vitam revocatus, et ad supera susceptus fuisse; ita seipsum quoque a mortuis excitasse, rursusque in cœlum

ΙΔ'. Πρὸς ταῦτα τί φασιν ἡμῖν οἱ συκοφάνται, οἱ πικροὶ τῆς θεότητος λογισταὶ, οἱ κατήγοροι τῶν ἐπαινουμένων, οἱ σκοτεινοὶ περὶ τὸ φῶς, οἱ περὶ τὴν σοφίαν ἀπαίδευτοι, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς δωρεὰν ἀπέθανε, τὰ ἀχάριστα κτίσματα, τὰ τοῦ Πονηροῦ πλάσματα; Τοῦτο ἐγκαλεῖς Θεῷ, τὴν εὐεργεσίαν; Διὰ τοῦτο μικρὸς, ὅτι διὰ σὲ ταπεινός; Ὅτι ἐπὶ τὸ πλανώμενον ἦλθεν ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τοὺς βουνοὺς, ἐφ' ὧν ἐθυσίαζες, καὶ πλανώμενον εὗρε· καὶ εὑρὼν, ἐπὶ τῶν ὤμων ἀνέλαβεν, ἐφ' ὧν καὶ τὸ ξύλον· καὶ λαβὼν, ἐπανήγαγεν ἐπὶ τὴν ἄνω ζωήν· καὶ ἀναγαγὼν, τοῖς μένουσι συνηρίθμησεν; Ὅτι λύχνον ἧψε τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, καὶ τὴν οἰκίαν ἐσάρωσε, τῆς ἁμαρτίας τὸν κόσμον ἀποκαθαίρων, καὶ τὴν δραχμὴν ἐζήτησε, τὴν βασιλικὴν εἰκόνα συγκεχωσμένην τοῖς πάθεσι, καὶ συγκαλεῖ τὰς φίλας αὐτῷ δυνάμεις (47) ἐπὶ τῇ τῆς δραχμῆς εὑρέσει, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς εὐφροσύνης, ἃς καὶ τῆς (48) οἰκονομίας μύστιδας πεποίητο; Ὅτι τῷ προδρόμῳ λύχνῳ τὸ φῶς ἀκολουθεῖ τὸ ὑπέρλαμπρον, καὶ τῇ φωνῇ ὁ Λόγος, καὶ τῷ νυμφαγωγῷ ὁ νυμφίος, κατασκευάζοντι Κυρίῳ λαὸν περιούσιον, καὶ προκαθαίροντι ἐπὶ τὸ Πνεῦμα διὰ τοῦ ὕδατος; Ταῦτα ἐγκαλεῖς τῷ Θεῷ (49); Διὰ ταῦτα ὑπολαμβάνεις χείρονα, ὅτι λεντίῳ διαζώνυται, καὶ νίπτει τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ δείκνυσιν ἀρίστην ὁδὸν ὑψώσεως, τὴν ταπείνωσιν; Ὅτι διὰ (50) τὴν συγκύπτουσαν χαμαὶ ψυχὴν ταπεινοῦται (51), ἵνα καὶ συνανυψώσῃ τὸ κάτω νεῦον ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας; Ἐκεῖνο δὲ πῶς οὐ κατηγορεῖς, ὅτι καὶ μετὰ τελωνῶν ἐσθίει, καὶ παρὰ τελώναις, καὶ μαθητεύει τελώνας, ἵνα καὶ αὐτός τι κερδάνῃ; Τί τοῦτο; Τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν· εἰ μὴ καὶ τὸν ἰατρὸν αἰτιῶτό τις, ὅτι συγκύπτει ἐπὶ τὰ πάθη, καὶ δυσωδίας ἀνέχεται, ἵνα δῷ τὴν ὑγίειαν (52) τοῖς κάμνουσι· καὶ τὸν ἐπικλινόμενον βόθρῳ διὰ φιλανθρωπίαν, ἵνα τὸ ἐμπεπτωκὸς κτῆνος, κατὰ τὸν νόμον, ἀνασώσηται.

ΙΕ'. Ἀπεστάλη μὲν, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος· διπλοῦς γὰρ ἦν· ἐπεὶ καὶ ἐκοπίασε, καὶ ἐπείνησε, καὶ ἐδίψησε, καὶ ἠγωνίασε, καὶ ἐδάκρυσε νόμῳ σώματος (53)· εἰ δὲ καὶ ὡς Θεὸς, τί τοῦτο; Τὴν εὐδοκίαν τοῦ Πατρὸς, ἀποστολὴν εἶναι νόμισον, ἐφ' ὃν ἀναφέρει τὰ ἑαυτοῦ, καὶ ὡς ἀρχὴν τιμῶν ἄχρονον, καὶ τοῦ μὴ δοκεῖν εἶναι ἀντίθεος. Ἐπεὶ καὶ παραδεδόσθαι λέγεται, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν παραδεδωκέναι γέγραπται· καὶ ἐγηγέρθαι παρὰ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἀνειλῆφθαι, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀνεστακέναι, καὶ ἀνεληλυθέναι πάλιν· ἐκεῖνα τῆς εὐδοκίας, ταῦτα τῆς ἐξουσίας. Σὺ δὲ τὰ μὲν ἐλαττοῦντα λέγεις, τὰ

[65] Joan. x, 11. [66] Luc. xv, 4 sqq. [67] Joan. xiii, 4. [68] Luc. v, 27 sqq. [69] Deut. xxii, 4.

(47) *Φίλας αὐτῷ δυνάμεις.* « Amicas suas virtutes. »

(48) *Ἃς καὶ τῆς*, etc. Gabr.: « quas nec ipsum Incarnationis mysterium latuerat. »

(49) *Τῷ Θεῷ.* Deest τῷ in pluribus.

(50) *Ὅτι διά.* Sic tres Regg., tres Colb., Par., Comb. In ed., τί διά.

(51) *Ταπεινοῦται.* Sic codd. In Par. ed., ταπεινοῦνται.

(52) *Ὑγίειαν.* Comb., ὑγείαν.

(53) *Νόμῳ σώματος.* Colb. b, νόμῳ φύσεως, « lege naturæ. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ὑφοῦντα δὲ παρατρέχεις· καὶ ὅτε μὲν ἔπαθε, λογίζῃ· ὅτι δὲ ἑκών, οὐ προστίθης (54). Οἷα πάσχει καὶ νῦν ὁ Λόγος! Ὑπὸ μὲν τῶν, ὡς Θεὸς, τιμᾶται καὶ συναλείφεται· ὑπὸ δὲ τῶν, ὡς σὰρξ, ἀτιμάζεται καὶ χωρίζεται. Τίσιν ὀργισθῇ πλέον; Μᾶλλον δὲ τίσιν ἀφῇ; Τοῖς συναιροῦσι κακῶς, ἢ τοῖς τέμνουσι; Καὶ γὰρ κἀκείνους διαιρεῖν ἔδει, καὶ τούτους συνάπτειν· τοὺς μὲν τῷ ἀριθμῷ, τοὺς δὲ τῇ θεότητι. Προσκόπτεις τῇ σαρκί; Τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοι. Ἢ καὶ Σαμαρείτην ἀποκαλεῖς; καὶ τὸ ἐξῆς· σωπήσομαι. Ἀπιστεῖς τῇ θεότητι; Τοῦτο οὐδὲ οἱ δαίμονες. Ὦ δαιμόνων (55) ἀπιστότερε, καὶ Ἰουδαίων ἀγνωμονέστερε! Ἐκεῖνοι τὴν τοῦ Υἱοῦ προσηγορίαν, ὁμοτιμίας φωνὴν ἐνόμισαν· οὗτοι τὸν ἐλαύνοντα Θεὸν ᾔδεσαν. Ἐπείθοντο γὰρ ἐξ ὧν ἔπασχον. Σὺ δὲ, οὐδὲ (56) τὴν ἰσότητα δέχῃ, οὐδὲ ὁμολογεῖς τὴν θεότητα. Κρεῖττον ἦν σοι περιτετμῆσθαι καὶ δαιμονᾷν, ἵν' εἴπω τι καὶ γελοῖος, ἢ ἐν ἀκροβυστίᾳ καὶ ὑγιείᾳ διακεῖσθαι πονηρῶς καὶ ἀθέως.

A ascendisse prædicatur. Illa beneplaciti, hæc potestatis. At tu ea quidem, quæ minuendi vim habent, profers; quæ autem efferendi, præteris: atque id quidem expendis, quod passus sit; quod autem sponte, non adjungis. Proh qualia etiamnum patitur Verbum! Ab aliis ut Deus honoratur atque contrahitur; ab aliis ut caro contemnitur, ac separatur. Utris tandem gravius irascetur? Vel potiùs, utris plus condonabit, iisne qui male contrahunt, an qui scindunt? Nam et illos dividere, et hos conjungere oportebat: illos, inquam, numero, hos divinitate. Offendis ad carnem? Et Judæi etiam. Num Samaritanum quoque vocas[90] (nam quod sequitur, tacebo)? Deitati fidem abrogas? Hoc ne dæmones quidem ipsi fecerunt. O dæmonibus incredulior, et Judæis insipientior! Isti quidem Filii nomen, æqualitatis vocem esse censebant: illi autem eum, a quo fugabantur, Deum norant. Illis enim ea, quæ patiebantur, fidem faciebant. At tu, nec æqualitatem admittis, nec divinitatem confiteris. Proinde satius tibi fuerat circumcisum esse, atque a dæmone obsideri, ut ridiculè aliquid dicam, quam in præputio et incolumi valetudine, tam prave et impie affici.

B

ΙϚ'. Μικρὸν (57) μὲν οὖν ὕστερον δψει καὶ καθαιρόμενον Ἰησοῦν ἐν (58) τῷ Ἰορδάνῃ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν· μᾶλλον δὲ ἁγνίζοντα τῇ καθάρσει τὰ ὕδατα (οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς ἐδεῖτο (59) καθάρσεως, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου), καὶ σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ ὑπὸ τοῦ συγγενοῦς Πνεύματος μαρτυρούμενον, καὶ πειραζόμενον, καὶ νικῶντα (60), καὶ ὑπὸ ἀγγέλων ὑπηρετούμενον, καὶ θεραπεύοντα πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν, καὶ ζωοποιοῦντα νεκροὺς (ὡς ὄφελόν γε καὶ σὲ τῇ κακοδοξίᾳ νενεκρωμένον), καὶ δαίμονας ἀπελαύνοντα, τὰ μὲν δι' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ διὰ τῶν μαθητῶν, καὶ ἄρτοις ὀλίγοις τρέφοντα μυριάδας, καὶ πεζεύοντα πέλαγος, καὶ προδιδόμενον, καὶ σταυρούμενον, καὶ συσταυροῦντα τὴν ἐμὴν ἁμαρτίαν· ὡς ἀμνὸν προσαγόμενον, καὶ ὡς ἱερέα προσάγοντα, ὡς ἄνθρωπον θαπτόμενον, καὶ ὡς Θεὸν ἐγειρόμενον, εἶτα καὶ ἀνερχόμενον, καὶ ἥξοντα μετὰ τῆς ἑαυτοῦ δόξης. Πόσαι μοι πανήγυρεις καθ' ἕκαστον τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων! Ὧν ἁπάντων κεφάλαιον ἓν, ἡ ἐμὴ τελείωσις καὶ ἀνάπλασις, καὶ πρὸς τὸν πρῶτον Ἀδὰμ ἐπάνοδος.

C

XVI. Ac quidem paulo post, et Jesum, purgationis meæ causa, in Jordane[91] purgari videbis, vel potius, aquas purgatione sua purificare (neque enim ipse purgatione opus habebat, qui peccata mundi tollit); et cœlos scindi, et cognati Spiritus testimonio celebrari, et tentari, et victoriam referre, et angelorum ministerio uti, et morbos omnes ac languores **674** curare, et mortuos ad vitam lucemque revocare (quemadmodum utinam te quoque, fidei pravitate mortuum), et dæmones, partim per seipsum, partim etiam per apostolos, in fugam agere, et paucis panibus multa hominum millia nutrire, et pedibus per mare iter facere, et prodi, et in crucem tolli, ac peccatum meum cruci secum affigere: ut agnum offerri, et ut sacerdotem offerre, ut hominem sepultura affici, et ut Deum resurgere, ac postea in cœlum ascendere, tandemque cum gloria sua venturum esse. Papæ, quot mihi festos dies, hæc singula Christi mysteria suppeditant! Quorum omnium unum hoc caput est, atque unus hic scopus, nimirum mea perfectio et instauratio, atque ad primum illum Adamum reditus.

IZ'. Νυνὶ δέ μοι δέξαι τὴν κύησιν (61), καὶ προσκίρτησον· εἰ καὶ (62) μὴ ὡς Ἰωάννης ἀπὸ γαστρὸς, ἀλλ' ὡς Δαβὶδ ἐπὶ τῇ καταπαύσει τῆς κιβωτοῦ. Καὶ τὴν ἀπογραφὴν αἰδέσθητι, δι' ἣν εἰς οὐρανοὺς ἐγράφης (63)· καὶ τὴν γέννησιν σεβάσθητι, δι' ἣν ἐλύθης τῶν δεσμῶν τῆς γεννήσεως (64)· καὶ τὴν Βηθ-

D

XVII. Nunc autem conceptum accipe, ac præsulta: si minus ut Joannes ab utero, at certe ut David ob requiem Arcæ[92]. Descriptionem reverere, propter quam in cœlis ipse describeris: et nativitatem celebra, ob quam nativitatis vinculis solutus es, et parvam illam Bethleem honora, quæ te in

[90] Joan. VIII, 48. [91] Matth. III, 13. [92] II Reg. VI, 14.

(54) *Προστίθης*. Reg. d, προστίθεις.

(55) *Ὦ δαιμόνων*. Sic tres Regg. et tres Colb. In ed., ὦ καὶ δαιμόνων.

(56) *Οὐδέ*. Regg. bm. ph et plures Colb., οὔτε.

(57) *Μικρόν*. « Paulo post. » Id est, duodecimo a Christi nativitate die, in quo ejus baptismi memoria celebratur.

(58) *Ἐν*. Deest in pluribus Regg. et Or. 1.

(59) *Ἐδεῖτο*. Par., δεῖται.

(60) *Καὶ νικῶντα*. Coisl. 1, Or. 1, Comb. addunt, τὸν πειράζοντα, « et de tentatore victoriam referre. »

(61) *Τὴν κύησιν*. « Conceptum, fetum » in utero. Non enim partu effuso, sive Christo nato, exsultavit Joannes, sed priusquam nasceretur. Billius « partum. »

(62) *Εἰ καί*. Tres Regg. et Or. 1, εἴ τοι.

(63) *Ἐγράφης*. Quatuor Regg. et Or. 1, γράφῃ.

(64) *Γεννήσεως*. Regg. c, ἁμαρτίας, « peccati. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

paradisum reduxit : et præsepe adora, propter quod, cum rationis expers esses, a Verbo nutritus es. Cognosce, ut bos, possessorem tuum, Isaias te admonet, et, ut asinus, præsepe domini sui[93]; sive mundus quispiam sis ac legi subjectus, rectamque doctrinam ruminans, atque ad sacrificium idoneus : sive etiam adhuc immundus, ac cibo et sacrificiis inutilis, ethnicæque partis. Cum stella curre, cum Magis dona offer, aurum, thus et myrrham, ut regi, ut Deo, et ut tua causa mortuo. Cum pastoribus Deum laudibus celebra; cum angelis hymnum dicito; cum archangelis choros ducito. Sit cœlestium et terrenarum virtutum communis celebritas. Nam eas quoque hodierno die simul festum celebrare, ac lætitia gestire confido : siquidem hominum Deique amore præditæ sunt, quemadmodum illæ, quas David inducit post passionem, cum Christo simul ascendentes, ac simul occurrentes, seque invicem ad portas attollendas[94] inhortantes.

XVIII. Unum hoc duntaxat ex iis omnibus, quæ circa Christi nativitatem **675** contigerunt, odio habe, ac detestare, nimirum puerorum cædem ab Herode perpetratam. Imo vero hanc quoque venerare, hanc, inquam, coætaneam Christo victimam, quæ pro nova victima mactata est. Si in Ægyptum profugiat, alacri animo te ipsi fugæ comitem adjunge. Præclarum est cum Christo persecutionem patiente fugere. Si diuturniorem in Ægypto moram faciat, ex Ægypto eum voca, qui rite illic adoratur et colitur. Per omnes Christi ætates ac virtutes, ut Christi discipulus, sine reprehensione incede. Purificare, circumcidere, velum a nativitate contractum abscinde. Postea in templo doce, sacrilegos nundinatores ejice : lapidibus, si ita necesse sit, incessi te patere. Lapidatores, mihi crede, falles, ac per medium ipsorum, ut Deus, fugies. Verbum enim lapidibus non feritur. Si ad Herodem adductus fueris, plerumque ne verbum quidem unum respondeas. Silentium tuum magis venerabitur, quam prolixos aliorum sermones. Si flagello cæsus fueris, quæ supersunt, exposce. Fel gusta propter gustum; aceto potare, sputa require, alapas et co-

[93] Isa. I, 3. [94] Psal. XXIII, 7, 9.

λεὲμ τίμησον τὴν μικράν, ἣ σε πρὸς τὸν παράδεισον ἐπανήγαγε· καὶ τὴν φάτνην προσκύνησον, δι' ἣν ἄλογος ὢν, ἐτράφης ὑπὸ τοῦ Λόγου. Γνῶθι, ὡς βοῦς, τὸν κτησάμενον, Ἡσαΐας διακελεύεταί σοι, καὶ, ὡς ὄνος, τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· εἴτε τῶν καθαρῶν τις εἶ, καὶ ὑπὸ τὸν νόμον, καὶ μηρυκισμὸν ἀναγόντων τοῦ λόγου, καὶ πρὸς θυσίαν ἐπιτηδείων· εἴτε τῶν ἀκαθάρτων τέως, καὶ ἀβρώτων, καὶ ἀθύτων, καὶ τῆς ἐθνικῆς μερίδος. Μετὰ τοῦ ἀστέρος δράμε, καὶ μετὰ Μάγων δωροφόρησον, χρυσὸν, καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν, ὡς βασιλεῖ, καὶ ὡς Θεῷ, καὶ ὡς διὰ σὲ νεκρῷ. Μετὰ ποιμένων δόξασον, μετὰ ἀγγέλων ὕμνησον, μετὰ ἀρχαγγέλων χόρευσον (65). Ἔστω κοινὴ πανήγυρις οὐρανίων καὶ ἐπιγείων δυνάμεων. Πείθομαι γὰρ κἀκείνας συναγάλλεσθαι καὶ συμπανηγυρίζειν σήμερον· εἴπερ εἰσὶ φιλάνθρωποι καὶ φιλόθεοι, ὥσπερ ἃς Δαβὶδ εἰσάγει μετὰ τὸ πάθος συνανιούσας Χριστῷ, καὶ προσυπαντώσας (66), καὶ διακελευομένας ἀλλήλαις τὴν τῶν πυλῶν ἔπαρσιν.

ΙΗ'. Ἐν μίσησον τῶν περὶ τὴν Χριστοῦ γένναν, τὴν Ἡρώδου παιδοκτονίαν· μᾶλλον δὲ καὶ ταύτην αἰδέσθητι, τὴν ἡλικιῶτιν Χριστοῦ θυσίαν, τοῦ καινοῦ (67) σφαγίου προθυομένην. Ἂν εἰς Αἴγυπτον φεύγῃ, προθύμως συμφυγαδεύθητι. Καλὸν τῷ Χριστῷ συμφεύγειν (68) διωκομένῳ. Ἂν ἐν Αἰγύπτῳ βραδύνῃ, κάλεσον αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, καλῶς ἐκεῖ προσκυνούμενον (69). Διὰ πασῶν ὅδευσον ἀμέμπτως τῶν ἡλικιῶν Χριστοῦ καὶ δυνάμεων, ὡς Χριστοῦ μαθητής. Ἁγνίσθητι, περιτμήθητι, περιελοῦ τὸ ἀπὸ γενέσεως κάλυμμα. Μετὰ τοῦτο δίδαξον ἐν τῷ ἱερῷ, τοὺς θεοκαπήλους ἀπέλασον· λιθάσθητι, ἂν τοῦτο δέῃ (70) παθεῖν· λήσῃ τοὺς βάλλοντας, εὖ οἶδα, φεύξῃ καὶ διὰ μέσου αὐτῶν, ὡς Θεός. Ὁ Λόγος γὰρ οὐ λιθάζεται. Ἂν Ἡρώδῃ (71) προσαχθῇς, μηδὲ ἀποκριθῇς τὰ πλείω. Αἰδεσθήσεταί σου καὶ τὴν σιωπὴν πλέον (72) ἢ ἄλλων τοὺς μακροὺς λόγους. Ἂν φραγελλωθῇς (73), καὶ τὰ λειπόμενα ζήτησον. Γεῦσαι χολῆς, διὰ τὴν γεῦσιν· ὄξος ποτίσθητι, ζήτησον ἐμπτύσματα, δέξαι ῥαπίσματα, κολαφίσματα· ἀκάνθαις στεφανώθητι, τῷ τραχεῖ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου· περιβαλοῦ (74) τὸ κόκκινον, δέξαι κάλαμον, προσκυνήθητι παρὰ τῶν παιζόντων τὴν ἀλήθειαν· τέλος συσταυρώθητι, συν-

(65) *Μετὰ ἀγγέλων ὕμνησον· μετὰ ἀρχαγγέλων χόρευσον.* Sic tres Regg., decem Colb., Or. 1, Comb. Sic etiam legunt Nicetas et Rufinus. In ed., μετὰ ἀγγέλων χόρευσον· μετὰ ἀρχαγγέλων ὕμνησον.

(66) *Προσυπαντώσας.* Sic quatuor Regg. et novem Colb. In ed., προσαπαντώσας.

(67) *Τοῦ καινοῦ*, etc. « Pro nova victima. » Hoc profecto nomine infantes martyres celebrantur, quod pro Christo victima cæsi sunt. Hinc optime Nicetas : Ὅτι ἀνῃρέθησαν, καὶ πρὸ αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτοῦ· « Quod ante ipsum et pro ipso sublati sunt. » Singularis namque innocentium laus ea est, quod odio Christi ab Herode occisi sint, qui, ipsis quidem mortem inferendo, ipsum Christum e vivis tollere volebat. Innocentes igitur hic a Gregorio præcipue considerantur, quasi occisi « pro Christo, » non « ante Christum, » ut vertit Billius. Sic ipse Gregorius, Or. XV, n. 3, de Eleazaro loquens, vocem hanc προθυόμενος sensu jam exposito accipit. Ait enim : Πρότερον μὲν καὶ προθυόμενος τοῦ λαοῦ, καὶ προσευχόμενος· « Prius quidem pro populo sacrificia et preces adhibens. »

(68) *Συμφεύγειν.* Reg. ph, συμφυγεῖν.

(69) *Κάλεσον αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου· καλῶς ἐκεῖ προσκυνούμενον.* « Voca eum ex Ægypto, rite illic adoratum. » Sic optime Gabr. Nam Gregorius hic Ægyptiorum fidem commendat. Billius vero sic vertit : « Ex Ægypto eum voca. Quod quidem fiet, si eum pulchre atque honorifice illic adoraris. »

(70) *Δέῃ.* Tres Regg. et Or. 1, δέοι.

(71) *Ἡρώδῃ.* Coisl. 1, Πιλάτῳ, « Pilato. »

(72) *Πλέον.* Deest in Or. 1.

(73) *Φραγελλωθῇς.* Sic Or. 1. In ed., φλαγελλωθῇς.

(74) *Περιβαλοῦ.* Sic duo Regg. et undecim Colb. In ed., περιλαβοῦ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

νεκρώθητι, συντάφηθι προθύμως, ἵνα καὶ συνανα- A laphos accipe, fac spinis, hoc est, piæ vitæ asperi
στῇς, καὶ συνδοξασθῇς, καὶ συμβασιλεύσῃς, Θεὸν tate, coroneris. Coccinum induas, arundinem acci-
ὁρῶν ὅσον ἐστὶ (75), καὶ ὁρώμενος, τὸν ἐν Τριάδι pias, ab iis, qui veritatem ludibrio habent, adoreris.
προσκυνούμενόν τε καὶ δοξαζόμενον, ὃν καὶ νῦν Denique prompto animo simul crucifigaris, simul
τρανοῦσθαι ἡμῖν (76) εὐχόμεθα, ὅσον ἐφικτὸν τοῖς moriare, simul sepeliaris, ut simul quoque
δεσμίοις τῆς σαρκὸς, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ resurgas, et gloria doneris ac regnes, Deum, quan-
ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας (77). Ἀμήν. tus est, conspiciens, vicissimque conspectus ab
eo, qui in Trinitate adoratur, et glorificatur, quem nunc quoque nobis, quantum carnis vinculo constrictis licet, declarari optamus, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula. Amen.

(75) *Ὅσον ἐστί.* Coisl. 1, tres Colb. et Comb., ὅσον ἐστὶν ἐφικτόν, « quantum possibile est. »

(76) *Ἡμῖν.* Sic plures codd. In ed., ὑμῖν.

(77) *Αἰῶνας.* Reg. c et Comb. addunt, τῶν αἰώνων, « sæculorum. »

676 MONITUM IN ORATIONES XXXIX ET XL.

I Novum mysterium, sacrum scilicet Christi baptisma, in ista ac sequenti oratione celebrat Gregorius. Quamvis autem prior « in sancta Lumina » inscribatur, non inde tamen concludendum putamus, ut quidam eruditi (78) censuerunt, hanc orationem ad « Luminum, » seu « Purificationis » festum, 2 Februarii in Ecclesia celebratum, referendam esse. Ne verbum quidem in ista oratione reperire est, quod Mariæ purificationem designet. Totus incumbit orator in prædicando Christi baptismate, a quo Luminum festivitas ortum habuit. Ac ne sit ullus hac de re erroris metus, Theologum sic loquentem audiamus (n. 1) : « Sanctus Luminum dies ad quem pervenimus, quemque hodie divino beneficio celebravimus, a Christi mei baptismate originem ducit. » Præterea, ut recte observat Tillemontius (79), baptismus apud Græcos « illuminatio » dicebatur, quod nimirum catechumeni per baptismum a peccati et vitiorum caligine, ad justitiæ et veritatis lucem convolarent. Christus igitur in hac priori oratione a Gregorio prædicatur, ut lux vera illuminans mundum, ac in tenebris etiam lucens. Unde primum catechumenos hortatur, ut, abjectis tenebris, ad puram et perfectam regenerationis lucem per baptismum accedant. Deinde mysterium istud, tam cum nefandis ethnicorum mysteriis, quam cum legalibus Judæorum institutis, ac impiis hæreticorum dogmatibus conferens, illorum omnium doctrinam nostra longe inferiorem demonstrat. Nominatim demum Novatianos exagitat, qui solam agnoscentes purgationem, quæ baptismo comparatur, nequaquam amplius semel post baptismum lapsos ad pœnitentiam admitterent.

II. Quod autem ad alteram orationem, « in sanctum baptisma » inscriptam, attinet, nullum ferme potest esse dubium, quin paratus accesserit Gregorius, ut uno die, unaque conjunctim oratione, totam hanc, tum de Christi, tum de Christianorum baptismate disputationem absolveret. Exorditur enim (n. 1) : « Quoniam heri splendidum Luminum diem celebravimus... hodie de baptismo breviter disseremus ; etenim hesterna luce a nobis oratio paucis expressa fuit, tum quia temporis angustia premebamur, tum quia sermo saturitatem ac fastidium fugiebat. » Hinc merito quidem hæc oratio, velut altera præcedentis orationis pars haberi debet. In priori namque Christus baptismum suscipiens, consideratur ut vera lux illuminans hominem venientem in hunc mundum ; in ista vero consideratur homo, quatenus est a Christo per baptismum illuminatus. In pertractando autem tam ineffabili mysterio, tanta erat rerum copia, ut nequaquam mirum videatur, si Gregorius, quamvis orationis initio se « breviter dicturum » promiserit, fuse tamen de baptismatis excellentia loquatur. Baptismi donum mirifice amplificans, **677** ipsum creationis dono præstantius declarat. Idcirco, modo blande, modo fortiter catechumenos urget, ut prompto et alacri animo ad baptismatis lavacrum accedant ; et prolixiori sermone ostendens quantum sit in mora periculum, varia cunctantium ac procrastinantium argumenta invicte refellit. Ex his autem quæ tum in præcedenti Monito, tum in isto argumento diximus, non male nobis concludendum videtur, orationem « in sancta Lumina » Constantinopoli habitam fuisse 6 Januarii 381, alteram vero « De Baptismate, » die sequenti, id est 7 Januarii eiusdem anni.

(78) Pamelius in annot. in Cyp. ; Gelas. in suo Martyrolog.

(79) T. IX, art. LXV, p. 465.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ORATIO XXXIX[a].

In sancta Lumina.

I. Rursum Jesus meus, et rursum mysterium; mysterium non fallax, nec indecorum, nec gentilitii erroris ac temulentiæ (sic enim veneranda illorum mysteria voco, atque etiam, ut arbitror, omnes mente præditi); sed mysterium excelsum et divinum, ac supernum splendorem concilians. Etenim sanctus Luminum dies, ad quem pervenimus, quemque hodie divino beneficio celebravimus, originem quidem a Christi mei baptismate ducit: Christi, inquam, qui est lux vera, illuminans omnem hominem venientem in mundum[95]: meam autem quoque purgationem operatur, ac lumini et adjumentum affert, quod ab eo sublimitus ab initio acceptum, peccati caligine obduximus atque confudimus.

II. Quocirca divinam vocem audite, mihi quidem hujusmodi rerum et discipulo et magistro, atque utinam etiam vobis vehementer insonantem: *Ego sum lux mundi*[96]. Ac proinde: *Accedite ad eum, et illuminamini, et facies vestræ*, vero lumine consignatæ, *minime confundentur*[97]. Tempus regenerationis; nascamur denuo. Tempus instaurationis; primum Adamum recipiamus. Ne in eo statu, quo sumus, maneamus; verum ad pristinum redeamus. *Lux in tenebris*[98], hoc **678** est in hac vita et carne, *lucet;* ac tenebræ quidem eam persequuntur, sed non comprehendunt, adversaria, inquam, potestas, quæ, dum pro sua impudentia in visibilem Adamum impetum facit, in Deum incurrit, ac superatur; ut nos, abjectis tenebris, ad lucem accedamus, ac deinde lux quoque perfecta efficiamur, a perfecta luce prodeuntes. Videtisne hujus diei gratiam? Videtisne hujus mysterii vim et facultatem? An non a terra in altum sublati estis? An non in cœlo perspicue positi, nostra videlicet vece ac contemplatione in sublime elati? Ac multo etiam magis collocati ac stabiliti eritis, cum Verbum sermoni nostro prosperum cursum dederit.

III. Ecqua talis est legalis atque umbratilis purgatio, quæ per temporarias aspersiones utilitatem affert, ac pollutos per vitulæ cinerem lustrat? Ecquid ejusmodi gentiles celebrant? Quorum ego cæremonias omnes et mysteria, meras nugas esse

[95] Joan. I, 9. [96] Joan. VIII, 12. [97] Psal. XXXIII, 6. [98] Joan. I, 5.

[a] Alias et nunc XXXIX. — Habita Constantinopoli 6 Januarii ann. 381.

(80) *Εἰς τὰ ἅγια Φῶτα.* Sic melioris notæ codices. Reg. ph: Εἰς τὰ ἅγια Ἐπιφάνια. In nonnullis, Θεοφάνια. Or. 1: Λόγος εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, καὶ κατὰ δογμάτων Ἑλληνικῶν· « Oratio in sanctum Baptisma, et adversus Græcorum dogmata. » In ed.: Εἰς τὰ ἅγια Φῶτα τῶν Ἐπιφανίων.

(81) *Γεννηθῶμεν ἄνωθεν.* « Nascamur denuo. » Sic Joan. III, 3: Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν· « Nisi quis renatus fuerit denuo. » Sic etiam vertit Nicetas; et Budæus reprehendit eos, qui aliter interpretantur. Billius: « desuper gignamur. »

(82) *Πρῶτον Ἀδάμ.* « Primum Adamum, » qui

ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

Εἰς τὰ ἅγια Φῶτα (80).

Α'. Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς, καὶ πάλιν μυστήριον μυστήριον οὐκ ἀπατηλὸν, οὐδ' ἄκοσμον, οὐδὲ τῆς Ἑλληνικῆς πλάνης, καὶ μέθης (οὕτω γὰρ ἐγὼ καλῶ τὰ ἐκείνων σεμνὰ, οἶμαι δὲ, καὶ τῶν εὐφρονούντων ἕκαστος), ἀλλὰ μυστήριον ὑψηλόν τε καὶ θεῖον, καὶ τῆς ἄνω λαμπρότητος πρόξενον. Ἡ γὰρ ἁγία τῶν Φώτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφίγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἠξιώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ βάπτισμα λαμβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον· ἐνεργεῖ δὲ τὴν ἐμὴν κάθαρσιν, καὶ βοηθεῖ τῷ φωτὶ, ὃ παρ' αὐτοῦ λαβόντες ἄνωθεν ἀπ' ἀρχῆς, ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἐζοφώσαμέν τε καὶ συνεχέαμεν.

Β'. Τοιγαροῦν ἀκούσατε θείας φωνῆς, ἐμοὶ μὲν καὶ λίαν σφοδρῶς ἐνηχούσης, τῷ μύστῃ καὶ μυσταγωγῷ τῶν τοιούτων, εἴη δὲ καὶ ὑμῖν· *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου.* Καὶ διὰ τοῦτο, *Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε, καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ*, τῷ ἀληθινῷ φωτὶ σημειούμενα. Καιρὸς ἀναγεννήσεως· γεννηθῶμεν ἄνωθεν (81). Καιρὸς ἀναπλάσεως· τὸν πρῶτον Ἀδὰμ (82) ἀναλάβωμεν. Μὴ μείνωμεν ὅπερ ἐσμὲν, ἀλλ' ὅπερ ἦμεν γενώμεθα. *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει* (83), τῷ βίῳ τούτῳ, καὶ τῷ σαρκίῳ· καὶ ὑπὸ τῆς σκοτίας δώκεται μὲν, οὐ καταλαμβάνεται δὲ, τῆς ἀντικειμένης λέγω δυνάμεως, τῷ φαινομένῳ μὲν Ἀδὰμ προσπηδώσης ἐξ ἀναιδείας, τῷ Θεῷ δὲ περιπιπτούσης καὶ ἡττωμένης· ἵν' ἡμεῖς τὸ σκότος ἀποθέμενοι, τῷ φωτὶ πλησιάζωμεν (84), εἶτα καὶ φῶς γενώμεθα τέλειον, τελείου φωτὸς γεννήματα. Ὁρᾶτε τῆς ἡμέρας τὴν χάριν; ὁρᾶτε τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν; οὐκ ἀπὸ γῆς ἤρθητε; οὐκ ἄνω τέθεισθε σαφῶς ὑψωθέντες ὑπὸ τῆς ἡμετέρας φωνῆς καὶ ἀναγωγῆς (85); Καὶ ἔτι μᾶλλον τεθήσεσθε, ἐπειδὰν εὐοδώσῃ (86) τὸν λόγον ὁ Λόγος.

Γ'. Μή τις τοιαύτη κάθαρσις νομικὴ καὶ σκιώδης, προσκαίροις ῥαντίσμασιν ὠφελοῦσα, καὶ σποδῷ δαμάλεως ῥαντίζουσα τοὺς κεκοινωμένους; μή τι τοιοῦτο μυσταγωγοῦσιν Ἕλληνες; ὧν λῆρος ἐμοὶ πᾶσα τελετὴ καὶ μυστήριον, δαιμόνων εὕρημα σκοτεινὸν (87),

nimirum in justitia conditus fuerat. « Adamum, » ante peccatum.

(83) *Φαίνει.* Coisl. 1, φαίνῃ.

(84) *Πλησιάζωμεν.* Duo Regg. et Coisl. 1, πλησιάσωμεν.

(85) *Ἀναγωγῆς.* « Meditatione, contemplatione. » Pro θεωρίας enim ponitur. Bill. in prima ed.: « sublimi Oratione. » In altera vero, « subvectione. » Agitur autem hic de sublimiori Mysterii expositione.

(86) *Εὐοδώσῃ.* Reg. ph, εὐοδώσει.

(87) *Εὕρημα σκοτεινόν.* Duo Regg., εὕρεμα σκοτεινῶν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

καὶ διανοίας ἀνάπλασμα κακοδαίμονος, χρόνῳ βοηθούμενον, καὶ μύθῳ κλεπτόμενον (88). Ἃ γὰρ ὡς ἀληθῆ προσκυνοῦσιν, ὡς μυθικὰ συγκαλύπτουσιν· δέον, εἰ μὲν ἀληθῆ, μὴ μύθους ὀνομάζεσθαι, ἀλλ' ὅτι μὴ αἰσχρὰ δείκνυσθαι· εἰ δὲ ψευδῆ, μὴ θαυμάζεσθαι, μηδ' οὕτως ἰταμῶς ἐναντιωτάτας ἔχειν δόξας περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος· ὥσπερ ἐν ἀγορᾷ μειρακίων παίζοντας, ἢ ἀνδρῶν κακοδαιμόνων ὡς ἀληθῶς, ἀλλ' οὐκ ἀνδράσι διαλεγομένους νοῦν ἔχουσι, καὶ Λόγου προσκυνηταῖς· κἂν τὴν ἐντεχνον ταύτην, καὶ ὑπαρὰν πιθανότητα διαπτύσιν.

A censeo, tenebrosum dæmonum inventum, ac perditæ mentis figmentum, temporis ope ac præsidio fultum, et fabulis furtim obtectum. Nam, quæ ut vera adorant, eadem ut fabulosa obvolvunt et occultant. Oporteret potius, si quidem vera sunt, quæ prædicant, non ea fabulas nuncupare, sed ostendere, quod ab omni turpitudinis obscenitatisque nota vindicentur: si autem falsa, non ea suspicere, nec ita impudenter de una eademque re maxime oppositas sententias tenere; perinde ac ii, qui in cœtu puerorum ludunt, aut amentium prorsus virorum, non autem cum sapientibus viris, ac Verbi adoratoribus disputant; tametsi artificiosum istud et spurcum verborum lenocinium aspernentur.

Δ'. Οὐ Διὸς ταῦτα γοναὶ (89) καὶ κλοπαὶ, τοῦ Κρητῶν τυράννου, κἂν Ἕλληνες ἀπαρέσκωνται (90)· οὐδὲ Κουρήτων ἦχοι, καὶ κρότοι, καὶ ὀρχήσεις (91) ἔνοπλοι, Θεοῦ κλαίοντος ἠχὴν συγκαλύπτουσαι, ἵνα πατέρα λάθῃ μισότεκνον· δεινὸν γὰρ ἦν ὡς παιδίον κλαυθμυρίζεσθαι, τὸν ὡς λίθον καταποθέντα· οὐδὲ Φρυγῶν (92) ἐκτομαὶ, καὶ αὐλοὶ, καὶ Κορύβαντες (93), καὶ ὅσα περὶ τὴν Ῥέαν ἄνθρωποι μαίνονται, τελοῦντες τῇ μητρὶ τῶν Θεῶν, καὶ τελούμενοι, ὅσα τῇ μητρὶ τῶν τοιούτων εἰκός· οὐδὲ κόρη τις ἡμῖν ἁρπάζεται, καὶ Δημήτηρ (94) πλανᾶται, καὶ Κελεούς τινας ἐπεισάγει, καὶ Τριπτολέμους, καὶ δράκοντας, καὶ τὰ μὲν ποιεῖ, τὰ δὲ πάσχει. Αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν (95) νυκτὸς τελετὴν, καὶ ποιεῖν τὴν ἀσχημοσύνην μυστήριον. Οἶδεν Ἐλευσὶς ταῦτα, καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων, καὶ σιωπῆς ὄντως ἀξίων ἐπόπται. Οὐδὲ Διόνυσος ταῦτα, καὶ μηρὸς (96), ὠδίνων ἀτελὲς κύημα, ὥσπερ ἄλλο τι κεφαλὴ (97) πρότερον· καὶ Θεὸς ἀνδρόγυνος, καὶ χορὸς μεθυόντων, καὶ στρατὸς ἔκλυτος, καὶ Θηβαίων ἄνοια τοῦτον τιμῶσα, καὶ Σεμέλης κεραυνὸς προσκυνούμενος. Οὐδὲ Ἀφροδίτης πορνικὰ μυστήρια, τῆς αἰσχρῶς, ὡς αὐτοὶ λέγουσι, καὶ γεννωμένης (98) καὶ τιμωμένης. Οὐδὲ Φαλλοί τινες καὶ Ἰθύφαλλοι, αἰσχροὶ καὶ τοῖς σχήμασι καὶ τοῖς πράγμασιν· οὐδὲ Ταύρων (99) ξενοκτονίαι, καὶ Λακωνικῶν (1) ἐφήβων ἐπιβώμιον αἷμα,

IV. Non hæc Jovis partus et furta, illius, inquam, Cretensium tyranni (moleste licet hoc gentiles ferant), nec Curetum soni ac plausus, armataque saltationes, Dei vagientis clamorem obruentes, ut crudelem patrem effugeret. Grave enim profecto atque indignum erat, eum, qui ut lapis devoratus fuerat, ut infantem ejulare. Nec Phrygum exsectiones, et tibiæ, atque Corybantes, et quæcunque **679** circa Rheam homines furore capti peragunt, ejusmodi sacra Deorum matri obeuntes, atque ipsi vicissim ita initiati, ut par est in talium Deorum parentis mysteriis. Nec puella quædam apud nos rapitur, nec Ceres vagatur, ac Celeos quosdam, et Triptolemos, et dracones inducit, multaque alia et facit, et patitur. Pudet enim me nocturnum sacrum in lucem proferre, ac turpitudinem mysterium facere. Novit hæc Eleusis, atque illi taciturorum, ac profecto silentio dignorum sacrorum spectatores. Nec Bacchus hæc nostra mysteria sunt, nec femur, inchoatum fetum parturiens, quemadmodum caput alium quemdam fetum prius parturierat: nec semivir Deus, et ebriorum chorus, exercitusque mollis et dissolutus, et Thebanorum amentia, hunc colens, ac Semelæ tonitruum adoratum. Nec meretricia Veneris mysteria, turpiter, ut ipsi narrant, et procreatæ, et cultæ: nec Phalli

88) *Μύθῳ κλεπτόμενον.* « Fabularum involucro sensim auctoritatem et fidem acquisivit apud imprudentes. »

(89) *Διὸς ταῦτα γοναί*, etc. Saturnus, Jovis pater, cum ab oraculo didicisset, ut Græci fabulantur, fore ut ab uno filiorum suorum regno pelleretur, mares omnes, qui ipsi nascebantur, devorabat. Cum igitur Rhea Jovem peperisset, ejus pulchritudine permota, furtim sublatum in Cretam misit, eique Curetes quosdam adjunxit, qui gravem sonum atque armorum crepitum excitarent, ut tali strepitu, infantis dei vagitum et vastum sonum tegere possent, ne forte Saturnus e cœlo vagitum audiens, ipsum quoque devoraret. Lapidem autem fasciis involutum, nati loco, Saturno devorandum reliquit.

(90) *Ἀπαρέσκωνται.* Reg. bm, ἀπαρέσκονται.

(91) *Ὀρχήσεις.* Sic tres Regg., duodecim Colb., etc. In ed., οἰχήσεις.

(92) *Οὐδὲ Φρυγῶν*, etc. In Phrygia, Rheæ delubrum erat, in quo Phryges festum celebrantes genitali membro excidebantur.

(93) *Κορύβαντες.* « Corybantes. » Cybeles, seu Rheæ Sacerdotes, qui tympanis et saltationibus Deæ festa agitabant.

(94) *Δημήτηρ.* Sic Regg. bm, ph. Comb. In ed., Διμήτηρ. Sic vocatur « Ceres, quæ puellam, seu Proserpinam » filiam, a Plutone raptam, per totum orbem vagando conquisivit. Eleusina etiam cognominatur ab Eleusis oppidi nomine, in quo Ceres a Rege Celeo Triptolemi patre liberalissime hospitio excepta est. Quamobrem ei omnem agriculturæ rationem commonstravit.

(95) *Τὴν.* Reg. ph, τῆς.

(96) *Μηρός.* Sic tres Regg. et tres Colb. In ed., μηρόν. Alludit ad fabulam Bacchi, qui ex Jovis femore natus fingitur.

(97) *Ἄλλο τι κεφαλή.* Minervam intelligit, e Jovis capite natam, juxta poetas.

(98) *Γεννωμένης.* Tres Colb. et Sav., γενωμένης.

(99) *Οὐδὲ Ταύρων*, etc. Apud Tauros in Scythia, erat delubrum Dianæ consecratum, in quo omnes Græci, qui peregrinando ad ea loca divertebant, immolabantur.

(1) *Καὶ Λακωνικῶν*, etc. Apud Lacædemonios in honorem Dianæ festum celebrabatur, in quo adolescentes verberibus corpus proscindentes, aram sanguine profundebant.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

quidem et Ityphalli, formis et actibus obsceni. Nec atrox Taurorum in hospites feritas, nec aræ affusus Spartanorum adolescentum cruor, flagris sese lacerantium, atque hac una in re male viriles animos gerentium, a quibus dea colitur, eaque virgo. Nam iidem, et mollitiem honori habuerunt et audaciam venerati sunt.

A ξαινομένων (2) ταῖς μάστιξι, καὶ τοῦτο μόνον κακῶς ἀνδριζομένων, οἷς τιμᾶται θεὰ, καὶ ταῦτα παρθένος. Οἱ γὰρ αὐτοὶ, καὶ μαλακίαν ἐτίμησαν, καὶ θρασύτητα ἐσεβάσθησαν.

V. Jam Pelopis dilaniationem, esurientes deos satiantem, ac sævam et inhumanam hospitalitatem, quo tandem loco pones? Quo item loco horrenda et caliginosa Hecatæ spectra, Trophoniique subterranea ludicra et vaticinia, aut Dodonææ quercus deliramenta, aut Delphicæ tripodis præstigias, aut fatidicos Castalii fontis latices? Quæ omnia hoc unum vaticinari minime potuerunt, nimirum silentium suum. Nec Magorum **680** ars sacrificandi, B atque ex victimarum incisione futurorum præsensio: nec Chaldæorum astrologia et nativitatum observatio, res nostras eodem cum sideribus motu volvens, cum tamen ipsi, nec quid sint, aut futuri sint, cognitum habere queant. Nec Thracum orgia hæc sunt, a quibus et religionem natam esse aiunt: nec Orphei sacra et mysteria, quem Græci sapientiæ nomine adeo suspexerunt, ut etiam lyram, quæ fidium pulsibus omnia pertraheret, ipsi effinxerint. Nec Mithræ justum adversus eos supplicium, qui hujusmodi sacris initiari sustinent. Nec Osiridis lacerationes, alia calamitas, quæ apud Ægyptios colitur. Nec Isidis infortunia, atque hirci Mendesiis ipsis venerabiliores; nec Apidis præsepe, hoc est, vituli, Memphitarum vecordia ad C luxum abutentis. Nec omnes ii honores, quibus Nilum dedecorant, illum, inquam, frugum parentem, ut ipsi prædicant, spicisque copiosum et locupletem, atque ubertatem cubitis metientem.

Ε'. Ποῦ δὲ θήσεις τὴν Πέλοπος (3) κρεουργίαν, πεινῶντας θεοὺς ἐστιῶσαν, καὶ φιλοξενίαν πικρὰν καὶ ἀπάνθρωπον; ποῦ δὲ Ἑκάτης (4) τὰ φοβερὰ καὶ σκοτεινὰ φάσματα, καὶ Τροφωνίου (5) κατὰ γῆς παίγνια καὶ μαντεύματα, ἢ Δωδωναίας δρυὸς (6) λῆρήματα, ἢ τρίποδος Δελφικοῦ (7) σοφίσματα, ἢ Κασταλίας (8) μαντικὸν πόμα; Τοῦτο μόνον οὐ μαντευσάμενα, τὴν ἑαυτῶν σιωπήν. Οὐδὲ Μάγων (9) θυτικὴ, καὶ πρόγνωσις ἔντομος· καὶ Χαλδαίων (10) ἀστρονομία καὶ γενεθλιαλογία, τῇ τῶν οὐρανίων κινήσει συμφέρουσα (11) τὰ ἡμέτερα, τῶν μηδὲ ἑαυτοὺς ὅ τί ποτε εἰσὶν, ἢ ἔσονται, γνῶναι δυναμένων· οὐδὲ Θρᾳκῶν ὄργια (12) ταῦτα, παρ' ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν, ὡς λόγος· οὐδὲ Ὀρφέως τελεταὶ καὶ βυστήρια, ὃν τοσοῦτον Ἕλληνες ἐπὶ σοφίᾳ ἐθαύμασαν, ὥστε καὶ λύραν αὐτῷ ποιοῦσι, πάντα τοῖς κρούμασιν ἕλκουσαν· οὐδὲ Μίθρου (13) κόλασις ἔνδικος, κατὰ τῶν μυεῖσθαι τὰ τοιαῦτα ἀνεχομένων· οὐδὲ Ὀσίριδος σπαραγμοὶ, ἄλλη συμφορὰ τιμωμένη παρ' Αἰγυπτίοις· οὐδὲ Ἶσιδος (14) ἀτυχήματα, καὶ τράγοι Μενδησίων (15) αἰδεσιμώτεροι, καὶ Ἄπιδος φάτνη, μόσχου καταπρυφῶντος τῆς Μεμφιτῶν εὐηθείας· οὐδ' ὅσα τὸν Νεῖλον ταῖς τιμαῖς καθυβρίζουσι, τὸν καρποδότην, ὡς ἀνυμνοῦσιν αὐτοὶ, καὶ εὔσταχυν (16), καὶ μετροῦντα τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς πήχεσιν.

VI. Mitto enim reptilium et vilium animalculorum honores, ac profusam obscenitatem; quorum privatim quidem sua cuique sacra et festa

Ϛ'. Ἐῶ γὰρ λέγειν ἑρπετῶν καὶ κνωδάλων τιμὰς καὶ τὸ τῆς ἀσχημοσύνης φιλότιμον· ὧν καθ' ἕκαστον ἰδία τις τελετὴ καὶ πανήγυρις (17), καὶ κοινὸν τὸ τῆς

(2) *Ξαινομένων*. Nicetas, quem sequitur Billius, legit, παρ' ἀλλήλων, « invicem; » quamvis desit in codicibus.

(3) *Πέλοπος*, etc. Tantalus deos quondam hospitio excepisse dicitur, filiumque Pelopem mactatum, ac ferventi aqua coctum, iis apposuisse.

(4) *Ποῦ δὲ Ἑκάτης*. Nonnulli per Hecaten, Lunam intelligunt. Alii deam noctu obambulantem, leonum curru vectam, ac serpentibus et draconibus undique cinctam.

(5) *Τροφωνίου*, etc. Trophonius gloriæ cupidus, et deus apud homines haberi cupiens, in subterraneam quamdam specum se abdidit, ibique vitam finivit. Dæmon quidam in ea specu sibi domicilium constituens, seque Trophonium esse mentiens, oraculis homines fallebat.

(6) *Δωδωναίας δρυός*. Dodona, Chaoniæ in Epiro civitas, juxta quam erat Dodonia silva, Jovi sacra, et tota quercubus consita, quæ vocales fuisse dicuntur et oracula reddidisse.

(7) *Τρίποδος Δελφικοῦ*. Delphis in Bœotia, juxta Parnassum montem, erat oraculum toto terrarum orbe celeberrimum, quod, nato Christo, prorsus obmutuit.

(8) *Κασταλίας*. Fons ad Parnassi radicem, Apollini et Musis sacer.

(9) *Μάγων*. Magi, genere Medi sunt. Ili autem animalia mactabant, atque ex jecoris fibris, ipsiusque sanguinis eruptione, futurorum conjecturam faciebant.

(10) *Χαλδαίων*. Chaldæi celebres, utpote qui ex astrorum contemplatione plurima observabant et conjectabant.

(11) *Συμφέρουσα*. Reg. c, Nicet. et Comb., συμπεριφέρουσα.

(12) *Θρᾳκῶν ὄργια*. Thraces primi fuerunt, qui Deos colere didicerunt. Unde θρησκεία, « religio, » a Thracibus nomen duxit. Ipsis etiam Thracibus « Orgia », id est, mysteria et sacra festa tradidit Orpheus.

D (13) *Μίθρου*. « Mithræ, » id est, « Solis, » qui præcipue apud Chaldæos colebatur. Qui ejus sacris initiandi erant, per duodecim suppliciorum genera ducebantur, per famem scilicet, ignem, frigus, aliaque hujusmodi.

(14) *Ὀσίριδος ... Ἶσιδος*. Isis Ægyptiorum dea, prius Io apud poetas vocabatur. Finxit Fabula Isidem a Jove deamatam, in juvencam mutatam fuisse. Juno autem fraude cognita, œstro pellici immisso, summis eam doloribus exagitavit. Tandem pristinæ formæ restituta, in Ægyptum fugit, ubi Osiridi nupsit. Quibus mortuis, Isim et Osiridim inter deos annumerarunt Ægyptii.

(15) *Τράγοι Μενδησίων*, etc. Mendesium urbs est Ægypti, in qua hircus pro deo habebatur.

(16) *Εὔσταχυν*. Sic plerique codd. In ed., ἄσταχυν.

(17) *Πανήγυρις*. Sic quatuor Regg., decem Colb., duo Coisl., Or. 1, etc. In ed., αυστηοιον

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κακοδαιμονίας ἐφ' ἅπασιν· ὡς εἴπερ ἀσεβεῖν αὐτοὺς ἔδει πάντως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀποπεσεῖν, εἰς εἴδωλα κατενεχθέντας, καὶ τέχνης ἔργα, καὶ χειρῶν πλάσματα, μὴ ἂν ἄλλο τι κατ' αὐτῶν εὔξασθαι τούς γε νοῦν ἔχοντας, ἢ τοιαῦτα σεβασθῆναι, καὶ οὕτω τιμῆσαι, ἵνα τὴν ἀντιμισθίαν, ἣν ἔδει τῆς πλάνης, ὡς φησι Παῦλος, ἀπολαμβάνωσιν, ἐν οἷς σέβονται· οὐ μᾶλλον τιμῶντες, ἢ δι' ἐκείνων (18) ἀτιμαζόμενοι. Βδελυκτοὶ τῆς πλάνης, βδελυκτότεροι τῆς εὐτελείας τῶν προσκυνουμένων καὶ σεβομένων, ἵνα καὶ αὐτῶν τῶν τιμωμένων ὦσιν ἀναισθητότεροι, τοσοῦτον ὑπερβάλλοντες ἀνοίᾳ, ὅσον εὐτελείᾳ τὰ προσκυνούμενα.

A erant, communiter tamen omnia ad horrendam perditamque impietatem tendebant; adeo ut, si quidem omnino eos impietate constringi, atque ad simulacra et artis opera manuumque figmenta prolapsos, a Dei gloria dejici oportebat, nihil aliud ipsis cordati homines imprecari possent, quam ut talia venerarentur, talibusque honoribus afficerent, ut erroris mercedem, quam decebat, ut ait Paulus [99], per hujusmodi venerationem reciperent; non magis ea numina per seipsos honorantes, quam ipsi per ea dedecus atque infamiam sibiipsis inurentes. Exsecrabiles quidem illi ob errorem, exsecrabiliores autem ob eorum, quæ venerantur atque adorant, vilitatem; ita ut iis etiam, quæ colunt, stupidiores se præbeant, tantumque ea dementia et stoliditate superent, quantum ab iis, quæ adorant, vilitate superantur.

Ζ'. Ταῦτα μὲν οὖν παιζέτωσαν Ἑλλήνων παῖδες, καὶ δαίμονες, παρ' ὧν ἐκείνοις ἡ ἄνοια, τὴν τοῦ Θεοῦ τιμὴν εἰς ἑαυτοὺς μεθελκόντων, καὶ ἄλλους ἄλλως κατατεμνόντων εἰς αἰσχρὰς δόξας καὶ φαντασίας, ἀφ' οὗ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς ἐκβαλόντες ἡμᾶς, τῷ ξύλῳ τῆς γνώσεως οὐ κατὰ καιρὸν, οὐδ' ἐπιτηδείως μεταληφθείσης (19), ὡς ἀσθενεστέρους ἤδη κατέδραμον, τὸν ἡγεμόνα νοῦν συναρπάσαντες, καὶ τοῖς πάθεσι θύραν ἀνοίξαντες. Οὐ γὰρ ἔφερον, φύσις ὄντες φθονερὰ καὶ μισάνθρωπος, μᾶλλον δὲ διὰ τὴν ἑαυτῶν κακίαν γενόμενοι, τοὺς κάτω τῶν ἄνω τυχεῖν, αὐτοὶ πεσόντες ἐπὶ γῆς ἄνωθεν, οὐδὲ τοσαύτην μετάστασιν γενέσθαι τῆς δόξης, καὶ τῶν πρώτων φύσεων. Τοῦτό ἐστιν ὁ δωγμὸς τοῦ πλάσματος· διὰ τοῦτο ἡ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ καθυβρίσθη· καὶ καθὼς οὐκ ἐδοκιμάσαμεν φυλάξαι τὴν ἐντολὴν, παρεδόθημεν τῇ αὐτονομίᾳ τῆς πλάνης (20)· καὶ καθὼς ἐπλανήθημεν, ἠτιμάσθημεν ἐν οἷς ἐσεβάσθημεν. Οὐ γὰρ τοῦτο μόνον δεινὸν, τὸ πεποιημένους ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις (21), εἰς δόξαν καὶ ἔπαινον τοῦ πεποιηκότος, καὶ Θεοῦ μίμησιν, ὅσον ἐφικτὸν, ὁρμητήριον γενέσθαι παντοίων παθῶν, βοσκομένων κακῶς καὶ δαπανώντων τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὸ (22) καὶ θεοὺς στήσασθαι (23) συνηγόρους τοῖς πάθεσιν, ἵνα μὴ μόνον ἀνεύθυνον τὸ ἁμαρτάνειν, ἀλλὰ καὶ θεῖον νομίζηται, εἰς τοιαύτην καταφεῦγον ἀπολογίαν, τὰ προσκυνούμενα.

B VII. Atque hæc quidem ludant gentiles, ac dæmones, a quibus illi in hanc amentiam impelluntur, dum nimirum Dei **681** honorem ad seipsos detorquent, atque in turpes sententias, et rerum species, alios alio modo discindunt, ex quo nos per scientiæ lignum minus tempestive et commode perceptum, vitæ ligno exturbatos, velut jam infirmiores, exagitarunt, gubernatrice mente abrepta, januaque vitiosis animi affectionibus patefacta. Nec enim ferre poterant, cum invidia atque odio adversus hominem suapte natura flagrarent, vel, ut rectius loquar, propter vitium suum in hunc habitum degenerassent, terrenos homines supernis bonis frui, cum ipsi e cœlo in terram corruissent, nec tantam gloriæ, pristinæque ipsorum naturæ mutationem fieri. Idcirco persecutio adversus Dei figmentum excitata est; idcirco Dei imago probro et dedecore affecta. Et quemadmodum mandato parere recusavimus, ita licentiæ erroris traditi sumus; et quemadmodum aberravimus, ita vicissim in iis, quibus cultum et venerationem adhibuimus, probro et ignominia perfusi sumus. Nec enim hoc solum grave et indignum est, quod, cum ad bona opera, in opificis laudem et gloriam, Deique, quantum fas est, imitationem, creati essemus, omnis generis vitiorum, quæ intestinum hominem misere depascunt atque consumunt, sedes et propugnaculum facti sumus; sed etiam quod Deos vitiorum patronos effinximus, ut peccatum, non modo crimine careat, sed etiam divinum censeatur, ad ea videlicet, quæ pro diis adorantur, defensionis causa confugiens.

Η'. Ἡμῖν δὲ ὥσπερ ἐχαρίσθη τὸ φυγοῦσαι τὴν δεισιδαίμονα πλάνην, μετὰ τῆς ἀληθείας γενέσθαι, καὶ δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ, καὶ τὴν κτίσιν ὑπεραναβῆναι, πάντα περάσασιν, ὅσα ὑπὸ χρόνον καὶ πρώτην κίνησιν· οὕτω καὶ εἴδωμεν (24), καὶ φιλοσοφήσωμεν τὰ περὶ Θεοῦ καὶ τὰ θεῖα. Φιλοσοφήσωμεν δὲ, ἀρχόμενοι (25), ὅθεν ἄρχεσθαι ἄμεινον· ἀμει-

D VIII. At vero, quemadmodum nobis divino beneficio concessum est, ut, superstitioso errore fuga relicto, a veritate stemus, ac Deo vivo et vero serviamus, et supra creaturam assurgamus, omnia, quæ tempori primæque motioni subjacent, trajicientes; ita etiam faciendum est, ut ea, quæ de Deo, ac divina sunt, cognoscamus, de iisque disse-

[99] Rom. I, 23 sqq.

(18) *Τιμῶντες, ἢ δι' ἐκείνων.* Quinque Regg., tres Colb., duo Coisl., τιμῶντες τὰ σεβάσματα, ἢ δι' ἑαυτῶν. Sic legit Billius.

(19) *Μεταληφθείσης.* Sic quinque Regg., octo Colb., Or. 1 et Bas. ed. Unus Colb. habet, μεταληφθέντι. Sic legit Bill. Prave in Par. ed., μεταληφθέντος.

(20) *Αὐτονομίᾳ τῆς πλάνης.* Bill. : « erroris libertati. »

(21) *Ἐπ' ἀγαθοῖς ἔργοις*, etc. Bill. : « propter bona opera, hoc est, ad opificis laudem, » etc.

(22) *Ἀλλὰ τό.* Comb., ἀλλὰ καὶ τὸ.

(23) *Στήσασθαι.* « Constituimus. »

(24) *Εἴδωμεν.* Sic Regg. bm, ph, tres Colb., etc. In ed., ἴδωμεν.

(25) *Ἀρχόμενοι.* Deest in duobus Regg. et Or. 1.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ramus. Disseremus autem, hinc, unde satius est, initium ducentes. Hinc porro satius est, unde Salomon nobis legem statuit. *Principium sapientiæ*, inquit, *posside sapientiam* [1]. Quidnam hoc vocat principium sapientiæ? Timorem [2]. Neque enim ea nobis ratio ineunda est, ut a contemplatione auspicantes, in timorem desinamus (effrenata enim contemplatio in præcipitia quoque fortasse nos impulerit); verum ut timoris rudimentis imbuti, et purgati, atque, ut hoc verbo utar, attenuati, in altum efferamur. Ubi enim timor est, illic quoque **682** mandatorum observatio: ubi autem mandatorum observatio, illic etiam carnis, quæ, nubis cujusdam instar, animæ lumen obscurat, nec divini radii splendorem pure intueri sinit, purgatio est. Porro ubi purgatio, illic illuminatio; illuminatio autem, desiderii summa est, iis utique qui maximarum rerum, vel potius maximæ rei, atque adeo magnitudinem omnem superantis, cupiditate flagrant.

νον δὲ, ὅθεν Σολομὼν ἡμῖν ἐνομοθέτησεν· *Ἀρχὴ σοφίας*, φησὶ, *κτῆσαι* (26) *σοφίαν*· τί τοῦτο λέγων ἀρχὴν σοφίας; Τὸν φόβον. Οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ἀρξαμένους, εἰς φόβον χρὴ καταλήγειν (θεωρία γὰρ ἀχαλίνωτος τάχα ἂν καὶ κατὰ κρημνῶν ὤσειεν)· ἀλλὰ φόβῳ στοιχειουμένους, καὶ καθαιρομένους, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, λεπτυνομένους, εἰς ὕψος αἴρεσθαι. Οὗ γὰρ φόβος, ἐντολῶν τήρησις· οὗ δὲ ἐντολῶν τήρησις, σαρκὸς κάθαρσις, τοῦ ἐπιπροσθοῦντος τῇ ψυχῇ νέφους, καὶ οὐκ ἐῶντος καθαρῶς ἰδεῖν τὴν θείαν ἀκτῖνα· οὗ δὲ κάθαρσις, ἔλλαμψις· ἔλλαμψις δὲ, πόθου πλήρωσις, τοῖς τῶν μεγίστων (27), ἢ τοῦ μεγίστου, ἢ ὑπὲρ τὸ μέγα ἐφιεμένοις.

IX. Quocirca se quemque prius purgare oportet, atque ita demum cum puro consuetudinem habere; ne alioqui nobis idem quod Israeli, accidat, vultus Mosaici gloriam non ferenti, ac propterea velamine opus habenti [3]: aut eodem, quo Manue, modo afficiamur, ac dicamus: *Periimus, mulier, Deum vidimus* [4], cum videlicet Dei species ipsi objecta esset; aut, Petri instar, Jesum a navicula [5] submoveamus, utpote tali præsentia indigni (Petrum autem cum dico, quem virum dico? Eum, qui super fluctus ambulavit). Aut oculorum sensu orbemur, quemadmodum Paulo accidit, cum, priusquam a persecutionibus expiatus esset, colloquium cum eo, quem persequebatur, miscuisset, vel potius, exiguo magni illius luminis splendore perstrictus fuisset [6]: aut denique, ut centurio ille, medicinam ita requiramus, ut tamen laudabili timore perterriti, medicum in ædes nostras non admittamus. Proinde dicat quoque ex nobis quispiam, quandiu nondum purgatur, sed adhuc centurio est, in multos vitii principatum tenens, ac Cæsari, hoc est, mundi principi, eorumque, qui humi volutantur, domino militat: *Non sum dignus, ut intres sub tectum meum* [7]. Cum autem Jesum conspexerit, quamvis spirituali statura parvus, ut Zachæus ille, ac super sycomorum evectus fuerit [8], mortificatis videlicet membris, quæ super terram sunt [9], atque humilitatis corpore superato, tum vero Verbum excipiat, et audiat: *Hodie salus huic domui* [10], salutemque accipiat, ac perfectiores fructus ferat, præclare spargens et effundens, quæ ex telonii lucris male collegerat.

(75) *Ἰακώβ*, etc. Per « Jacob, Athanasium » intelligit. Per « Esau, Georgium, » qui, ejecto Athanasio, in ejus locum subrogatus fuerat.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τοῖς πολλοῖς δάκρυον (76) εἰς μνήμην ἰόντα καὶ ἀκουόμενα.

ΜΖ'. Ἐπεὶ δὲ πάντα διεξελθὼν, ἐπὶ τὴν ἄσειστον καὶ ἀνεπηρέαστον τήνδε τῶν Ἐκκλησιῶν μητέρα, ὡς δουλωσόμενος, ὥρμησε, καὶ τὸν λειπόμενον ἔτι μόνον (77) ζωτικὸν σπινθῆρα τῆς ἀληθείας· τότε πρῶτον ᾔσθετο κακῶς βουλευσάμενος. Ὡς γὰρ βέλος ἰσχυροτέρῳ προσπεσὸν, ἀπεκρούσθη (78), καὶ ὡς καλῶς ῥαγεὶς, ὑπεχώρησε. Τοιούτῳ τῷ προστάτῃ τῆς Ἐκκλησίας ἐνέτυχε, καὶ τοσούτῳ προβόλῳ περιῤῥαγεὶς διελύθη. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα λεγόντων τε καὶ ἱστορούντων, τῶν τότε πεπειραμένων, ἔστιν ἀκούειν· ἱστορεῖ δὲ οὐδεὶς, ὅστις οὐ τῶν ἁπάντων. Ἀλλὰ τοσοῦτοι θαυμάζουσιν, ὅσοι τοὺς τότε ἀγῶνας γνωρίζουσι, τὰς προσβολὰς, τὰς ὑποσχέσεις, τὰς ἀπειλὰς, τοὺς ἐκ τοῦ δικαστικοῦ τάγματος προσπεμπομένους (79) αὐτῷ, καὶ πείθειν ἐπιχειροῦντας, τοὺς ἐκ τοῦ στρατιωτικοῦ, τοὺς ἐκ τῆς (80) γυναικωνίτιδος, τοὺς ἐν γυναιξὶν ἄνδρας, καὶ ἐν ἀνδράσι γυναῖκας, τοὺς τοῦτο μόνον ἀνδρικοὺς τὴν ἀσέβειαν· οἱ τὸ φυσικῶς ἀτελγαίνειν οὐκ ἔχοντες, ᾧ δύνανται (81) μόνον, τῇ γλώσσῃ πορνεύουσι (82)· τὸν ἀρχιμάγειρον Ναβουζαρδὰν (83), τὰς ἐκ τῆς τέχνης μαχαίρας ἐπαπειλοῦντα, καὶ τῷ οἰκείῳ πυρὶ πεμπόμενον. Ὃ δὲ μάλιστά μοι τῶν ἐκείνου θαυμάσιον, καὶ οὐδὲ βουλομένῳ παρελθεῖν δυνατὸν. τοῦτο δώσω τῷ λόγῳ συνελὼν ὅσον ἐνδέχεται.

ΜΗ'. Τίς οὐκ οἶδε τὸν τηνικαῦτα ὕπαρχον (84), πολλῷ μὲν τῷ οἰκείῳ θράσει καθ' ἡμῶν μάλιστα χρώμενον (ἐπειδὴ καὶ παρ' ἐκείνων ἦν τῷ βαπτίσματι τελεσθεὶς, ἢ συντελεσθεὶς (85)), πλείω δὲ τῶν ἀναγκαίων ὑπηρετοῦντα τῷ ἐπιτάττοντι, καὶ διὰ τοῦ πάντα χαρίζεσθαι, τὸ κράτος ἑαυτῷ συντηροῦντα καὶ φυλάττοντα χρονιώτερον; Τούτῳ βρέμοντι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ λεόντειον μὲν τὸ εἶδος προβεβλημένῳ, λεόντειον (86) δὲ βρυχωμένῳ, καὶ μηδὲ προσιτὸν (87) τοῖς πλείοσιν (88), ὁ γεννάδας ἐκεῖνος εἰσάγεται· μᾶλλον δὲ, εἴσεισιν, ὥσπερ εἰς ἑορτὴν, οὐκ εἰς κρίσιν καλούμενος. Πῶς ἂν ἀξίως διηγησάμην, ἢ τὴν τοῦ ὑπάρχου θρασύτητα, ἢ τὴν τοῦ ἀνδρὸς πρὸς αὐτὸν μετὰ συνέσεως ἔνστασιν; Τί σοι, φησὶν, ὦ οὗτος (89), βούλεται, τοὔνομα προσει-

etiam, quam in lucem prodiisset, odio habitus[28], subrogaretur. Habetis primorum ipsius facinorum historiam, quorum ipsa quoque commemoratio et auditio multis etiamnum lacrymas movet.

XLVII. Ut vero peragratis omnibus oppidis, ad hanc firmam et inoffensam Ecclesiarum matrem se contulit ut eam in potestatem redigeret, ac vitalem illum veritatis igniculum, qui solus supererat, exstingueret; tum primum se malum consilium iniisse sensit. Nam, ut sagitta in durius ac solidius corpus incidens, repulsus est, et rudentis instar effractus, cessit. In talem Ecclesiæ antistitem incidit: in tantum scopulum impactus sese infregit ac dissolvit. Atque alia quidem ex eorum, **806** qui tunc periculum fecerunt, sermone ac commemoratione accipere licet; nemo autem est, qui non hæc memoriæ prodat. Verum ii demum admiratione afficiuntur, quibus cognita sunt temporis illius certamina, insultus, pollicitationes, minæ; illi ex judicum classe, qui ad eum mittebantur, cumque flectere ac permovere conabantur; illi ex militari ordine; illi ex gynæceo; illi inter feminas viri, et inter viros feminæ, nec virile quidquam præter impietatem habentes; qui cum naturali modo libidini operam dare nequeant, quod unum possunt, lingua scortantur; ille denique Nabuzardan, coquorum præfectus, artis suæ gladios minitans, atque ad ignem sibi congruentem transmissus. Ego vero id, quod ex omnibus ejus laudibus summe admiror, et quod, ne si cupiam quidem, præterire queam, breviter, quoad ejus fieri poterit, exponam.

XLVIII. Eccui tandem incognitus ille est, qui tunc apud nos præfecti munere fungebatur, tum suapte audacia adversus nos præsertim inflammatus (nam ab illis quoque baptismatis aqua tinctus, vel potius, submersus fuerat); tum etiam amplius, quam necesse esset, imperatori subserviens, atque ex eo quod illi omnibus in rebus obsequeretur, diuturnius imperium sibi conservans? Ad hunc, adversus Ecclesiam frementem, leonisque speciem præ se ferentem, ac leonis more rugientem, atque ejusmodi, ut a multis ne adiri quidem posset, vir fortis adducitur; imo vero, ingreditur, perinde ac si non ad judicium, sed ad festum vocaretur. Quonam autem modo, vel præfecti audaciam, vel Basilii virtutem et sapientiam, eam, inquam, qua ei restitit,

[28] Rom. IX, 11.

(76) *Δάκρυον*. Reg. ph, δάκρυα.
(77) *Μόνον*. Deest in Reg. c et Pass.
(78) *Ἀπεκρούσθη*. In quibusdam, διελύθη. In aliis, διερράγη, et διεχύθη.
(79) *Προσπεμπομένους*. Comb. et Pass., προπεμπομένους, « quos Valens præmittebat. »
(80) *Τοὺς ἐκ τῆς*. Sic tres Regg., Pass. et Comb. In ed., τοὺς ἐκ τοῦ.
(81) *ὯΙ δύνανται*. Duo Regg. et Comb., ὃ δύνανται.
(82) *Γλώσσῃ πορνεύουσι*. Prævaricatio in Deum quoddam fornicationis genus est. Unde David psal. CV, 39, « Fornicati sunt in adinventionibus suis. » Hic autem Gregorius aulicos, qui fere omnes Ariana hæresi infecti erant, « Spadones » vocat.
(83) *Ναβουζαρδὰν*. Intelligit « Demosthenem, » quem Valens ad Basilium præmiserat, quemadmodum Nabuchodonosor misit Nabuzardan Jerusalem, ut civitatem incenderet.
(84) *Ὕπαρχον*. Modestus is erat præfectus.
(85) *Παρ' ἐκείνων. . . συντελεσθείς*. Coisl. 2, παρ' ἐκείνῳ. Hic, juxta Nicetam, συντελεσθῆναι, idem est quod καταποντισθῆναι, « submergi. » Bill. « Ab illis. . . confectus fuerat. »
(86) *Λεόντειον*. In quibusdam, λεοντᾶον.
(87) *Προσιτόν*. Or. 2, προσιτῷ.
(88) *Τοῖς πλείοσιν*. Sic codd. Deest τοῖς in ed.
(89) *Σοι. . . ὦ οὗτος*. Sic codd. Prave in ed., σοι. . . ᾧ οὗτος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

satis digna oratione complectar? *Quæ tua est*, inquit, *ratio, heus tu*, nomine illum compellans (nondum enim eum episcopum vocare dignabatur); *ut tanto imperatori obsistere audeas, solusque omnium contumaciter te geras? Quorsum*, respondit Basilius, *hæc oratio spectat, et quænam hæc contumacia et arrogantia? Nondum enim id satis intelligo. Quoniam*, inquit ille, *imperatoris religionem minime colis, omnibus aliis jam inclinatis ac superatis. Non enim*, inquit Basilius, *hæc vult imperator meus, nec rem ullam creatam adorare sustineo,* **807** *cum et ipse a Deo creatus sim, et deus esse jubear. Nos vero*, inquit ille, *quid tandem tibi videmur? Nihilne sumus qui hæc jubemus? Quid igitur? Non magnum et honorificum existimas ad nostras partes adjungi, sociosque nos habere?* Ad hæc Basilius : *Vos quidem præfecti estis, et quidem illustres, non inficias eo; minime tamen Deo præstantiores. Socios autem vos habere mihi quidem amplum et honorificum sed ut alios quosdam ex his, qui nobis subjecti sunt.*

A πὼν (οὔπω γὰρ ἐπίσκοπον ἠξίου καλεῖν), *τὸ κατὰ τοσούτου κράτους τολμᾷr, καὶ μόνον τῶν ἄλλων ἀπανθαδιάζεσθαι; Τοῦ χάριν*, ὁ γεννάδας φησὶ, *καὶ τίς ἡ ἀπόνοια; Οὔπω γὰρ ἔχω γινώσκειν. Ὅτι μὴ τὰ βασιλέως θρησκεύεις*, φησὶ, *τῶν ἄλλων ἁπάντων ὑποκλιθέντων καὶ ἡττημένων. Οὐ γὰρ ταῦτα*, ἔφη, *βασιλεὺς ὁ ἐμὸς βούλεται· οὐδὲ κτίσμα τι προσκυνεῖν ἀνέχομαι, Θεοῦ τε κτίσμα τυγχάνων, καὶ θεὸς εἶναι κεκελευσμένος. Ἡμεῖς δὲ τί σοι δοκοῦμεν; Ἢ οὐδὲν* (90), ἔφη, *ταῦτα προστάττοντες; Τί δαί; οὐ μέγα σοι τὸ μεθ' ἡμῶν τετάχθαι, καὶ κοινωνοὺς ἔχειν ἡμᾶς; Ὑπαρχοι μὲν*, φησὶν, *ὑμεῖς, καὶ τῶν ἐπιφανῶν, οὐκ ἀρνήσομαι· οὕπω δὲ Θεοῦ τιμιώτεροι. Καὶ τὸ κοινωνοὺς ἔχειν, μέγα μὲν (πῶς γὰρ οὔ; πλάσμα* B *Θεοῦ καὶ ὑμεῖς), ἀλλ' ὡσεί τινας ἄλλους τῶν ὑφ' ἡμῖν* (91) *τεταγμένων. Οὐ γὰρ προσώποις τὸν Χριστιανισμὸν; ἀλλὰ πίστει χαρακτηρίζεσθαι.*

XLIX. Hac oratione commotus præfectus, ac majori ira succensus, de subsellio surrexit, atque asperioribus verbis cum eo agere perrexit. *Quid? Potestatem hanc non pertimescis? Cur vero pertimescerem*, inquit Basilius? *Quid fiet? Quid patiar? Quid patieris*, intulit ille? *Unum e tam multis, quæ meæ sunt potestatis. Quænam hæc*, subjungit Basilius? *Fac enim intelligamus. Bonorum*, inquit ille, *proscriptionem, exsilium, cruciatus, mortem.* Tum Ba- C *silius : Si quid aliud habes, id nobis minitare. Horum enim, quæ adhuc commemorasti, nihil nos attingit. Quonam modo*, inquit ille? *Quoniam*, inquit Basilius, *bonorum proscriptioni obnoxius non est, qui nihil habet; nisi forte luceris et detritis hisce pannis indiges ac paucis libellis, in quibus omnes mihi facultates et copiæ sunt. Exsilium autem haud cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum; ac neque terram hanc, quam nunc incolo, meam habeo, et eam omnem, in quam projectus fuero, pro mea duco; imo, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cujus advena ego sum et peregrinus. Jam tormenta quid accipere queant, cum corpus desit, nisi forte primam plagam dixeris? Hujus enim solius penes te arbitrium et potestas est. Mors porro beneficii mihi loco erit; cilius enim me ad Deum transmittet, cui vivo et servio, maximaque ex parte mortem obii, et ad quem jampridem propero.*

Μθ'. Τότε δὴ κινηθέντα τὸν ὕπαρχον, ζέσαι τε πλέον τῷ θυμῷ, καὶ τῆς καθέδρας ἐξαναστῆναι, καὶ τραχυτέροις πρὸς αὐτὸν χρήσασθαι λόγοις. *Τί δαί; οὐ φοβῇ τὴν ἐξουσίαν*, φησίν; *Μὴ τί γένηται; μὴ δὲ τί πάθω; Μὴ τί; Τῶν πολλῶν ἓν, ἃ τῆς* (92) *ἐμῆς δυναστείας ἐστίν. Τίνα ταῦτα; γνωρίζέσθω γάρ ἡμῖν. Δήμευσιν, ἐξορίαν, βασάνους, θάνατον. Εἴ τι ἄλλο*, φησὶν, *ἀπείλει· τούτων γὰρ οὐδὲν ἡμῶν ἅπτεται.* Καὶ τὸν εἰπεῖν· *Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Ὅτι τοι*, ἔφη, *δημεύσει μὲν οὐχ ἁλωτὸς, ὁ μηδὲν ἔχων, πλὴν εἰ τούτων χρήσεις* (93) *τῶν τρυχίνων μου ῥακίων, καὶ βιβλίων ὀλίγων, ἐν οἷς ὁ πᾶς ἐμοὶ βίος. Ἐξορίαν δὲ οὐ γινώσκω, ὁ μηδενὶ τόπῳ περίγραπτος, καὶ μήτε ταύτην ἔχων ἐμὴν, ἣν οἰκῶ νῦν, καὶ πᾶσαν ἐμὴν, εἰς ἣν ἂν ῥιφῶ· μᾶλλον δὲ, τοῦ Θεοῦ* (94) *πᾶσαν, οὗ πάροικος ἐγὼ καὶ παρεπίδημος. Αἱ βάσανοι δὲ, τί ἂν λάβοιεν, οὐκ ὄντος σώματος, πλὴν εἰ τὴν πρώτην λέγοις πληγήν; Ταύτης γὰρ σὺ μόνης* (95) *κύριος. Ὁ δὲ θάνατος εὐεργέτης. Καὶ γὰρ θᾶττον πέμψει με πρὸς Θεὸν, ᾧ ζῶ, καὶ πολιτεύομαι* (96), *καὶ τῷ πλείστῳ* (97), *τέθνηκα, καὶ πρὸς ὃν ἐπείγομαι πόρρωθεν.*

L. Quo sermone obstupefactus præfectus : *Nemo*, inquit, *me* (nomenque suum adjungit), *ad hunc usque diem, ita, nec pari verborum libertate, est allocutus. Neque enim*, ait Basilius, *fortasse in epi-*

Ν'. Τούτοις καταπλαγέντα τὸν ὕπαρχον, *Οὐδεὶς*, φάναι, *μέχρι τοῦ νῦν οὕτως ἐμοὶ διείλεκται, καὶ μετὰ τοσαύτης τῆς παῤῥησίας*, τὸ ἑαυτοῦ (98) προσθεὶς ὄνομα. *Οὐδὲ γὰρ ἐπισκόπῳ ἴσως*, φη-

(90) *Ἢ οὐδέν*, etc. Bill. « nihil sane, inquit Basilius, dum hæc jubetis. » Sed perperam hæc verba Basilio tribuit. Codices bm et ph indicant hæc verba esse præfecti. Ad illorum enim codicum oram legitur : « loquente præfecto : Nihilne, » etc.

(91) *Ὑφ' ἡμῖν*. Coisl. 1, Par., Jes., ὑφ' ὑμῶν. Pass., ὑφ' ὑμῖν. « qui vobis subjecti sunt. »

(92) *Μὴ τί; Τῶν πολλῶν ἓν ἃ τῆς*, etc. Reg. Cypr., Μήτι τῶν πολλῶν ἓν κάμψῃ σε, ἃ τῆς, etc. Quam lectionem probat Combefisius, et vertit : « Ne unum e multis, quæ meæ sunt potestatis, frangat te, et de sententia dimoveat. »

(93) *Χρήσεις*. Par., χρῄζεις.

(94) *Τοῦ Θεοῦ*. Sic sex Regg. et Or. 2. In ed. deest, τοῦ.

(95) *Μόνης*. Pass., μόνος.

(96) *Καὶ πολιτεύομαι*. Pass. καὶ ᾧ πολίτευμαι.

(97) *Πλείστῳ*. Chrys. et Pass. addunt, μέρει.

(98) *Τὸ ἑαυτοῦ*.« Suum. » Reg. c, τὸ αὐτοῦ, « illius, » nempe, « Basilii. »

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σὶν (99), *ἐνέτυχες· ἢ πάντως ἂν τοῦτον διελέχθη τὸν τρόπον, ὑπὲρ τοιούτων ἀγωνιζόμενος. Τἄλλα μὲν γὰρ ἐπιεικεῖς ἡμεῖς, ὕπαρχε, καὶ παντὸς ἄλλου ταπεινότεροι, τοῦτο τῆς ἐντολῆς κελευούσης· καὶ μὴ ὅτι τοσούτῳ κράτει, ἀλλὰ μηδὲ τῶν τυχόντων ἐπὶ* (1) *τὴν ὀφρὺν αἴροντες. Οὗ δὲ Θεὸς τὸ κινδυνευόμενον καὶ προκείμενον, τἄλλα περιφρονοῦντες, πρὸς αὐτὸν* (2) *μόνον βλέπομεν. Πῦρ δὲ, καὶ ξίφος, καὶ θῆρες, καὶ οἱ τὰς σάρκας τέμνοντες ὄνυχες, τρυφὴ μᾶλλον ἡμῖν εἰσιν, ἢ κατάπληξις. Πρὸς ταῦτα ὕβριζε, ἀπείλει, ποίει πᾶν ὅ τι οὖν ἂν ᾖ* (3) *βουλομένῳ σοι, τῆς ἐξουσίας ἀπόλαυε. Ἀκουέτω ταῦτα καὶ βασιλεύς· ὡς ἡμᾶς γε οὐχ αἱρήσεις, οὐδὲ πείσεις, συνθέσθαι τῇ ἀσεβείᾳ, κἂν ἀπειλῆς χαλεπώτερα.*

ΝΑ'. Ἐπειδὴ (4) ταῦτα εἰπεῖν καὶ ἀκοῦσαι τὸν ὕπαρχον, καὶ τὴν ἔνστασιν μαθεῖν τοῦ ἀνδρὸς, οὕτως ἀκατάπληκτον καὶ ἀήττητον, τὸν μὲν ἔξω πέμψαι καὶ μεταστήσασθαι, οὐκ ἔτι μετὰ τῆς αὐτῆς ἀπειλῆς, ἀλλά τινος αἰδοῦς καὶ ὑποχωρήσεως. Αὐτὸν δὲ τῷ βασιλεῖ προσελθόντα, ὡς εἶχε τάχους, *Ἡττήμεθα, βασιλεῦ*, εἰπεῖν, *τοῦ τῆσδε προβεβλημένου τῆς Ἐκκλησίας. Κρείττων ἀπειλῶν ὁ ἀνὴρ, λόγων στερρότερος, πειθοῦς ἰσχυρότερος. Ἄλλον δεῖ τινα πειρᾶν τῶν ἀγενεστέρων* (5)· *τοῦτον δὲ, ἢ βιάζεσθαι φανερῶς, ἢ μὴ προσδοκᾶν εἴξειν ταῖς ἀπειλαῖς.* Ἐφ' οἷς, ἑαυτοῦ καταγνόντα τὸν βασιλέα, καὶ τῶν ἐγκωμίων τοῦ ἀνδρὸς ἡττηθέντα (θαυμάζει γὰρ ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ πολέμιος), μήτε βιάζεσθαι κελεῦσαι· καὶ ταυτὸν τῷ σιδήρῳ παθεῖν, ὃς μαλάσσεται μὲν τῷ πυρὶ, μένει δὲ ὅμως σίδηρος· καὶ τρέψαντα εἰς θαῦμα τὴν ἀπειλὴν, τὴν μὲν κοινωνίαν (6) οὐ δέξασθαι, τὴν μετάθεσιν αἰσχυνόμενον, ζητεῖν δὲ ἀπολογίαν, ἥτις εὐπρεπεστάτη· δηλώσει δὲ καὶ ταύτην ὁ λόγος.

ΝΒ'. Εἰς γὰρ τὸ ἱερὸν εἰσελθὼν μετὰ πάσης τῆς περὶ αὐτὸν δορυφορίας (ἦν δὲ ἡμέρα τῶν Ἐπιφανίων, καὶ ἀθροίσιμος [7]), καὶ τοῦ λαοῦ μέρος γενόμενος, οὕτως ἀφοσιοῦται τὴν ἕνωσιν. Ἄξιον δὲ μηδὲ τοῦτο παραδραμεῖν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔνδον ἐγένετο, καὶ τὴν ἀκοὴν προσβαλούσῃ τῇ ψαλμῳδίᾳ κατεβροντήθη, τοῦ τε λαοῦ τὸ πέλαγος εἶδε, καὶ πᾶσαν τὴν εὐκοσμίαν, ὅση τε περὶ τὸ βῆμα (8), καὶ ὅση πλησίον, ἀγγελικὴν μᾶλλον ἢ ἀνθρωπίνην· τὸν μὲν τοῦ λαοῦ προτεταγμένον (9) ὄρθιον, οἷον τὸν Σαμουὴλ ὁ λόγος γράφει, ἀκλινῆ καὶ τὸ σῶμα, καὶ τὴν ὄψιν, καὶ τὴν διάνοιαν, ὥσπερ οὐδενὸς καινοῦ γεγονότος,

A *scopum incidisti. Alioqui hoc prorsus modo disseruisset, pro hujusmodi rebus in certamen veniens. Nam cæteris quidem in rebus, o præfecte, mansueti et placidi sumus, atque* **808** *omnium abjectissimi, quemadmodum hoc nobis lege præscriptum est; ac non dicam adversus tantum imperatorem, sed ne adversus plebeium quidem quemquam et infimi ordinis hominem supercilium attollimus. Verum ubi Deus nobis periclitatur, ac proponitur, tum demum alia omnia pro nihilo putantes, ipsum solum intuemur. Ignis autem, et gladius, et bestiæ, et ungulæ carnem lacerantes, voluptati nobis ac deliciis potius sunt, quam terrori. Proinde contumeliis nos affice, comminare, fac igitur quidquid collibuerit, potestate tua fruere. Audiat hæc etiam imperator;*
B *nequaquam profecto nos vinces, nec efficies, ut impiæ doctrinæ assentiamur, ne si his quidem atrociora miniteris.*

LI. Hæc postquam præfectus dixit, atque audiit, ipsiusque contentionem animi eam esse cognovit, ut nulla vis eum perterrefacere ac superare posset, ipsum quidem foras misit, atque ablegavit, non jam cum iisdem minis, sed cum quadam reverentia et summissione. Ipse autem, quam celerrime potuit, imperatorem adiens : *Imperator*, inquit, *ab hujus Ecclesiæ antistite victi sumus. Minis superior est, sermonibus firmior, verborum blanditiis fortior. Ignaviorum alius quispiam tentandus est; huic autem, aut vis aperte inferenda, aut non exspectandum, ut minis cedat.* Qua de causa, factum suum improbans
C imperator, Basiliique laudibus victus (virtus enim hosti quoque admirationi est), vim ipsi adhiberi vetuit : idemque ipsi accidit, quod ferro solet, quod quamvis igni emolliatur, ferri tamen naturam retinet; minisque in admirationem conversis, illius quidem societatem haudquaquam amplexus est, quod mutationem erubesceret, cæterum rationem quæsivit, qua honestissime ipsi satisfaceret, quam etiam oratio declarabit.

LII. Etenim, cum in templum, universa satellitum manu stipatus, ingressus fuisset (erat autem Epiphaniæ dies, cœtusque amplissimus), ac inter laicos locum habuisset, ita se gessit, ut ipsius communionis quodammodo particeps esse videretur. At ne id
D quidem prætermittendum est. Postquam enim intus fuit, atque ipsius aures psalmorum cantu, non secus ac tonitruo quodam personuerunt, plebisque pelagus vidit, omnemque ordinem et concinnitatem, quæ tam in sacrario, **809** quam prope sacrarium erat, angelicam potius quam humanam; atque ipsum quidem ante populum recto corpore

(99) *Ἴσως, φησὶν.* Sic codd. In ed., φησὶν ἴσως.
(1) *Ἐπί.* In nonnullis, τινί.
(2) *Πρὸς αὐτόν.* Sic codd. In ed., πρὸς ἑαυτόν.
(3) *Ποίει πᾶν ὅ τι οὖν ἂν ᾖ.* Sic Regg. a, bm, ph. Or. 2 et Pass. In ed., ποίει πᾶν ὅ τι ἂν ᾖ.
(4) *Ἐπειδή.* Reg. c, ἐπεὶ δέ.
(5) *Ἀγενεστέρων.* Quatuor Regg., ἀγεννεστέρων.
(6) *Κοινωνίαν.* « Communionem, fidei societatem. »
(7) *Ἀθροίσιμος.* Reg. hu et Coisl. 1, ἀθροίσμος.
(8) *Ὅση τε περὶ τὸ βῆμα.* Sic codd. Comb. addit, τέτακτο, vel, τέτακται. « Tam in sacrario, quam prope clerum et monachos. » Prave in Par. ed., ὅση τε περὶ τὸ βόημα.
(9) *Προτεταγμένον.* Sic quatuor Regg., duo Coisl. et plures Colb. In ed., προτεταμένον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stantem, qualem Scriptura Samuelem describit [26], nec corpore, nec oculis, nec animo, perinde ac si nihil novi contigisset, ullam in partem se moventem, sed, in cippi modum, ut ita dicam, Deo et altari affixum; eos autem, a quibus cingebatur, cum timore quodam ac reverentia stantes: hæc, inquam, simul atque perspexit (nec enim simile quidquam unquam viderat), humanum quiddam passus est, ejusque oculi et anima vertigine ac tenebris præ timore replentur. Atque id plerisque adhuc obscurum erat et incognitum. Verum cum dona, quorum ipsemet opifex erat, divinæ mensæ offerenda essent, nec quisquam, ut mos ferebat, simul ea caperet, utpote incertum, an ea Basilius accepturus esset, tum manifeste se affectus prodidit. Ita enim titubare cœpit, ut nisi quispiam ex sacrarii ministris vacillantem supposita manu retinuisset, misere utique et luctuose prolapsurus fuerit. Atque hæc ita.

A ἀλλ' (10) ἑστηλωμένον, ἵν' οὕτως εἴπω, Θεῷ καὶ τῷ βήματι· τοὺς δὲ περὶ αὐτὸν ἑστηκότας ἐν φόβῳ τινὶ καὶ σεβάσματι· ἐπειδὴ ταῦτα εἶδε, καὶ πρὸς οὐδὲν παράδειγμα ἠδύνατο (11) θεωρεῖν τὰ ὁρώμενα, ἔπαθέ τι ἀνθρώπινον, σκότου καὶ δίνης πληροῦται τὴν ὄψιν καὶ τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ θάμβους. Καὶ τοῦτο ἦν τοῖς πολλοῖς ἄδηλον ἔτι. Ἐπεὶ δὲ τὰ δῶρα (12) τῇ θείᾳ τραπέζῃ προσενεγκεῖν ἔδει, ὧν αὐτουργὸς ἦν, συνεπελάβετο δ' οὐδείς, ὥσπερ ἦν ἔθος, ἄδηλον ὄν, εἰ προσήσεται (13), τηνικαῦτα τὸ πάθος γνωρίζεται. Περιτρέπει (14) γάρ, καὶ εἰ μή τις τῶν ἐκ τοῦ βήματος ὑποσχὼν τὴν χεῖρα, τὴν περιτροπὴν ἔστησε, κἂν κατηνέχθη πτῶμα δακρύων ἄξιον. Εἶεν (15).

LIII. Jam vero quæ ad ipsum imperatorem, et quanta cum sapientia prolocutus est (cum quidem ille, nescio quo pacto, rursus nobiscum in ecclesiam se contulisset, et intra velum exstitisset, atque in illius conspectum colloquiumque, quod jampridem expetebat, venisset); quidnam aliud dicendum est, nisi Dei voces eas fuisse, quas, et qui cum imperatore erant, et nos, qui simul ingressi fueramus, audivimus? Hæc est imperatoriæ erga nos humanitatis origo, ac prima rerum in meliorem statum compositio; hæc occasio maximam impressionis illius, qua tum vexabamur, partem, non secus ac fluctus quosdam, fregit ac dissolvit.

B ΝΓ'. Ἃ δὲ αὐτῷ διείλεκται τῷ βασιλεῖ, καὶ μεθ' ὅσης τῆς φιλοσοφίας (ἐπειδή γε αὖθις τρόπον τινὰ συνεκκλησιάσας ἡμῖν, εἴσω τοῦ παραπετάσματος ἑαυτὸν (16) ἐποιήσατο, εἷς τε ὄψιν ἦλθε καὶ λόγους, ποθῶν ἐκ πλείονος), τί χρὴ καὶ λέγειν (17), τί δ' ἄλλο γε, ἢ Θεοῦ φωνάς, αἳ τοῖς περὶ τὸν βασιλέα, καὶ ἡμῖν τοῖς συνεισελθοῦσιν (18), ἠκούσθησαν; Αὕτη γίνεται τῆς τοῦ βασιλέως περὶ ἡμᾶς φιλανθρωπίας ἀρχή, καὶ κατάστασις πρώτη (19)· τοῦτο τὸ λῆμμα (20) τῆς τότε διοχλούσης ἐπηρείας τὸ πλεῖστον, ὥσπερ τι ῥεῦμα, διέλυσεν.

LIV. Sequitur alia narratio, superioribus haudquaquam inferior. Vincebant improbi, atque adversus Basilium exsilium decernitur; nec quidquam eorum, quæ ad eam rem attinebant, desiderabatur. Nox aderat, in promptu currus, in plausu hostes, in luctu pii, nos parati atque alacris viatoris latus cingebamus; nihil deniquo, quod ad præclaram ignominiam spectaret, requirebatur. Sed quid accidit? Exsilii decretum Deus rescindit. Nam qui Ægypti, adversus Israelitas sævientis, primogenitos **810** percusserat [27], idem imperatoris quoque filium morbi plaga afficit. Et quidem qua celeritate! Illinc exsilii tabulæ, hinc morbi decretum; ac scelerati scriptoris manus inhibetur, et sanctus periculo liberatur, fitque vir pius febris donum, qua imperatoris audacia coercetur. Quid hoc Dei judicio, vel æquius, vel celerius excogitari potest? Deinde imperatoris filius ægrotabat, afflictoque cor-

C ΝΔ'. Ἕτερον δὲ τῶν εἰρημένων οὐκ ἔλαττον. Ἐνίκων οἱ πονηροί, καὶ κυροῦται κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐξορία· καὶ οὐδὲν ἀπῆν τῶν εἰς τοῦτο φερόντων. Ἡ νὺξ παρῆν, ὁ δίφρος εὐτρεπής, οἱ μισοῦντες ἐν κρότοις, ἐν ἀθυμίᾳ τὸ εὐσεβές, περὶ τὸν πρόθυμον ὁδοιπόρον ἡμεῖς, τἄλλα ὅσα τῆς καλῆς ἀτιμίας πάντα πεπλήρωται (21). Τί οὖν; Λύει ταύτην Θεός. Ὁ γὰρ πατάξας Αἰγύπτου τὰ πρωτότοκα, τραχυνομένης κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ, οὗτος καὶ τὸν παῖδα τοῦ βασιλέως θραύει νόσου πληγῇ· καὶ τὸ τάχος ὅσον! Ἐκεῖθεν τὸ γράμμα τῆς ἐξορίας, ἐντεῦθεν τὸ δόγμα τῆς ἀῤῥωστίας· καὶ ἡ χεὶρ ἐπέχεται τοῦ πονηροῦ γραφέως, καὶ ὁ ἅγιος ἀνασώζεται, καὶ γίνεται πυρετοῦ δῶρον ἀνὴρ εὐσεβής, βασιλέα θρασὺν σωφρονίζοντος. Τί τούτων ἐνδικώτερον, ἢ ταχύτερον; Τὰ δὲ τούτων ἑξῆς· Ἐκαμνεν ὁ παῖς τῷ βασιλεῖ, καὶ πονηρῶς εἶχε τοῦ σώματος· συνέκαμνε δὲ ὁ πατὴρ, (καὶ τί γὰρ ὁ

D πατήρ (22);) πανταχόθεν ἐπιζητῶν ἐπικουρίαν τῷ

[26] 1 Reg. XIX, 20. [27] Exod. XII, 29.

(10) Ἀλλ'. Deest in Or. 2.
(11) Ἠδύνατο. Reg. ph et Coisl. 2, εδύνατο.
(12) Δῶρα. « Vasa aurea, » inquit Nicetas, « quæ ipse fabricatus fuerat.
(13) Προσήσεται. Schol.: Ἀναδέξεται Βασίλειος· « Basilius acciperet. »
(14) Περιτρέπει. Comb., περιτρέπεται, « titubat, circumagitur. »
(15) Εἶεν. Id est, ut observat Nicetas, ταῦτα δὲ οὕτως· « Atque hæc ita. » Hæc est vis hujus vocis, et commoda transitio, quam prætermisit Billius.
(16) Ἑαυτόν. Comb., αὐτόν.
(17) Λέγειν. Regg. a, c, καὶ λέγειν.
(18) Συνεισελθοῦσιν. Or. 2 et Pass., συνελθοῦσιν.
(19) Κατάστασις πρώτη. Hæc a Billio prætermissa. Budæus: « prima sedatio. » Ista Gregorii verba doctissimo Tillemontio fucum fecere, ut observat *Vitæ Basilii* auctor, tom. III novissimæ editionis, in ejus *Vita* c. 20, n. 8, pag. 104.
(20) Λῆμμα. « Animi constantia, ut exponit Nicetas.
(21) Πεπλήρωται. Duo Regg. et Or. 2, πεπλήρωτο.
(22) Τί γὰρ ὁ πατήρ. Quatuor Regg. et Or. 2, τί γὰρ ἢ πατήρ.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

πάθει, καὶ ἰατρῶν τοὺς ἀρίστους ἐκλεγόμενος, καὶ λιταῖς προσκείμενος, εἴπερ ἄλλοτέ ποτε, καὶ κατὰ γῆς ἐρριμμένος. Ποιεῖ γὰρ καὶ βασιλέας ταπεινοὺς πάθος· καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ πρότερον ταυτὸ (23) ἐπὶ τῷ παιδὶ πεπονθὼς, ἀναγέγραπται. Ὡς δὲ οὐδὲν εὗρισκεν (24) οὐδαμόθεν τοῦ κακοῦ φάρμακον, ἐπὶ τὴν πίστιν τοῦ ἀνδρὸς καταφεύγει· καὶ δι' ἑαυτοῦ μὲν οὐκ εἰσκαλεῖ, τὸ τῆς ὕβρεως ὑπόγυιον (25) αἰσχυνόμενος, ἑτέροις δὲ τὴν πρεσβείαν ἐπιτρέπει τῶν οἰκειοτάτων ἑαυτῷ καὶ φιλτάτων. Καὶ ὃς (26) παρῆν, οὐδὲν ἀναδὺς (27), οὐδὲ τοῦ καιροῦ κατεξαναστὰς, ὥσπερ ἄλλος τις, καὶ ὁμοῦ τῇ παρουσίᾳ ῥᾴων ἡ νόσος γίνεται, καὶ χρηστοτέρων ὁ πατὴρ τῶν ἐλπίδων· καὶ εἰ μὴ τὴν ἅλμην τῷ ποτίμῳ ὕδατι συνεκέρασεν, ὁμοῦ τε τοῦτον εἰσκαλέσας, καὶ τοῖς ἑτεροδόξοις πιστεύσας, κἂν ὑγείας (28) τυχὼν ὁ παῖς ταῖς τοῦ πατρὸς χερσὶν ἀπεσώθη. Καὶ τοῦτο ἐπιστεύετο (29) παρὰ τῶν τηνικαῦτα παρόντων, καὶ κοινωνούντων τοῦ πάθους.

A pore erat; pater etiam, utpote pater, simul ægro animo urgebatur, remedium undecunque morbo conquirens, atque optimos quosque medicos seligens, ac precibus, ut si alias unquam, incumbens, humique provolutus. Nam reges quoque humiles et abjectos reddit calamitas : nec mirum, cum Davidem etiam prius ob filii morbum eodem modo affectum fuisse Scriptura testetur [28]. Cum autem huic malo medicinam nullam inveniret, ad Basilii fidem confugit : et quoniam, ob contumeliam recens ipsi illatam, eum suo nomine accersere præ pudore non auderet, aliis, quos arctissima familiaritate et benevolentia devinctos habebat, hanc legationem committit. Ille vero nihil cunctatus, nec, quod fortasse alius fecisset, adversus tempus in- B sultans, confestim adfuit, atque ad ejus adventum statim levior fit morbus, ac meliorem spem pater animo concipit; et certe, nisi salsam aquam dulci admiscuisset, simul videlicet et ipsum advocans, et hæreticis credens, sanum quoque et incolumem filium fortasse recepisset. Id namque pro certo et indubitato habebant, qui tunc aderant, calamitatisque participes erant.

ΝΕ'. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τῷ ὑπάρχῳ μικρὸν ὕστερόν φασι συμβῆναι. Κάμπτει καὶ τοῦτον ταῖς τοῦ ἁγίου χερσὶ συμπεσοῦσά τις ἀῤῥωστία. Καὶ ὄντως πληγὴ τοῖς εὖ φρονοῦσι παίδευμα γίνεται, καὶ κρειττόν εὐημερίας πολλάκις κακοπάθεια. Ἔκαμνεν, ἐδάκρυεν, ἐδυσφόρει, προσέπεμπεν (30), ἠντιβόλει. *Τὴν ἀπολογίαν ἔχεις, ἐδόκα, δὸς σωτηρίαν.* Καὶ μέν τοι καὶ τυγχάνει ταύτης, ὡς αὐτός τε (31) ὡμολόγει, καὶ πολλοὺς ἔπειθε τῶν οὐκ εἰδότων· οὐ γὰρ ἐπαύετο τὰ ἐκείνου καὶ θαυμάζων καὶ διηγούμενος. Ἀρ' οὖν τὰ C μὲν πρὸς ἐκείνους αὐτῷ τοιαῦτα, καὶ εἰς τοῦθ' ἥκοντα τέλους (32). Τά τε πρὸς ἑτέρους ἑτέρως, ἢ περὶ μικρῶν, ἢ μικρὰ πεπολέμηται, ἢ μετρίως πεφιλοσόφηται (33), ἢ σιγῆς ἀξίως, ἢ οὐ λίαν ἐπαινετῶς; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ὁ κινήσας ποτὲ τῷ Ἰσραὴλ Ἄδερ τὸν ἀλιτήριον, οὗτος κινεῖ καὶ τούτῳ τὸν τῆς Ποντικῆς μοίρας ὕπαρχον (34)· προφάσει (35) μὲν, ὡς ὑπὲρ γυναίου τινὸς ἀγανακτοῦντα, τὸ δ' ἀληθὲς τῆς ἀσεβείας ὑπερμαχοῦντα, καὶ κατὰ τῆς εὐσεβείας ἱστάμενον. Ἐῶ τἄλλα ὅσα (36) καὶ οἷα κατὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐξύβρισεν, ἴσον δὲ εἰπεῖν, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ, πρὸς ὃν, καὶ δι' ὃν ὁ πόλεμος· ὃ δὲ μάλιστα καὶ τὸν ὑβριστὴν ἦσχυνε, καὶ τὸν ἀγωνιστὴν ὕψωσεν, εἴπερ τι μέγα καὶ ὑψηλὸν ἡ φιλοσοφία, καὶ τὸ κρατοῦντα τῶν πολλῶν ταύτῃ φαίνεσθαι, τοῦτο δώσω τῷ λόγῳ (37).

LV. Idem autem et ipsi præfecto non multo post accidisse narrant. Nam hunc quoque morbus quispiam obortus, viri sancti manibus substernit. Et quidem profecto plaga cordatis hominibus doctrina efficitur, ac plerumque prospero rerum successu potior ac præstabilior est afflictio. Ægro corpore erat, illacrymabat, distorquebatur, Basilium accersebat, obsecrabat. *Satisfactionem habes*, clamabat, *da salutem*. Et quidem hanc consecutus est, ut et ipse fatebatur, et multis hujus rei ignaris persuadebat; neque enim illius virtutes admirari ac prædicare desinebat. At hujusmodi quidem fortasse ea, quæ cum illis egit, fuerunt, eumque finem habuerunt; cæterum **811** vero cum aliis alio modo se gessit, aut parvis de rebus, aut parum egregie dimicavit, aut non ita magnam exhibuit constantiam, nec ut hominum commemorationem, aut certe insignem laudem, mereretur? Minime sane. Verum is, qui nefarium illum Adad adversus Israelem olim provocavit [29], idem contra hunc quoque Ponticæ provinciæ præfectum excitavit; hoc quidem prætextu, quasi mulierculæ cujusdam causa stomacharetur, sed re vera impietatis defensionem suscipiens, ac pietatem oppugnans. Mitto alias omnes contumelias, D quibus Basilium vexavit, quod perinde est, ac si Deum dicerem, adversus quem, et cujus causa bel-

[28] II Reg. xii, 16. [29] III Reg. xi, 14.

(23) *Ταυτό.* In nonnullis, ταυτόν. Idem olim Davidi contigisse ob filii morbum narrat Scriptura.
(24) *Εὕρισκεν.* Coisl. 2 et Pass., ηὕρισκεν.
(25) *Ὑπόγυιον.* Quatuor Regg. et Or. 2, ὑπόγυον.
(26) *Καὶ ὅς.* Coisl. 2 et Comb., καὶ ὡς.
(27) *Ἀναδύς.* Quinque Regg., Coisl. 2 et Pass., ἀναδυείς.
(28) *Ὑγείας.* In quibusdam, ὑγιείας.
(29) *Ἐπιστεύετο.* Sic duo Coisl. In Or. 2, ἐπίστευτο. In ed., ἐπιστεύετε.
(30) *Προσέπεμπεν.* Regg. d et ph, προσέπιπτεν, « procidebat. »
(31) *Αὐτός τε.* Reg. c, αὐτός γε.
(32) *Τέλους.* Regg. a et ph, τέλος.
(33) *Ἢ μετρίως πεφιλοσόφηται.* « Aut non egregie philosophatus est : aut non ita magnam exhibuit constantiam. » Agitur enim hic non de verbis, sed de animi constantia. Unde non recte Bill. « aut non sapienter disseruit. »
(34) *Ὑπαρχον.* Is Ponti præfectus erat Eusebius, qui calumniis Basilium inurebat.
(35) *Προφάσει.* Regg. bm, ph et Or. 2, πρόφασιν.
(36) *Ἐῶ τἄλλα ὅσα.* Sic duo Coisl., Or. 2, Pass., etc. In ed., ἐῶ τἄλλα καὶ ὅσα, etc.
(37) *Τοῦτο δώσω τῷ λόγῳ.* Hæc desunt in Reg. d et Or. 2.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lum gerebatur. Quod autem, et eum, qui contumeliam inferebat, maxima ignominia affecit, et pugilem nostrum summopere extulit (si modo magnum quiddam et excelsum existimandum est philosophia, et hujus laude vulgus anteire), id oratione prosequar.

LVI. Mulieri cuidam amplissimo loco natæ, cujus maritus haud pridem extremo vitæ die functus erat, judicis assessor vim afferebat, invitamque ad nuptias pertrahebat. Illa autem, cum nulla ratione hanc vim effugere posset, consilium capit, non majoris audaciæ, quam prudentiæ plenum. Ad sacram etenim mensam confugit, Deumque adversus hanc injuriam propugnatorem sibi adoptat. Quid igitur, per Trinitatem ipsam! ut forensi quoque dicendi genere nonnihil inter laudes utar, faciendum fuit, non dico Magno Basilio, qui his de rebus leges quoque omnibus statuerat, sed alii cuipiam longe illo inferiori, modo tamen sit sacerdotio præditus? Quid aliud, nisi ut eam assereret, retineret, omni cura tueretur, Dei clementiæ, et legi, quæ altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret, omnia denique prius faceret et pateretur, quam ut inhumanius ullum adversus eam consilium iniret, sicque et mensam sacrosanctam, et fidem etiam illam, cum qua supplex erat, contumelia afficeret? *Nequaquam*, inquit superbus judex; *sed omnes imperio meo cedere, ac Christianos leges suas prodere oportet.* Ille igitur supplicem deposcebat; hic omni vi retinebat. Ille rursum furore concitatur, ac magistratus quosdam mittit, qui sancti viri cubiculum perscrutarentur, ignominiæ causa potius id faciens, quam quod ejusmodi quidquam necesse esset. Quid ais? Domumne illius, qui ab omni libidinis motu liber est, quem angeli **812** complectuntur, quem vel solum intueri feminæ reformidant? Nec eo contentus, ipsum insuper adesse, et causam dicere jubet, neque id placide et humane, sed quasi unum ex iis, qui capitis damnati sunt. Atque ipse quidem aderat. Ille autem ira et arrogantia plenus pro tribunali sedebat. Stabat Basilius, quemadmodum Jesus meus, Pilato judicante. Cunctabantur porro fulmina, Deique gladius adhuc exacuebatur, et differebatur; arcus quoque ita contendebatur, ut tamen retineretur, pœnitentiæ videlicet tempus ac locum aperiens. Hoc enim apud Deum in more atque usu positum est.

A ΝΓ'. Γυναῖκά τινα τῶν ἐπιφανῶν ἐξ ἀνδρὸς ᾧ πρὸ πολλοῦ τὸν βίον ἀπολιπόντος, ὁ τοῦ δικαστοῦ σύνεδρος ἐβιάζετο, πρὸς γάμον ἕλκων ἀπαξιοῦσαν. Ἡ δὲ οὐκ ἔχουσα, ὅπως διαφύγῃ τὴν τυραννίδα, βουλὴν βουλεύεται, οὐ τολμηρὰν μᾶλλον ἢ συνετήν. Τῇ ἱερᾷ τραπέζῃ προσφεύγει, καὶ Θεὸν ποιεῖται προστάτην κατὰ τῆς ἐπηρείας (38). Τί οὖν ἔδει ποιεῖν, ὦ πρὸς τῆς Τριάδος αὐτῆς (ἵν' εἴπω τι καὶ δικανικῶς μεταξὺ τῶν ἐπαίνων)! μὴ ὅτι τὸν μέγαν Βασίλειον, καὶ τῶν τοιούτων ἅπασι νομοθέτην, ἄλλον δέ τινα τῶν πολὺ μετ' ἐκεῖνον, ἱερέα δὲ ὅμως; Οὐκ ἀντιποιεῖσθαι, κατέχειν, κήδεσθαι, χεῖρα ὀρέγειν Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, καὶ νόμῳ τῷ τετιμηκότι θυσιαστήρια; οὐ πάντα δρᾶσαι καὶ παθεῖν ἐθελῆσαι πρότερον, ἢ τι βουλεύσασθαι κατ' αὐτῆς ἀπάνθρωπον, B καὶ καθυβρίσαι μὲν τὴν ἱερὰν τράπεζαν, καθυβρίσαι δὲ τὴν πίστιν μεθ' ἧς ἱκέτευεν (39); *Οὐ*, φησὶν ὁ κενὸς (40) δικαστής· *ἀλλ' ἡττᾶσθαι χρὴ πάντας* (41) *τῆς ἐμῆς δυναστείας, καὶ προδότας γενέσθαι Χριστιανοὺς τῶν οἰκείων νόμων.* Ὁ μὲν ἐζήτει τὴν ἱκέτιν· ὁ δ' εἶχετο κατακράτος. Ὁ δ' ἐξεμαίνετο, καὶ τέλος πέμπει τινὰς τῶν ἐπ' ἐξουσίας, τὸν τοῦ ἁγίου κοιτωνίσκον ἐξερευνήσοντας, οὐ κατὰ χρείαν μᾶλλον, ἢ ἀτιμίαν. Τί λέγεις; Οἶκον ἐκείνου τοῦ ἀπαθοῦς, ὃν (42) περιέπουσιν ἄγγελοι, ᾧ καὶ προσβλέπειν ὄκνουσι (43) γυναῖκες; Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν παρεῖναι καὶ ἀπολογεῖσθαι κελεύει· οὐδὲ ἡμέρως καὶ φιλανθρώπως, ἀλλ' ὡς ἕνα τῶν κατακριτῶν. Καὶ ὁ μὲν (44) παρῆν· ὁ δὲ (45) προὐκάθητο, γέμων θυμοῦ καὶ φρονήματος. C Εἱστήκει δὲ, οἷον ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς, Πιλάτου κρίνοντος. Οἱ κεραυνοὶ δὲ ἠμέλουν, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ μάχαιρα ἐστιλβοῦτο ἔτι (46), καὶ ἀνεβάλλετο· καὶ τὸ τόξον ἐνετείνετο μὲν, κατείχετο δὲ, τῇ μετανοίᾳ καιρὸν ὑπανοίγον. Ὅστις (47) δὴ τοῦ Θεοῦ νόμος.

LVII. Age vero, alterum persecutoris et athletæ certamen specta. Ille pallium detrahi et lacerari jubebat; iste: *Exuam præterea, si ita lubet, etiam tunicam.* Ille eum, qui carnis expers erat, verberaturum se minabatur: iste corpus submittebat. Ille, se ungulis laceraturum; at iste: *Hujusmodi laniatione*, inquit, *medicinam hepati afferes, magnopere, ut*

NZ'. Ἄθρει δὴ πάλην ἑτέραν ἀγωνιστοῦ καὶ διώκτου. Τὸ περιαυχένιον ῥάκος σφενδονᾶσθαι προσέταττεν· ὁ δὲ, *Προσαποδύσομαί* (48) *σοι*, φησὶν, *εἰ βούλει, καὶ τὸ χιτώνιον.* Τύπτειν ἠπείλει τὸν ἄσαρκον· ὁ δὲ ὑπέκυπτε. Ξέειν (49) τοῖς ὄνυξιν· ὁ δὲ, Ἰατρεύεις, φησὶ, *τὸ ἧπαρ, ὁρᾷς ὅπως με κατατρύχοτ τοῖς τοιούτοις θεραπεύων* (50) *σπαρά-*

(38) *Ἐπηρείας*. Sic plures Regg., Or. 2 et Comb. In ed., ἐπειρείας.
(39) *Ἱκέτευεν*. Reg. c, ἱκέτευσεν.
(40) *Κενός*. « Vanus. » Sic Regg. c, ph, duo Coisl., etc. In ed., καινός, « novus. »
(41) *Χρὴ πάντας*. Sic. Regg. bm, ph, Chrys., Coisl. 2, Or. 2, Par. et Pass. Deest πάντας in ed.
(42) *Ἀπαθοῦς, ὅν*. Sic codd. Prave in ed., ἀπαθοῦς, ὃ.
(43) *Ὄκνουσι*. « Verentur, non audent. » Sic Regg. bm, ph, duo Coisl., Or. 2, Par., Jes., Pass., Comb., etc. In ed., οἰκοῦσι, « habitant. »
(44) *Καὶ ὁ μέν*. Sic Reg. ph. Deest καί in edit.
(45) *Ὁ δέ*. Sic tres Regg., Coisl. 2, Chrys., Par., etc. Prave in ed., οὐδέ.
(46) *Ἔτι*. Reg. ph addit, τε.
(47) *Ὅστις*. Reg. bm et Or. 2, Ὅσπερ. Alii, ὥσπερ et ὅπερ.
(48) *Προσαποδύσομαι*. In nonnullis, συναποδύσομαι.
(49) *Ξέειν*. Or. 2 et Comb., ξύειν
(50) *Θεραπεύων*. Plures Regg., Or. 2, Par., Pass., θεραπεύσεις.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

γμασιν. Οἱ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦσαν. Ἡ δὲ πόλις, ὡς ἤσθετο (51) τοῦ κακοῦ, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων κινδύνου (κίνδυνον γὰρ ἕκαστος ἑαυτοῦ τὴν ὕβριν ταύτην (52) ἐνόμιζεν), ἐκμαίνεται πᾶσα καὶ ἀνάπτεται· καὶ ὡς καπνοῦ σμῆνος (53) κινήσαντος, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ διεγείρεται καὶ ἀνίσταται, γένος ἅπαν, καὶ ἡλικία πᾶσα, οἱ περὶ τὴν ὁπλοποιητικὴν καὶ βασίλειον ἱστουργικὴν μάλιστα. Καὶ γάρ εἰσι περὶ τὰ τοιαῦτα (54) θερμότεροι, καὶ τὸ τολμᾶν ἐκ τῆς παῤῥησίας ἔχοντες. Καὶ πᾶν ἦν ὅπλον ἑκάστῳ, τὸ παρὸν ἐκ τῆς τέχνης, εἴτε τι ἄλλο τῷ καιρῷ τύχοι σχεδιασθέν. Αἱ δᾷδες ἐν χερσὶν, οἱ λίθοι προβεβλημένοι, τὰ ῥόπαλα εὐτρεπῆ, δρόμος ἁπάντων εἷς, βοὴ μία, προθυμία κοινή. Θυμὸς, ὁ δεινὸς ὁπλίτης, ἡ (55) στρατηγός. Οὐδὲ γυναῖκες ἄοπλοι τηνικαῦτα, τοῦ καιροῦ θήγοντος· μελίαι δ' ἦσαν αὐταῖς αἱ κερκίδες· αἱ οὐδὲ γυναῖκες ἔμενον ἔτι, τῷ ζήλῳ ῥωσθεῖσαι, καὶ εἰς ἀνδρῶν (56) θάρσος (57) μεταλλαττόμεναι. Βραχὺς ὁ λόγος· μερίζεσθαι τὴν εὐσέβειαν ᾤοντο, εἰ τοῦτον διέλοιντο· καὶ οὗτος αὐτοῖς εὐσεβέστερος ἦν, ὃς πρῶτος ἐπιβαλεῖ χεῖρα τῷ τολμητῇ τῶν τοιούτων. Τί οὖν ὁ σοβαρὸς (58) ἐκεῖνος καὶ θρασὺς δικαστής; Ἱκέτης ἦν, ἐλεεινὸς, ἄθλιος, τίνος οὐ ταπεινότερος; ἕως ἐπιφανεὶς ὁ χωρὶς αἵματος μάρτυς, καὶ χωρὶς πληγῶν στεφανίτης, καὶ βίᾳ τὸν λαὸν κατασχὼν αἰδοῖ κρατηθέντα, τὸν ἱκέτην ἑαυτοῦ (59) καὶ ὑβριστὴν διεσώσατο. Ταῦτα ὁ τῶν ἁγίων Θεὸς, ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετασκευάζων ἐπὶ τὸ βέλτιον, ὁ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιτασσόμενος, ταπεινοῖς δὲ χάριν ἐπιμετρῶν. Τί δὲ οὐκ ἔμελλεν ὁ τεμὼν θάλασσαν, καὶ ποταμὸν ἀνακόψας, καὶ στοιχεῖα τυραννήσας, καὶ χειρῶν ἐκτάσει τρόπαια στήσας, ἵνα διασώσῃ λαὸν φυγάδα, καὶ τοῦτον ἐξαιρήσεσθαι τῶν κινδύνων;

A *vides, me prementi.* Atque hi quidem in his erant. Civitas autem, simul atque hujusmodi malum ac commune periculum rescivit (periculum enim suum quisque ipsius contumeliam esse existimabat), tota furore corripitur, atque incenditur; ac, velut fumo apum examen movente, certatim omnes cujuslibet generis atque ætatis excitantur et exsurgunt, ac præsertim armorum opifices, imperatoriique textores. Nam hi in hujusmodi rebus ferventiores sunt, atque, ob libertatem ac licentiam qua fruuntur, ad audendum paratiores. Unicuique porro teli loco erat, vel quod ars offerebat, vel quod in re præsenti tumultuarie confecerat. Faces in manibus, saxa, fustes in promptu, unus omnium cursus, unus clamor, communis animorum alacritas: furor, miles vehemens, imo belli dux. Ne mulieres B quidem tunc temporis inermes erant, hac nimirum occasione animos earum exacuente; radii autem ipsis hastarum loco erant; imo, nec mulieres jam manebant, quippe quas zelus roborasset, atque ad virilem fortitudinem animique magnitudinem traduxisset. Quid plura? Pietatem omnes ita demum inter se partituros censebant, si ipsum dividerent ac discerperent; atque is majorem apud eos pietatis laudem habiturus videbatur, qui primus in eum, qui tantum facinus aggressus esset, manum injecisset. Quid igitur **813** audax ille et insolens judex? Supplex erat, miserabilis, calamitosus, quovis homine dejectior, quoad in conspectum prodiens ille incruentus martyr, et sine plagis coronatus, ac C populum pudore victum vi retinens, supplicem suum et vexatorem a periculo vindicavit. Hæc sanctorum Deus, qui omnia facit, atque in melius commutat, qui superbis resistit, et humilibus gratiam abundanter tribuit [50]. Quidni autem is, qui mare scidit, et fluminis cursum inhibuit, et elementis vim attulit, et manuum extensione trophæum erexit, ut fugitivo populo saluti esset, hunc etiam a periculis extraheret?

ΝΗ'. Ὁ μὲν δὴ κοσμικὸς πόλεμος ἐνταῦθα ἐτελεύτησε, καὶ πέρας εἶχεν ἐκ Θεοῦ δεξιὸν, καὶ τῆς ἐκείνου πίστεως ἄξιον. Ἄρχεται δὲ ὁ πόλεμος ἐνθένδε ἤδη τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν ἐκείνοις συμμάχων· οὗ πολὺ μὲν τὸ ἄδοξον, πλείων (60) δὲ ἡ βλάβη τοῖς ἀρχομένοις. Τίς γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους πείσειε μετριάζειν, οὕτω τῶν προεστώτων διακειμένων; Εἶχον μὲν γὰρ οὐδ' ἐκ πλείονος ἐπιεικῶς πρὸς αὐτὸν, τριῶν ὄντων τῶν ὑπαιτίων. Οὔτε γὰρ τῷ τῆς πίστεως λόγῳ συνέβαινον, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη τοῖς πλήθεσι βιαζόμενοι· οὔτε τὴν ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ (61) μικροψυχίαν τελέως καταλελύκασιν (62)· καὶ τὸ παρὰ πολὺ τῆς δόξης κρατεῖσθαι, πάντων βαρύτατον ἦν αὐτοῖς, εἰ

LVIII. Hic quidem mundanum bellum finem accepit, exitumque habuit, Deo favente, lætum atque felicem, qualemque illius fides merebatur. Hinc vero jam initium sumit episcoporum, et eorum, qui socios se ipsis adjunxerant, bellum; bellum, inquam, tum per se admodum turpe et ignominiosum, tum subditis ipsis magis perniciosum. Quis enim alios ad modestiam inducere queat, cum ipsi præsules sic se affectos præbeant? Ac tres quidem erant causæ, cur multi etiam pridem parum leni erga eum animo essent. Prima, quod in fidei negotio cum eo minime consentiebant, nisi quan- D tum id ipsis, cogente multitudine, necessario fa-

[50] Jac. IV, 6.

(51) *Ὡς ἤσθετο.* Sic Regg. bm et ph. In aliis, ὡς ἤσθοντο. Pass., ὡς ἤσθετο τοῦ κακοῦ τὴν ἐπιβουλὴν, καί, etc., « ut mali insidias persensit, » etc. In ed. deest ὡς.

(52) *Ὕβριν ταύτην.* Sic sex Regg. et Pass. Deest ταύτην in edit.

(53) *Σμῆνος.* Sic quatuor Regg., duo Coisl. et Pass. In ed., σκῆνος.

(54) *Περὶ τὰ τοιαῦτα.* Sic septem Regg., Or. 2 et Pass. In ed., περὶ ταῦτα.

(55) *Ὁπλίτης, ἡ.* Or. 2, ὁπλίτης ἦν.

(56) *Ἀνδρῶν.* Reg. ph, ἀνδρός.

(57) *Θάρσος.* Duo Regg., θράσος.

(58) *Σοβαρός.* Reg. ph, σωβαρός.

(59) *Ἑαυτοῦ.* In quibusdam, αὐτοῦ.

(60) *Πλείων.* Reg. a, πλεῖστον.

(61) *Τῇ χειροτονίᾳ.* Deest τῇ in Reg. a.

(62) *Καταλελύκασιν.* In nonnullis, καταλελύκεσαν

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

ciendum erat. Altera, quod dolorem, ex ipsius electione conceptum, nondum omnino ex animis ejecerant. Postrema, quod se longe multumque ab eo gloria superari acerbissime ferrent, tametsi id confiteri turpissimum esset. Orta est et alia quædam simultas, quæ hæc omnia redulceravit. Nam cum patria nostra in duas provincias et metropoles divisa esset, ac multa ex priori novæ metropoli adjungerentur, ea de causa inter illos dissidium excitatum est. Ille enim æquum esse dicebat, ut, cum publicis diœcesibus, nostræ quoque simul dividerentur; ob eamque causam eas parœcias, quæ novæ provinciæ nuper adjunctæ fuerant, ut jam ad se attinentes, atque ab illo distractas, vindicabat. Hic contra veteri consuetudini, atque huic divisioni, quæ olim a Patribus facta fuerat, inhærebat. Atque hac contentione permulta mala, partim jam contingebant, partim impendebant. Subtrahebantur conventus a novo metropolita, proventus diripiebantur; **814** Ecclesiarum presbyteri, alii quidem sermonum blanditiis alliciebantur, alii vero immutabantur. Ex quo illud contingebat, ut Ecclesiarum negotia deterius se haberent, utpote quæ in partes ac studia scinderentur. Homines quippe novarum rerum studio quodammodo delectantur, ac libenti animo noxas suas obiter elucrantur; faciliusque est constituta labefactare, quam labefactata in pristinum statum reducere. Quod autem illum magis in furorem agebat, Taurici reditus erant, qui ab ipso quidem in transitu cernebantur, ad Cæsariensem vero devehebantur, ac sancti Orestis proventus colligere, magni æstimabat: adeo ut ipsius etiam iter facientis mulos aliquando corripuerit, ac, ne ultra progrederentur, cum prædatoria manu prohibuerit. Et quam speciosus his rebus prætextus adhibebatur! Filii spirituales, et animæ, et fidei doctrina, cæteraque hujusmodi cupiditatis inexplebilis integumenta (res inventu perfacilis), itemque illud: Tributum hæreticis pendendum non esse: quisquis enim molestiam exhibebat, in hæreticorum numero habebatur.

LIX. Nec tamen ille Dei sanctus, ac supernæ Jerusalem vere metropolites, aut cum iis, qui errabant, abductus est, aut hoc dissimulare ac negligere sustinuit, aut parvum hujus mali remedium excogitavit. Sed perspiciamus, quæso, quam magnum et admirandum, et illius, quid enim aliud dicam, anima dignum. Etenim dissidium hoc in Ecclesiæ commodum et incrementum convertit, atque hanc

A καὶ ὁμολογεῖν αἴσχιστον. Ἐγένετο (63) δὲ καὶ ἄλλη τις διαφορὰ, ἣ ταῦτα ἐκαινοποίησε. Τῆς γὰρ πατρίδος ἡμῶν (64) εἰς δύο διαιρεθείσης ἡγεμονίας καὶ μητροπόλεις, καὶ πολλὰ τῶν ἐκ τῆς προτέρας τῇ νέᾳ προσαγούσης (65), ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἐκείνων ἐστασιάσθη. Ὁ μὲν γὰρ ἠξίου τοῖς δημοσίοις (66) συνδιαιρεῖσθαι καὶ τὰ ἡμέτερα (67), καὶ διὰ τοῦτο μετεποιεῖτο τῶν νεωστὶ προσελθόντων, ὡς αὐτῷ διαφερόντων ἤδη κἀκείνου κεχωρισμένων· ὁ δὲ τῆς παλαιᾶς εἶχετο συνηθείας, καὶ τῆς ἐκ τῶν Πατέρων ἄνωθεν διαιρέσεως (68). Ἐξ ὧν πυλλὰ καὶ δεινά, τὰ μὲν συνέβαινεν ἤδη, τὰ δὲ ὠδίνετο. Ὑπεσπῶντο σύνοδοι παρὰ τοῦ νέου μητροπολίτου (69), πρόσοδοι διηρπάζοντο· πρεσβύτεροι τῶν Ἐκκλησιῶν, οἱ μὲν ἀνεπείθοντο, οἱ δὲ ὑπηλλάττοντο. Ἐξ ὧν συνέβαινε, καὶ

B τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν χεῖρον ἔχειν διισταμένων καὶ τεμνομένων. Καὶ γάρ πως ταῖς καινοτομίαις χαίρουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὰ σφῶν ἡδέως παρακερδαίνουσι (70)· καὶ ῥᾴδιόν τι καταλῦσαι τῶν καθεστώτων, ἢ καταλυθὲν ἐπαναγαγεῖν. Ὁ δὲ πλεῖον αὐτὸν ἐξέμηνεν, αἱ Ταυρικαὶ πρόσοδοι (71) καὶ παρόδιοι (72), αὐτῷ μὲν ὁρώμεναι, ἐκείνῳ δὲ προσγενόμεναι (73), καὶ τὸν ἅγιον Ὀρέστην ἐκκαρποῦσθαι, μέγα ἐτίθετο· ὡς καὶ τῶν ἡμιόνων λαβέσθαι ποτὲ τοῦ ἀνδρὸς ἰδίαν ὁδὸν ὁδεύοντος, εἴργων τοῦ πρόσω μετὰ λῃστρικοῦ

C συντάγματος. Καὶ ἡ σκῆψις, ὡς εὐπρεπής! Τὰ γὰρ πνευματικὰ τέκνα, καὶ αἱ ψυχαὶ, καὶ ὁ τῆς πίστεως λόγος, καὶ ταῦτα τὰ τῆς ἁπληστίας (74) ἐπικαλύμματα, πρᾶγμα τῶν εὐπορίστων, καὶ τὸ μὴ χρῆναι δασμοφορεῖν κακοδόξοις· πᾶς γὰρ ὁ λυπῶν, κακόδοξος (75).

NΘ'. Οὐ μὴν ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ ὄντως μητροπολίτης, ἢ συναπήχθη τοῖς πταίουσιν (76), ἢ παριδεῖν ταῦτα ἠνέσχετο, ἢ μικρὰν τοῦ κακοῦ λύσιν ἐπενόει. Ἀλλὰ σκοπῶμεν, ὡς μεγάλην καὶ θαυμασίαν (77), (καὶ τί γάρ;) ἢ τῆς ἐκείνου ψυχῆς ἀξίαν. Προσθήκην γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ποιεῖται τὴν στάσιν, καὶ τὴν συμφορὰν, ὡς κάλλιστα διατίθεται, πλείοσιν ἐπισκόποις τὴν πατρίδα καταπυ-

D

(63) Ἐγένετο. Tres Regg., Coisl. 2, aliique plures, ἐπεγένετο.

(64) Ἡμῶν. Deest in tribus Regg., Or. 2 et Pass.

(65) Προσαγούσης. Tres Regg., προσαγαγούσης.

(66) Τοῖς δημοσίοις. Nicetas, ἀρχαῖς καὶ διοικήσεσι. « Cum publicis præfecturis et administrationibus, Ecclesiæ etiam jura dividerentur. »

(67) Συνδιαιρεῖσθαι καὶ τὰ ἡμέτερα. Sic sex Regg. In ed., καὶ τὰ ἡμέτερα συνδιαιρεῖσθαι.

(68) Διαιρέσεως. Sic plerique codd. In ed., διαιρέσεων.

(69) Νέου μητροπολίτου. Novus ille metropolita fuit Anthimus, non vero Anthemius, ut perperam annotat Montacutius.

(70) Καὶ τὰ σφῶν ἡδέως παρακερδαίνουσι. « Sua propria læto animo lucrantur. » Cum promiscua plebs sacerdotes peccantes cernit, id lucrari sibi videtur, ut faciat quod velit, utpote jam nemo sit, qui ejus peccata coarguat et insectetur.

(71) Αἱ Ταυρικαὶ πρόσοδοι. « Taurici reditus. » Fructus et proventus S. Orestis, per montem Taurum, qui est inter Ciliciam et Cappadociam, devehebantur.

(72) Παρόδιοι. Savil., παρωρεῖοι, « monti adjacentes. » Nicetas exponit: παροδεύουσαι· « Qui illuc transirent, atque in conspectum Anthimi venientes, ejus cupiditatem moverent. »

(73) Προσγενόμεναι. Plures Regg. et Or. 2, προσγινόμεναι.

(74) Τὰ τῆς ἁπληστίας. Sic quinque Regg. Deest τῆς in ed.

(75) Κακόδοξος. Sic duo Cois., etc. In ed., κακοδόξως.

(76) Πταίουσιν. Bas. et Gabr., πταίσμασι, « offendiculis. »

(77) Θαυμασίαν. Pass., θαυμαστήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

κνώσας. Ἐξ οὗ τί γίνεται: Τρία τὰ κάλλιστα· ψυχῶν ἐπιμέλεια πλείων, καὶ τὸ πόλιν ἑκάστην τὰ ἑαυτῆς ἔχειν, καὶ τὸ λυθῆναι ταύτῃ τὸν πόλεμον. Ταύτης τῆς ἐπινοίας δέδοικα, μὴ καὶ αὐτὸς ἐγενόμην πάρεργον. Ἢ οὐκ οἶδ' ὅ τι καὶ εἰπεῖν εὐτρεπὲς (78) χρή. Πάντα γὰρ τοῦ ἀνδρὸς θαυμάζων, οὐμενοῦν ὁπόσον εἰπεῖν δυνατὸν, ἐν τοῦτο ἐπαινεῖν οὐκ ἔχω (καὶ γὰρ ὁμολογήσω τὸ πάθος), οὐδὲ ἄλλως τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενον, τὴν περὶ ἡμᾶς καινοτομίαν καὶ ἀπιστίαν (79), ἧς οὐδὲ ὁ χρόνος τὴν λύπην ἀνάλωσεν. Ἐκεῖθεν γάρ μοι πᾶσα συνέπεσεν ἡ περὶ τὸν βίον ἀνωμαλία καὶ σύγχυσις, καὶ τὸ φιλοσοφεῖν μὴ δυνηθῆναι, ἢ μὴ νομίζεσθαι, εἰ καὶ βραχὺς τοῦ δευτέρου λόγος· πλὴν εἴ τις ἐκεῖνο δέξαιτο, ἡμῶν τοῦ ἀνδρὸς ὑπεραπολογουμένων, ὅτι μείζω φρονῶν, ἢ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα (80), καὶ τῶν ἐνθένδε πρὶν ἀποδιῶναι μεταναστὰς, πάντα ἐποιεῖτο τοῦ Πνεύματος· καὶ φιλίαν αἰδεῖσθαι εἰδὼς, ἐνταῦθα μόνον ἠτίμαζεν, οὗ Θεὸν ἔδει προτιμηθῆναι, καὶ πλεῖον (81) ἔχειν τῶν λυομένων (82) τὰ ἐλπιζόμενα.

A calamitatem quam pulcherrime constituit, patria nimirum pluribus episcopis communita. Ex quo tres præclarissimæ res secutæ sunt. Nam et animarum cura major suscepta est: et quælibet civitas proventus suos habuit: et bellum hac ratione compressum et exstinctum est. Hujus consilii vereor ne velut appendix quædam ipse fuerim. Neque enim honestius ac speciosius verbum, quo utar, occurrit. Nam cum cætera omnia hujus viri facta, supra quam dici queat, admirer, unum hoc laudare nequeo (dolorem enim confitebor, alioqui nec multis incognitum), eam nimirum, quam in nos adhibuit, novationem ac perfidiam, cujus mœrorem ne tempus quidem adhuc exhaurire potuit. Hinc enim mihi omnis vitæ inconstantia et perturbatio manavit, quodque philosophari **815** nequiverim, aut certe B non existimer, tametsi de posteriori non magnopere laborem; nisi quis tamen hoc a me pro illius apologia accipiat, quod sublimiora, quam pro hominis conditione, sentiens, atque hinc, prius etiam quam vita excederet, digressus, omnia ad Spiritum referebat; atque amicitiæ officia, quæ alioqui sancte colebat, hic solum aspernabatur, ubi Deum anteponi, atque res in spe positas, quam fragiles et caducas, pluris facere oportebat.

Ξ'. Δέδοικα μὲν οὖν, μὴ ῥᾳθυμίας ἔγκλημα φεύγων, παρὰ τοῖς τὰ ἐκείνου πάντα ἐπιζητοῦσιν, ἀπληστίας περιπέσω γραφῇ, παρὰ τοῖς ἐπαινοῦσι τὸ μέτριον, ὃ μηδὲ ἐκεῖνος ἠτίμαζε, *Τὸ πᾶν μέτρον* (83) *ἄριστον*, ἐν τοῖς μάλιστα ἐπαινῶν, καὶ παρὰ πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον φυλάξας. Ὅμως δὲ ἀμφοτέρους περιφρονῶν, τούς τε λίαν συντόμους, καὶ τοὺς ἄγαν C ἀπλήστους, ὠδί πως τῷ λόγῳ χρήσομαι. Ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι κατορθοῦσιν, οἱ δέ τινα τῶν τῆς ἀρετῆς εἰδῶν ὄντων πλειόνων· ἅπαντα δὲ οὐδεὶς ἐπῆλθε πρὸς τὸ ἀκρότατον, οὔκουν τῶν νῦν ἡμῖν γινωσκομένων· ἀλλ' οὗτος ἄριστος ἡμῖν, ὃς ἂν τὰ πλείω τυγχάνῃ (84) κατωρθωκώς, ἢ ἐν ὅτι μάλιστα. Ὁ δὲ οὕτω διὰ πάντων ἀφίκετο, ὡς εἶναι φιλοτιμία τις φύσεως. Σκοπῶμεν δὲ οὕτως· Ἀκτησίαν τίς ἐπαινεῖ, καὶ βίον ἄσκευον (85), καὶ ἀπέριττον; Ἐκείνῳ δὲ, τί ποτε ἦν (86), πλὴν τοῦ σώματος, καὶ τῶν ἀναγκαίων τῆς σαρκὸς καλυμμάτων; Πλοῦτος δὲ, τὸ μηδὲν ἔχειν, καὶ ὁ σταυρὸς, ᾧ συνέζῃ μόνῳ, ὃν πολλῶν χρημάτων ἐνόμιζεν ἑαυτῷ τιμιώτερον. Ἅπαντα μὲν γὰρ οὐδ' ἄν, εἰ βούλοιτό τις, δυνατὸν εἶναι κτήσασθαι· πάντων δὲ εἰδέναι καταφρονεῖν, καὶ οὕτω κρείττω τῶν πάντων φαίνεσθαι. Οὕτω δὲ διανοηθεὶς, καὶ οὕτως ἔχων, βωμοῦ μὲν οὐκ ἐδεήθη, καὶ τῆς κενῆς δόξης, οὐδὲ δημοσίου κηρύγματος τοῦ, *Κράτης* (87) *Κράτητα*

LX. Equidem mihi verendum esse video, ne dum apud eos, qui omnes illius laudes requirunt, negligentiæ culpam vitare cupio, in immodicæ prolixitatis crimen apud eos incidam, qui mediocritatem laudant, quam nec ille contemnebat, utpote qui sententiam hanc, *Modus omnis optimus*, in primis laudaverit, ac per omnem vitæ cursum observaverit. Ego tamen, utrisque perpensis, nempe et iis, qui brevitatis nimirum studiosi sunt, et iis, qui nulla oratione saturari possunt, hunc fere dicendi modum tenebo. Alii alio quodam virtutis officio funguntur. Nonnulli etiam ex pluribus virtutis generibus quædam assequuntur. Nemo autem est, qui per omnia ad summum usque grassatus sit, eorum quidem certe, qui nobis noti sunt. Verum is apud nos præstantissimus est, qui, vel quamplurima præstiterit, vel unum quam maxime et præstantissime. At Basilius ita omnia peragravit, ut in eo gloriæ materiam, quæsivisse natura videatur. Id autem sic perspiciamus. Laudat quispiam possessionum penuriam, vitamque supellectilis expertem, et supervacaneis rebus vacuam? Illi vero quid unquam fuit, præter corpus, ac necessaria carnis integumenta? Divitiæ autem illi erant nihil habere, et crux, cum qua sola ipsius vita versabatur, et quam

(78) *Εὐτρεπές*. Regg. bm, ph et Comb., εὐπρεπές.

(79) *Ἀπιστίαν*. « Perfidiam, » ac veluti amicitiæ jura violasset: vel, ut exponit Nicetas, « parum servatam fidem; » minime vero, « diffidentiam, » ut vertit Billius.

(80) *Κατὰ τὰ ἀνθρώπινα*. Reg. ph et Bas., κατὰ ἄνθρωπον.

(81) *Πλεῖον*. Quinque Regg., πλέον.

(82) *Λυομένων*. In nonnullis, βλεπομένων, « quam quæ videntur. »

(83) *Τὸ πᾶν μέτρον*, etc. « Modus omnis optimus. » Sententia est Cleobuli, unius ex septem Græciæ sapientibus.

(84) *Πλείω τυγχάνῃ*. Sic Regg. bm, ph et undecim Colb. In ed., πλείονα τυγχάνῃ.

(85) *Ἄσκευον*. « Vitam denuem, simplicem, nullo sumptu et apparatu. »

(86) *Ποτε ἦν*. Sic quinque Regg., Or. 2 et Jes. Deest ἦν in ed.

(87) *Κράτης*. « Crates, » prædiis relictis, ascendit in editum locum, ac publice proclamavit: « Crates Cratetem libertate donat. » Id est, a pecuniarum servitute se in libertatem asserit.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Textus vero Copticus, qui primariam Græci versionem exhibet, aliter omnino eadem verba repræsentat, eo scilicet quo expressimus modo : *Offero tibi symbola liberationis meæ*, ubi vox Græca σύμβολον, sequens Ægyptiaca ἐλευθερίαν, ἐλευθέρωσιν, *at solutionem*que significat, usurpaturque initio Liturgiarum ad titulum orationis illius, quæ dicitur *Absolutionis. Scribo opera mea secundum verba tua :* ita ad verbum versio Arabica quæ ambiguitatem habet, quia Arabes præsens et futurum non distinguunt in verborum inflexione : imo imperativus modus nullatenus differt. Itaque verti potest, *scribo*, ut vertendum est secundum Græcum exemplar primarium, *scribam* ; aut sicut Maronita vertit, *Scribe opera mea secundum verbum tuum.* Vox *symbolum* variis Arabicis vocibus exprimitur, quæ tamen ad eamdem significationem referuntur, nempe אנמודג *typus*, משהדה *signum*, מכאתבה *exemplum*, etc. Ut observavimus ex comparatione diversorum codicum, quæ varietas perplexitatem interpretum satis indicat. Sententia quam Græca verba præferunt, simplicior est : aliorum interpretum, qualiscunque sit, non videtur huic loco convenire. Neque mirari quisquam debet quod in Græcis interpretandis aliquando hallucinati sint versionum auctores, Arabicarum præsertim, qui Græcas voces Copticæ orationi infusas, sæpe non satis intellexerunt : quod, ubi opus erit, monebimus. Ita in ea prece quæ istam proxime antecedit, *Elevasti primitias meas usque ad cœlum*, ut habet textus Copticus, Græce, εἰς οὐρανόν μου τὴν ἀπαρχὴν ἀνεβίβασας, sententia est simplex, maximeque theologica : Christum carnem suam, vel potius hominem ex Adami progenie assumptum, tanquam humani generis primitias, in cœlum elevasse, tum per unionem divinæ naturæ, tum per ascensionem in cœlum. Scilicet *primitiæ Christus*, *primitiæ dormientium* (*I Cor.* xv, 23) : et eodem sensu in Liturgia Nestorii Eucharistia vocatur *Oblatio viva et sacrificium non mactatum, primitiarum nostrarum.* Cum vero Coptitæ retinuerint vocem ipsam Græcam ἀπαρχή, ambigue quidem eam reddidit Arabs, qui codicem Græcum interpretatus est ריאסתי : qui Copticum pessime ; nempe *oblationem meam* קרבאני. Ut in codice Scaligerano : alii *vota mea*, ut Regius et noster : nullo sensu. Nec enim Christus elevavit ad cœlos primitias et oblationes, si de donis propositis intelligatur hæc orationis particula, quæ nondum consecrata sunt. Neque oblationem sacerdos recte vocare potest *primitias suas et vota sua*, cum neque primitiæ sint, proprie loquendo, neque vota illius, sed totius Ecclesiæ et circumstantium quorum nomine illa offert : totiusque orationis series, ut animadvertere facile quisque potest, aliud quid omnino significat.

(5) Tota hæc pars officii eucharistici convenit cum Græco ejusdem Liturgiæ codice, ut etiam cum aliis omnibus circa recitationem institutæ a Christo Eucharistiæ, et verborum illius, de qua nihil est singulariter observandum, præter ea quæ dicta sunt ad eumdem locum Liturgiæ Basilii. Κλώμενον καὶ διαδιδόμενον, de Christi corpore, ut ἐκχυνόμενον de Christi sanguine, per præsens et futurum tempus intelligi potest, secundum versiones Arabicas. In Coptica versione *frangitur*, et *dabitur*. Utrovis modo eadem significatio est : Syri præsenti tempore vulgo expresserunt. Mistionem aquæ cum vino, quam Ecclesiæ omnes servant, contra quam existimant Protestantes, hic locus confirmat, ut etiam reliquæ omnes Liturgiæ. Nestoriani edisse et bibisse Christum ex pane et calice consecratis dicunt : hic Coptitæ de solo calice, quod tamen in Græco codice non legitur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tis dabitur, in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Ita est in rei veritate. Amen.

Sacerdos. Similiter postquam comederunt, accepisti calicem, et miscuisti eum ex fructu vitis et aqua ; et gratias egisti.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et benedixisti illum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et sanctificasti illum.

Populus. Amen.

Sacerdos. Et gustasti, et dedisti illum tuis gloriosis discipulis sanctis et apostolis puris, dicens : Accipite, bibite ex eo omnes. Hic est enim sanguis meus novi Testamenti, qui effunditur pro vobis, et pro multis datur in remissionem peccatorum : hoc facite in meam commemorationem.

Populus. Ita quoque est in rei veritate.

Sacerdos. Quotiescunque enim manducaveritis ex hoc pane, et biberitis ex hoc calice, annuntiabitis mortem meam et confitebimini resurrectionem meam, et mei memoriam facietis, donec veniam.

Populus. Mortem tuam, Domine, annuntiamus, et sanctam resurrectionem tuam et ascensionem confitemur ; te laudamus, tibi gratias agimus, et te deprecamur, Domine Deus noster.

Sacerdos. Et nunc etiam, Domine, memoriam agimus descensus tui ad terram, et mortis tuæ vivificantis, et sepulturæ tuæ triduanæ, et resurrectionis a mortuis, et ascensionis ad cœlos, et sessionis tuæ ad dexteram Patris tui, et adventus tui secundi de cœlis tremendi et gloriosi : offerimusque tibi hæc dona tua, ex iis quæ tua sunt, pro omnibus, et propter omnia, et in omnibus.

Diaconus. Adorate Deum cum timore et tremore.

Sacerdos. Tu, Domine, voce tua sola commuta, hæc quæ sunt proposita (6) ; tu coram nobis positus, perfice nobis hoc ministerium plenum mysteriis :

(6) Insigne prorsus hæc oratio continet fidei Coptitarum de vera et reali elementorum transmutatione testimonium : quod in Græco codice non minus legitur, quam in Copticis. Petunt scilicet, ut Deus transmutet dona proposita, voce sua sola, hoc est imperio suo divino, quod idem est ac si dicerent, petere se id quod solius omnipotentiæ divinæ opus est. Verba quæ transmutationem significant, Græce, Ægyptiace et Arabice plenam illam, et integram rei in rem transformationem designant : *Phonkh*, פוך et נקל : ut Græcum μεταποίησον.

Christum quasi præsentem alloquuntur, et ad eum orationem dirigunt, in quo adorationis cultus continetur, et simul professio fidei, de vera ejusdem in eucharistica mensa præsentia. Illam satis significant verba Græcæ Liturgiæ. Αὐτὸς παρὼν τὴν μυστικὴν ταύτην λειτουργίαν κατάρτισον· quæ quidem aliter accipi possent, nempe ut rogaretur Christus adesse, et præsens hoc mysticum ministerium perficere, unde Protestantes concluderent, præsentem non esse illum cujus præsentia postularetur. Sed difficultatem omnem solvunt versiones Copticæ et Arabicæ, dum illud παρών ita exprimunt, *tu coram nobis positus*, quod exprimunt interpretes Copticus et Arabs : alia lectio, *qui præsens es, et inter nos.*

Sequitur : *Mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, qui sanctificet et transferat hæc dona proposita in corpus et sanguinem salutis nostræ.* Paulo aliter Græcus codex. Αὐτὸς τὸ Πνεῦμά σου τὸ πανάγιον κατάπεμψον· ἵνα ἐπιφοιτῆσαν τῇ ἁγίᾳ, καὶ ἀγαθῇ καὶ ἐνδόξῳ αὐτοῦ παρουσίᾳ, ἁγιάσῃ καὶ μεταποιήσῃ τὰ προκείμενα καὶ ἄγια δῶρα ταῦτα εἰς αὐτὸ, τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως. Sententiæ nulla diversitas : plenior et uberior est Græca formula, sed eodem redit. Versio Arabica Græco textui adjuncta illam accurate et verbatim repræsentat. Itaque, quod obiter observandum, rogatur Christus, ut mittat Spiritum suum sanctum ; in quibus verbis agnoscunt Coptitæ Spiritum sanctum esse Spiritum Filii, et ab eo mitti. Mittitur vero Spiritus sanctus ad opus aliquod divinum, et humanis viribus superius, quod de alio, quam de transmutatione donorum in corpus et sanguinem Christi, intelligi non potest. Itaque nihil hac sententia magis perspicuum, aut magis simplex, atque ad veterem Ecclesiæ Orientalis doctrinam magis accommodatum, cum omnes Liturgiæ Græcæ, Syriacæ, Copticæ cujuscunque ritus aut sectæ, iisdem prope verbis contextam eamdem orationem repræsentent. De censura quam in eam, ut a Græcis conservatur, tulerunt recentiores nonnulli, fuse in notis ad Basilianam Liturgiam diximus, quæ reponere necesse non est. Id solum adjiciemus : quod cum isti censores inofficiosi, orari non posse existiment pro donis jam consecratis, contra totius Ecclesiæ veteris Orientalis et Occidentalis exemplum, quæ similibus orationibus deleri verborum Christi efficaciam nunquam existimavit, ex ista intelligimus, Coptitas corpus Christi jam præsens agnoscere, cum illam, et Invocationem quæ sequitur, pronuntiant. At hæc controversia Protestantes nihil juvat ; neque auctoritati, quam Ecclesia adversus eos comparat, ex conspirante in fide realis præsentiæ Orientalium testimonio, detrimentum ullum affert : cum ad fidei quam habent certitudinem, nihil intersit quando, aut quibus verbis consecratio perficiatur, modo eam vere fieri in Liturgia, ita profiteantur, ut panem et vinum in altari, ea perfecta esse negent, sed corpus et sanguinem Christi. Quod porro in hac ipsa oratione dicitur, *Christum præsentem esse et coram sacerdote positum*, idem in homiliis de circulo anni ad Coptitarum usum, in tractatibus Severi episcopi Aschmonin, et in multis aliis, toties inculcatur, ut ambiguitati locus esse nullus queat.

Ex illa tamen ipsa oratione, Claudius Salmasius, vir sane doctissimus, sed qui theologiam attingere non debuisset, habere se jactavit, unde missionarios quosdam ex Oriente reversos, qui Orientales idem ac nos credere circa Eucharistiam affirmabant, plene refelleret. Ita scribebat ad Joannem Dallæum, et cum epistola post Salmasii obitum typis publicata fuerit, excusari poterat quod incautus in sinum amici temere effudisset, quæ primum in mentem venerant, nisi bellum illud suum commentum libro *De transsubstantiatione* inseruisset. Illam igitur quam retulimus particulam, quam, ne quid testimonii auctoritati deforet, Arabice descripsit, ita interpretatus est (ep. 32, p. 72) : *Tu confirma in nobis commemorationem ministerii tui sancti : tu mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, ut purificemur, et convertamus has oblationes viles in corpus et sanguinem Servatoris nostri.* In ipsa epistola vernaculam ejusdem orationis versionem legimus, in qua discriminis nonnihil est. *Afin qu'estant sanctifiez, nous puissions convertir ces Oblations viles et terriennes, au corps et au sang de nostre Sauveur, ou de nostre Salut.* Interpretationem commentario munivit, cujus hæc sententia est : satis agnosci invocationem non fieri, ut gratia sancti Spiritus illabatur super panem et vinum, ut mutando sub-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

insere in nobis memoriam ministerii tui sancti : A mitte super nos gratiam Spiritus tui sancti, qui sanctificet, et transferat hæc dona proposita in corpus et sanguinem salutis nostræ. Et hunc quidem panem, facias corpus tuum sanctum, Domine Deus (7), et Salvator noster Jesu Christe, quod datur in remissionem peccatorum et vitam æternam illis qui ex illo communicant. Et rursus, hunc calicem, sanguinem pretiosum Testamenti tui novi, Domine Deus, et Salvator noster Jesu Christe, dastantias, præsentia corporis et sanguinis talis sit, ut remaneant sintque corpus et sanguis suscipienti, quicunque sit, fideli vel infideli. Verum, inquit, sacerdos ille Coptita ea invocatione quam omnium nomine pronuntiat, id designat solummodo, panem B et vinum, quæ a nobis in Cœna suscipiuntur, fieri corpus et sanguinem Domini, illis qui debite illa suscipient, quosque Spiritus sanctus prius sanctificaverit : illos quoque solos accipere verum corpus, non panem solummodo, qui prius per fidem et gratiam sancti Spiritus puri facti fuerint. Tandem edicit hanc esse μεταβολήν, sive *conversionem*, antiquis Patribus memoratam, nec quærendam esse aliam. De illorum theologia alium quemvis potius audiendum, etiam ipsi Calvinistæ dudum judicaverunt, quam Salmasium, qui nemini unquam probavit voces μεταποιεῖν, μεταστοιχειοῦν, μεταρρυθμίζειν, quibus Patres non minus utuntur, quam simplici μεταβάλλειν, nullam aliam mutationem significare, quam eam quæ mutatio non sit. Sed hoc non agimus : verum coram Ecclesia, et eruditis omnibus, qui aliquam linguarum Orientalium notitiam habent, Salmasii nomen deferimus, tanquam corruptelæ intolerabilis rei, cum lectionem codicis quem C citat, corrupit, et enormis inscitiæ dum illam absurdissime est interpretatus. Is ipse codex superest in bibliotheca Regia, et in illo, sicut in aliis omnibus legitur non pluralis primæ personæ characteristica littera, sed tertiæ femininæ, quia in lingua Arabica vox רוח *Rouah*, *Spiritus*, feminini est generis. In prima etiam voce, quam vertit Salmasius *purificemur*, nulla nota passivi est, vertendumque fuisset *purificemus*, quo solo discrimine tota machina Salmasianæ theologiæ funditus ruit. In altera *et convertamus* similis corruptela est, cum sensus sit, *et convertat*, vel *transferat*, perspecteque eam lectionem exhibeat codex manuscriptus. Quod προκείμενα, quæ intelliguntur voce sequenti, non minus communi apud Arabes Christianos voce quam apud Græcos altera, *viles et terrenas oblationes* vertit, non levem significat Arabismi ignorantiam, et in eo qui alios imperiose docere audebat, non facile tolerandam. Sed hunc errorem in libro *De transsubstantiatione* emendavit : hæsit in aliis gravioribus D longe, magisque perniciosis.

Porro mirari satis nemo potest Salmasium, qui ubique ferme de lingua Ægyptiaca, tanquam sibi non ignota loquitur, ubi opus non erat, ignorantiam vel malam fidem hoc loco ita prodidisse, ut excusationi locum non reliquerit. Codex quo utebatur Ægyptiace scriptus erat et Arabice ; cur igitur de primario textu ne verbum quidem fecit, nisi quod illum non intelligebat, quod facile, si opus esset, probaremus. Sane si intellexisset, non illum adeo perfrictæ frontis fuisse quisquam credat, ut, qualem ex Arabica versione commentus est, interpretationem daret : quandoquidem orationi Copticæ prorsus contradicit. Quod etiamsi non esset, at quæ mox subjiciuntur, sententiam in aperta luce collocant, demonstrantque peti illapsum sancti Spiritus, ejusque operationem in dona proposita. Nihil autem certius esse quam quod de Salmasiana versione

tum in remissionem peccatorum et in vitam æternam communicantibus ex eo.

Populus. Amen.

Sacerdos. Itaque rogamus te, Christe Deus noster, confirma fundamenta Ecclesiæ : concordiam charitatis in nobis radicitus insere : augeatur puritas fidei : præpara nobis viam rectam pietatis : pastores corrobora : eorum greges confirma : da mores recte compositos clero, monachis continentiam, virginibus puritatem, conjugatis concordiam, misericor-

diximus, sciunt quicunque litteras Orientales a limine salutaverint : Ægyptiacæ linguæ, quæ non adeo communis est, mediocriter peritum esse oportet, ut error agnoscatur, cum observare sufficiat ex imperfectissima grammatica ντεφ quæ nota 3 personæ futuri vel subjunctivi, eo loco usurpari, non primæ pluralis personæ notam. Adde testimonium Græci codicis, et adjunctæ versionis Arabicæ, quæ falsam illam et absurdam Salmasii interpretationem destruunt, cum habeant ἁγιάσῃ καὶ μεταποιήσῃ. *Corpus et sanguis liberationis, aut salutis nostræ*, dicuntur corpus et sanguis Christi, quia per sacrificium corporis, et effusionem sanguinis in passione, tum participationem ejus in sacramentis, salus et liberatio nobis a peccatis præstita est, et porro præstatur. Eo in loco codices plerique habent πενσωτ., voce abbreviata, ut alibi sæpius, unde σωτήρ vel σωτηρία legi potest. Sed ambiguitatem determinat codex Græcus, ubi habetur τῆς ἡμετέρας ἀπολυτρώσεως, ut versio ejus Arabica, et aliæ quæ Copticis exemplaribus adjunguntur.

(7) Occurrit hic lectionis varietas. Codex noster quem interpretando secuti sumus, ita ut expressimus, habet ητεκαιφ, *facias :* versio Arabica similiter : ita tamen, ut ad Spiritum sanctum referri possit ; *Et faciat :* quia ut dictum est feminini Arabici, in quo genere est vox הוה apud Arabes, tertia persona, eamdem quam secunda utriusque generis characteristicam præfert. Verum melior omnino lectio est secundum Græcum exemplar, καὶ ποιήσει, vel potius ποιήσῃ, *et faciat*, ut ad Spiritum sanctum referatur, cujus postulatur adventus. Ita quoque legitur in aliis codicibus Copticis, qui antiquitate præstant : παιωιχ μεν ητειαιφ ησωμα εθουαϐ ηταχ : atque ita versiones Arabicæ. Sententia tamen utrobique eadem est, sive Christus faciat, sive Spiritus sanctus ab eo missus. Versio Maronitæ : *Et hic fiat panis corpus sacrosanctum tuum, Domine*, neque Coptico, neque Arabico, aut Græco textui respondet. Jam vero Salmasii admiratoribus incumbit, ut speciosam aliquam rationem silentii, quod circa hanc partem orationis observavit, nobis reddant, cum tamen præcedenti necessario conjuncta sit, atque adeo una ex altera explicari debeat. Ex ejus interpretatione, quam priori attribuit, ita vertendum erit : *Et hunc quidem panem faciamus, corpus tuum sanctum, Domine :* quod codici Græco, Coptico et Arabico repugnat non minus quam omnibus cujuscunque linguæ Liturgiis, sanctorumque Patrum theologiæ, maxime vero Orientalium scriptorum. Illi enim vulgo dicunt, Spiritum sanctum illabi super dona proposita, sicut in B. Mariam Virginem illapsus est, et in altari formare corpus Christi, sicut illud in utero Virginis, ex ejusdem carne et sanguine formavit. Ita Severus Aschmoninensis, Homiliæ de circulo anni, Barsalibi, Abulfaragius, et alii quorum testimonia alibi relata sunt. Sacerdos, ministerialis causa est : Spiritus sanctus causa principalis : si quis ultra philosophatus est, ut Diamperenses censores, et emendatores aliquot ignobiles Liturgiarum, minima est hoc in genere illorum auctoritas.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

diam illis qui in pœnitentia sunt (8), benignitatem divitibus, modestiam iis qui in dignitate sunt, auxilium pauperibus : senes robora : juvenes erudi : infideles converte : cessent ab Ecclesia schismata : deprime superbiam hæreseon, et nos omnes ad concordiam pietatis adunare digneris.

Populus. Domine, miserere.

Diaconus. Orate pro pace unius catholicæ et apostolicæ Dei Ecclesiæ.

Sacerdos. Memento, Dom.ne pacis, unicæ, sanctæ, catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ tuæ, quæ est a finibus usque ad fines terræ, et eorum qui recte dispensant in ea verbum veritatis.

Diaconus. Orate pro pontifice nostro papa Anba N. D. archiepiscopo magnæ urbis Alexandriæ, et pro orthodoxis episcopis

Sacerdos. Præsertim vero patriarchæ nostri Patris venerabilis Anba N. et Patris nostri episcopi Anba N. et eorum qui hic adsunt, et qui requieverunt, episcoporum, hegumenorum, sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, lectorum, cantorum, exorcistarum, monachorum, virginum, viduarum, continentium, orphanorum, laicorum, et omnium fidelium Ecclesiæ tuæ sanctæ.

Diaconus. Orate pro rege nostro Christum amante (9).

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui regnaverunt cum pietate, et eorum qui regnant.

Diaconus. Memento, Domine, fidelium fratrum nostrorum.

Sacerdos. Memento, Domine, fidelium fratrum nostrorum orthodoxorum, qui sunt in palatio, et omnis exercitus.

Diaconus. Orate pro iis qui sunt in palatio fratribus nostris fidelibus, et orthodoxis, et pro universo exercitu.

Sacerdos. Memento, Domine, eorum qui tibi obtulerunt hæc dona, et eorum qui pro se obtulerunt, et eorum pro quibus oblata sunt : concede omnibus mercedem e cœlo.

Diaconus. Orate pro iis qui obtulerunt.

Sacerdos. Memento, Domine, habitantium in montibus et cavernis : et fratrum nostrorum qui sunt in captivitate : concede illis ut pacifice ad sua domicilia revertantur.

Diaconus. Orate pro captivis.

Populus. Domine, miserere.

Diaconus. Adorate Agnum Verbum Dei (10).

Sacerdos secreto. Memento, Domine, tenuitatis meæ et remitte mihi peccata mea, ut ubi abundavit iniquitas, ibi superabundet gratia tua : neque propter peccata mea propria, et propter maculas cordis mei deprives populum tuum gratia Spiritus sancti tui.

Populus. Miserere nostri, Deus Salvator noster.

Sacerdos alta voce. Quia populus tuus et Ecclesia tua te obsecrant et Patrem tuum tecum, dicentes : Miserere nostri, Deus Salvator noster. Concede populo tuo cor unum : da tranquillitatem mundo : temperiem bonam aeri : dignare, Domine, benedicere hoc anno ventos cœli et fruges terræ. Dignare Domine, benedicere aquas fluminis, ascendere eas

(8) Hinc demonstratur, pœnitentiam in Coptica Ecclesia locum olim habuisse, dudum ante obscena illa tempora Joannis, et Marci filii Zaraa patriarcharum, qui confessionem peccatorum, et *Canonem*, sive laboriosam pœnitentiam, tollere conati sunt, de qua innovatione dictum est in *Historia Alexandrina* (a) et alibi. Esse in pœnitentia, status est, ut eorum qui in eadem oratione commemorantur, varii sunt. Non vero is locus intelligendus est de publica illa, qualis in usu erat primis Ecclesiæ sæculis, pœnitentia, cujus dudum, præterquam ad publicos peccatores emendandos, disciplina omissa est. Sed hic intelligendi sunt illi, qui facta apud sacerdotem confessione, *Canonem*, hoc est pœnas canonicas suscipiebant, et aliquam illarum partem compleverant, antequam communionem sacramentorum obtinerent, a qua arcebantur per aliquod temporis intervallum. Hæc disciplina fusius alibi exponetur, ex variis auctoribus tum ex canonibus pœnitentialibus, qui exstant in codicibus manuscriptis. Pœnitentium quoque mentio fit infra, qui intelligi forte debent, per eos cui *in confessione sunt.*

(9) Servata hæc formula est ex veteri disciplina, ante occupatam a Muhamedanis Ægyptum, in Græco τῶν εὐσεβῶς βασιλευσάντων, quæ verba versiones Arabicæ quædam expresserunt. Nempe cum regnarent Christiani imperatores, hæc formula usurpabatur, quæ postea in libris servata est, adjunctis tamen verbis ultimis, quia pro principibus, qualescunque sint, orant Orientales, si Nestorianos excipimus, in quorum Liturgia memoria fit *regum fidelium*, non aliorum. Ex illo loco recte Salmasius Liturgiæ antiquitatem commendat, tanquam scriptæ sub Christianis Ægyptum obtinentibus, quia pro illis oratur, et illis qui sunt in palatio. Sed palatium non magis Christianos quam Muhamedanos principes designat, neque ad familiam regiam referri debet, sed ad fratres orthodoxos, hoc est Jacobitas Christianos, qui tunc erant in aulico ministerio. Multos enim fuisse qui scripturam in aula sultani, aut in divano exercerent, patet ex variis historiæ Alexandrinæ locis, quod pariter sæpissime contigit in aula Bagdadensi, ubi multi Christiani magna apud quosdam califas auctoritate floruerunt, Nestoriani præcipue. Hinc sæpe utraque Ecclesia, Jacobitica et Nestoriana, maximis turbis per illorum hominum ambitionem agitata est : et in Ægypto sub ultimis sultanis, Turcis et Circassis, quos Mamalucos vocant, durissimæ persecutiones excitatæ sunt. Quam lectionem secutus fuerit Maronita interpres cum vertit : *Memento, Domine, regum qui sunt electi in perfectione pietatis, et eorum qui sunt eligendi*, non satis intelligitur, cum sententiam similem neque Copticus neque Arabicus textus offerant.

(10) Hæc diaconi hortatio in codice Græco non occurrit : pia sane et singularis, quam ex Coptica lingua ad verbum interpretati sumus, consentiente Arabica versione. In uno ex codicibus Regiis, illius adeo legitur formula illa frequens *Adorate Deum cum timore* : quod Græce non pronuntietur, ut omnes similes, eam non adeo antiquam esse significare videtur. Erat in Scaligeri codice, sed pessime interpres reddidit : *Orate pro eo qui portat verbum Dei.*

(a) *Hist. Patr. Alex.* p. 505.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

fac juxta mensuram suam, secundum gratiam tuam. Lætifica faciem terræ, etc. *Ex Liturgia Basilii.*

Infirmis sanitatem : indigentibus solatium : liberationem captivis concede : suscipe ad te orphanos : auxilium da viduis : eos qui angustiantur, bonis sustenta : eos qui ceciderunt erige : stantes confirma : defunctorum memento : eorum qui in confessione sunt, deprecationes suscipe : pœnitentes numera cum fidelibus tuis, et fideles tuos cum martyribus tuis : et eos qui hic adsunt, similes effice angelis tuis : nos quoque, qui, licet indigni, ad ministerium tuum per gratiam tuam vocati sumus, ad te suscipe.

Kyrie, eleison, *alta voce.*

Sacerdos. Memento, Domine, salutis hujus loci sancti tui, et omnium locorum, et omnium monasteriorum Patrum nostrorum orthodoxorum, et omnium civitatum totius provinciæ et regionis, et omnis pulchritudinis ejus; et nos omnes libera a fame, a peste, a terræ motibus, submersione, naufragio et incendio ; a captivitate barbarorum, a gladio extraneo, et ab insurrectione hæreticorum.

Dignare, Domine, recordari omnium sanctorum qui tibi placuerunt ab initio, Patrum nostrorum sanctorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, evangelistarum, martyrum, confessorum, et eorum qui Evangelium annuntiaverunt Ecclesiæ tuæ, et omnium spirituum justorum qui consummati, defuncti sunt in fide. Præcipue vero sanctæ, gloria plenæ semper Virginis, Genitricis Dei sanctæ Mariæ, et sancti Joannis Præcursoris, Baptistæ et martyris, et sancti Stephani protodiaconi et protomartyris, et contemplativi Deumque videntis evangelistæ Marci, apostoli sancti et martyris; et patriarchæ nostri sancti Severi ; et doctoris nostri Dioscori, sancti Cyrilli, sancti Basilii, sancti Gregorii, sancti Joannis Chrysostomi, sancti Athanasii apostolici ; et dominorum nostrorum Patrum justorum, magni abbatis Antonii, et pii sancti abbatis Pauli, et trium Macariorum, totiusque chori sanctorum tuorum, quorum precibus et intercessionibus, miserere omnium nostrum, et nos omnes libera propter nomen tuum sanctum quod invocatum est super nos.

Sacerdos secreto. Memento, Domine, patrum et fratrum nostrorum qui pridem obdormierunt in fide orthodoxa : da illis omnibus requiem, cum sanctis tuis, et cum iis quorum nomina commemorata sunt.

Sacerdos post Diptycha dicet. Memento, Domine, eorum quorum memoriam fecimus fidelium, et eorum quorum non meminimus orthodoxorum, et nostri quoque cum illis, o bone amator, hominum Deus.

Populus. Remitte, parce, condona nobis, Deus, offensas nostras quas commisimus voluntarie aut involuntarie, scienter vel ignoranter : Domine, dimitte illas nobis.

Sacerdos. Tu es enim Deus misericors qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Converte nos, Domine, per salutem tuam, et fac nobiscum secundum bonitatem tuam ; tu qui efficis plura quam petimus aut intelligimus : ut in hoc, sicut et in omnibus, glorificetur, benedicatur, et extollatur nomen tuum magnum, sanctissimum, gloriosum et benedictum, cum Patre tuo bono, et Spiritu sancto.

Pax omnibus.

Domine, Salvator noster, amator hominum bone, qui vivificas animas nostras, qui tradidisti te ipsum pro nobis, in salutem pro peccatis nostris : qui in multitudine misericordiæ tuæ solvisti inimicitias hominum : Unigenitus Deus, qui es in sinu Patris.

Kyrie, eleison. Benedic. Amen.

Sacerdos. Qui benedixisti illo tempore. benedic nunc (11).

Populus. Amen.

Sacerdos. Qui sanctificasti illo tempore, sanctifica nunc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Qui divisisti illo tempore, divide nunc.

Populus. Amen

Sacerdos. Qui dedisti tuis discipulis sanctis et apostolis puris illo tempore, nunc, Domine, da nobis, et omni populo tuo, omnipotens Domine Deus noster.

Diaconus. Orate.

Oratio fractionis ad Filium (12).

Benedictus es, Christe Deus omnipotens, Salvator Ecclesiæ tuæ : Verbum intelligibile et homo visibilis, qui per incarnationem tuam incomprehen-

(11) Sententia hujus orationis pia valde, et purissimæ theologiæ plena; nempe ut Christus per divinam omnipotentiam, secundum promissionem suis factam : *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi*, et singulari modo, per transmutationem panis et vini in corpus et sanguinem suum præsens, mysterium a se institutum perficiat et in eo consummando invisibiliter operetur. In eamdem sententiam multa occurrunt in diversis orationibus, tempore distributionis Eucharistiæ recitandis, tam apud Jacobitas quam apud Nestorianos, ut sunt ista : *Hoc ipsum esse mysterium crucis et ultimæ cœnæ : hunc calicem ipsum esse quem Christus miscuit*, multaque similia.

(12) In codice Græco-Arabico aliæ duæ occurrunt orationes sub eodem titulo τῆς κλάσεως, nempe dicendæ priusquam hostia in minutiores partes frangatur, ad communionem distribuendam. Scilicet, ut alibi monuimus, in liturgicis codicibus scriptæ sunt orationes diversæ, secundum festorum diversitatem aut sacerdotis arbitrium dicendæ. Ista videtur antiquior, cum prior Græci codicis enucleatam Monophysitarum doctrinæ professionem contineat : id vero non nisi post scissam per Dioscori sectatores Ecclesiam, factum esse potuit. Habet autem hæc oratio obscuritatis nonnihil, non modo circa res, sed etiam ex ipsa vocum aliquot ambiguitate, quam Coptitæ primi interpretes, et Arabes non satis versionibus suis elucidaverunt.

Statim ad Christum dicitur : *Verbum intelligibile et homo visibilis* : Græce : Ὦ λόγε ὃν προνοοῦσιν αὐτὸν, καὶ ἄνθρωπε ὃν προθεωροῦσιν αὐτόν. Verba hæc non

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sibilem, præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum in mysterio omnibus modis sancto (13). Miscuisti nobis calicem ex fructu vitis veræ, quæ est latus divinum tuum et immaculatum, ex quo postquam tradidisti spiritum, manavit nobis sanguis et aqua, quæ mundum universum purifica- A verunt. Acquire nos tibi, o bone, servos tuos : nos indignos fac tibi populum congregatum, regnum, sacerdotium et populum electum. Purifica nos, Domine, sicut sanctificasti has oblationes propositas, et fecisti illas invisibiles ex visibilibus (14), et mysteria tibi soli cognita, Domine Deus et Salvator

satis Græca, seu jam barbariem redolentia, videntur antiquitus esse interpolata, cum simplicius et accuratius sententiam exprimere Alexandrini illi potuissent, Λόγε, ὃν νοοῦσιν, ἄνθρωπε, ὃν θεωροῦσιν, quam Arabs primus interpres recte expressit : *Verbum quod intelligitur : homo qui videtur.* Duas scilicet in Christo naturas agnoscere se significabant paucis illis verbis, orationis primi auctores, novitate Monophysitarum, ut conjicere possumus, nondum imbuti. Ita quoque illa reddidit Coptita interpres : ωπιλογος ετου ερνοιν μμοφ. πιρωμι ετου B ερθεωριν μμοφ. Christus scilicet, ut Verbum Dei, mente tantum concipitur : tanquam homo, oculis videri poterat. Ea autem fidei particula, ab Orientalibus Christianis, Severo, Barsalibio, Homiliarum auctore, et aliis multis accommodari plerumque solet ad Eucharistiæ mysterium, dum dicunt : apostolos et alios, qui cum Christo, dum in terris esset, conversati sunt, hominem simplicem oculis corporis vidisse, Deum oculis mentis agnovisse : Ita debere Christianos Eucharistiam suscipiendo, fidem conformare suam, ut quamvis panis et vini elementa solummodo sensibus percipiant, oculo interiore fidei, Christum in illis videant, agnoscant et adorent, quemadmodum latro in cruce illum agnovit, illiusque exemplo dicant : *Memento mei, Domine, cum veneris in regnum tuum.* Versiones Arabicæ quæ in codicibus Copticis leguntur, sententiam eamdem exprimunt.

(13) *Qui per incarnationem tuam incomprehensibilem præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum, in mysterio omnibus modis sancto.* Sensus istius orationis simplex : quia scilicet Incarnatio Filii Dei, mysterium incomprehensibile est, quo panis vivus de cœlo descendit : panis autem sanctificatus in altaribus, est corpus ipsum quod Filius Dei accepit ex Maria Virgine, et quod dat nobis in sacramento, ut ipsi Coptitæ postea recognoscunt, in confessione quæ fit ante illius susceptionem. Unde frustra sunt ad sententiam istius orationis pervertendam omnes Albertiniani et Claudiani commentarii. Non enim dicitur dari corpus Christi in sacramento, quod intelligi posset de eodem suscepto per fidem, sed hoc corpus, nempe quod sacerdos in disco positum intuetur, quodque mox elevans, et demonstrans, testatur esse ipsum verum corpus Christi. Τοῦτο τὸ σῶμά σου ὃν ἔθου ἐν μυστηρίῳ, ita enim legendum videtur in Græco exemplari, ubi scriptum est ἐν μυστήριον πανάγιον ἐν τοῖς ἅπασιν, quod sive ad corpus Christi referatur, sive ad mysterium, perinde est. Arabica versio ad corpus Christi refert. *Corpus tuum hoc, quod est sacramentale ;* μυστηριῶδες, *et omnino sanctum.* Vox enim רָז *serri*, idem significat quod τὸ μυστηριῶδες · et qui corpus Christi in sacramento, ita appellat, per oppositionem ad naturale, non negat veram et realem ejusdem corporis in sacramento præsentiam. Id vel unus Gennadius satis demonstrat, qui in homilia nuper edita, cum transsubstantiationem perspicue doceat, titulum hunc inscripsit : Περὶ μυστηριώδους σώματος (*), etc. Versiones Arabicæ duplicem vocem adhibent, et istam, et aliam quæ significat id quod Coptice scribitur *in mysterio :* τὸ πανάγιον referunt ad corpus Christi. Naronita non recte totam hanc orationem expressit. *Verbum spirituale, qui homo factus es, et inter homines versatus, qui per incarnationem tuam incomprehensibilem præparasti nobis panem, corpus hoc tuum sacrosanctum, mysterium omnino sacrosanctum :* neque enim Coptico aut Arabico textui versio respondet.

(14) Sic prope ad verbum textus Copticus, ita ut distinctio sit inter purificationem, quam orat sacerdos conferri a Deo sibi et circumstantibus, et sanctificationem elementorum. In prima significanda adhibetur vox τουϭο, quam Arabes per eam exprimunt quæ proprie *mundationem* et *purificationem* significat, aliquando etiam *sanctificationem :* alteram reddunt ipsa voce Græca ἁγιάζειν, quæ occurrit in Græco codice, utroque in loco. Arabs Græci codicis interpres eadem voce, quæ τῷ ἁγίασο proprie respondet, usus est : alii diversam adhibuerunt. Ita distinctionem, non quidem plane necessariam, constituerunt inter sanctificationem suscipientium, et donorum propositorum. Non cavisse videntur quodammodo, ne comparatio non satis adæquate intelligeretur, cum sanctificationes diversi omnino generis sint : aliter enim sanctificantur homines, aliter dona proposita. Sed intellectus simplicissimus est : Ut sanctificasti dona proposita, singulari scilicet ratione quam subjuncta verba explicant, ita ad suscipienda illa digne Christianos sanctifices.

Quomodo autem sanctificaverit Deus dona proposita mox exponitur, faciendo scilicet ea *invisibilia ex visibilibus ;* ἀόρατα ἐκ τῶν ὁρατῶν, ut habet codex Græcus. Maronita parum recte, *et fecisti illas non adumbratas, sed quidquid apparet est mysterium tuum spirituale,* nullo sensu, et contra Coptici Arabicorumque codicum fidem. Sententia hæc est : *has oblationes fecisti ex iis quæ videbantur, esse aliud quid, quod non videtur :* nempe erant panis et vinum, fecisti eas esse corpus et sanguinem Christi. Ante sanctificationem seu consecrationem, erant, et videbantur panis et vinum; post sanctificationem sunt corpus et sanguis, quæ non videntur. Nulla hic ambiguitas, veraque transmutatio in istis verbis agnoscitur, longe distans ab ea quam solam veteribus et ipsis Coptitis creditam fuisse, tam audacter affirmabat Salmasius. Is vero, si bona fide egisset, cum nugaci et absurda interpretatione invocationem Spiritus sancti hujus Liturgiæ contaminare satagebat, comparare hanc orationem cum ista, et cum utraque suam explicationem debuerat. In ista sanctificatio Christianorum, et ipsius sacerdotis postulatur, ut in prima adventus Spiritus sancti, super eos et super dona proposita : nempe, ait Salmasius, ut sanctificemur et convertamus has oblationes in corpus et sanguinem Christi : quamvis, ut supra observavimus, nihil simile legatur in textu Coptico et Arabico. In ista oratione quæ non longo post primam intervallo sequitur, plena paradoxi Salmasiani refutatio est. Orat enim sacerdos Deum, ut se et circumstantes sanctificet, non ut convertant per communionem elementa in corpus et sanguinem, quandoquidem agnoscit consecrationem jam factam, cum Deus illa fecerit invisibilia ex visibilibus; totaque verborum series ostendat, eos qui illa pronuntiant, corpus Christi præsens in altari esse, credere. Porro quæ de Salmasio diximus, ad Albertinum, ad Claudium, ad discipulos eorum non minus pertinent, qui cum pauca Liturgiarum

(*) *Opusc. Gr. Gennadii.*

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

noster Jesu Christe. Tu per clementiam tuam magnam fecisti nos dignos filiatione per baptismum sanctum, et docuisti nos formam orationis mysticæ, ut per eam invocaremus Patrem tuum. Tu nunc, Domine, fac nos dignos, ut conscientia munda et cogitatione bona, quemadmodum decet filios, cum desiderio et fiducia, audeamus invocare Deum Patrem tuum sanctum qui est in cœlis et dicamus : Pater noster, etc.

Oratio post Pater noster.

Etiam, Domine, qui dedisti nobis potestatem calcandi serpentes et scorpiones, et omnem virtutem inimici, contere capita ejus sub pedibus nostris velociter, et repelle a nobis omnes ejus cogitationes malas, contrarias nobis : tu es enim Rex omnium nostrum, Christe Deus noster : et tu es cui mittimus laudem, etc.

Sacerdos dicit orationem Inclinationis.

Diaconus. Inclinate capita vestra Domino.

Tu, Domine, inclinavisti cœlos et descendisti, et incarnatus es propter salutem generis humani : tu sedes super cherubim et seraphim, respicisque humiles. Tu nunc, Domine, cum levamus oculos cordium nostrorum ad te, Domine, qui remittis iniquitates nostras, qui redimis de interitu vitam nostram ; adoramus misericordiam tuam inenarrabilem, rogamusque te, ut concedas nobis pacem tuam. Omnia nobis dedisti, acquire nos tibi, o Deus ; neque enim alium novimus præter te, et nomen tuum sanctum pronuntiamus. Converte nos, Deus, ad timorem tuum, et desiderium tui ; et concede ut perveniamus ad fruitionem bonorum tuorum. Et qui inclinaverunt capita sua sub manu tua, extolle eos in hujus vitæ decursu : orna eos virtutibus, et præsta ut omnes digni simus regno tuo cœlesti, per beneplacitum Dei Patris tui boni, cum quo tu es benedictus, et cum Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Sacerdos dicet orationem Absolutionis ad Filium. Domine Jesu Christe Fili unigenite, etc., *ut in Liturgia sancti Basilii.*

Sacerdos dicit Confessionem.

Corpus sanctum (15) et sanguis pretiosus Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen (16).

testimonia vellicent, ut obscuritate alicujus loci abutantur, perspicua et quæ illorum novitates funditus evertunt, ne indicant quidem.

Sequitur in eadem oratione, *et mysteria tibi soli cognita.* In Græco textu qui manifeste vitiosam scripturam habet μυστήρια ὧν προνοοῦσιν αὐτά σοι, Κύριε, nullo sensu ; hunc expressit Arabs interpres *per mysteria invisibilia, intellecta tibi, Domine.* Coptica lectio : *Et mysteria quæ tibi cognita sunt, Domine,* μμυστηριον ετον ερνοιη μμωου ηταχ πενος. Versio Arabica : *mysterio plena quod tibi cognitum est, Domine* : male Maronita : *mysterium spirituale.* Sententia ex præcedentibus hæc est. Fecisti oblationes invisibiles ex visibilibus, et mysterium, sive per mysterium quod solus, Domine, intelligis, cum humanæ mentis vires superet. Nam προνοεῖν quod est in Græco textu, Copticus, ut superius, explicat per ερνοιν hoc est νοεῖν, Arabes per ea verba quæ *intelligere, et animo concipere* significant.

(15) De illa eximia nec ullius ad Protestantium mentem interpretationis capace confessione, dictum est ad Liturgiam S. Basilii ; pauca tantum observabimus, quæ ad istam proprie spectant. Exstat in ea ipsa Liturgia quam citavit Salmasius, ut argumenta subministrantem, quibus et Catholicis os occluderetur, et Calvinistica causa triumpharet. Cur igitur de ista confessione ita locutus est in sua ad Dallæum epistola, ut integram orationem non retulerit, quod erat tamen necessarium, et notam falsissimam adjecerit? Verba ejus sunt : « Post celebrationem Cœnæ, et participationem ejus factam, idem sacerdos monet, id quod a communicantibus susceptum est, verum esse corpus et sanguinem Christi, id est fructum vitis veræ, qui est Christus, ita significans, vinum calicis, non aliter vocari sanguinem Domini verum, quam ut ipse veram se vitem appellavit. » Excusari sane Calvinista potest, Calvinistæ loquens de usu ridiculo vocis Cœnæ, ad Liturgiam, totamque sacram Eucharistiæ celebrandæ actionem significandam. Sed cum publice scribunt, uti debent illis vocibus, quas universa Ecclesia usu non interrupto multorum sæculorum consecravit ; cum nulla gens Christiana cujuscunque ritus et linguæ, ita loquta unquam fuisse reperiatur. Cedant eruditi illi, qui tantam Orientalium linguarum peritiam ubique ostentant, auctorem ullum, qui *Cœnam* vocaverit celebrationem Eucharistiæ, Græce, Latine, Syriace, Ægyptiace, Æthiopice, Persice, aut Armenice?

Sed illud minoris momenti est : ea quæ subjungit, mentita, falsa, plenaque erroris, ignorantiæ et temeritatis, excusari nulla ratione possunt, nisi ex auctoris imperitia, quæ excusatio locum non habet. Quis enim cogebat hominem, qui in Ecclesia catholica natus et baptizatus avitam fidem juveniliter deseruerat, de rebus theologicis scribere?

Oratio quæ confessionem continet, non dicitur post celebrationem Liturgiæ, neque post communionem, sed antequam ea distribuatur : ut ipsa rituum series satis indicat : adeo ut Salmasium, aut Liturgiam non legisse oporteat, aut neminem futurum existimasse, qui, oculis in eam conjectis, falsi eum testimonii reum agnosceret.

Neque minus falso affirmat, a sacerdote dici post communionem, id quod a communicantibus susceptum est, *esse corpus et sanguinem Christi, id est fructum vitis veræ, quæ est Christus.* Neque enim quidquam simile legitur in orationibus gratiarum actionis : et cum sacerdos dicit : *Hoc est corpus verum et sanguis pretiosus, Christi Dei nostri*, etc., hæc dicuntur ante communionem. Communicaturi respondent, antequam sacra mysteria susceperint, ita credere se, et credituros ad ultimum usque vitæ spiritum, hoc quod vident in sacerdotis celebrantis manu, quod episcopus et sacerdos, cum ordinantur, manu suscipiunt, neque adhuc ori admoverunt, esse corpus et sanguinem Domini, et tamen ex hypothesi Salmasiana, dona proposita, προκείμενα, nihil adhuc sunt, præter panem et vinum, cum in solo usu fiant corpus et sanguis Christi.

Neque in tota hac Liturgia, aut ulla cujuscunque ritus et linguæ reperietur, talis sacerdotum ad communicantes monitio, quam commentus est Salmasius, elementa esse corpus Christi, ut Christus est vitis vera. In oratione fractionis ad Filium legitur : *Præparasti nobis panem cœlestem, corpus hoc tuum sanctum in mysterio... Miscuisti nobis calicem ex fructu vitis veræ, quæ est latus divinum tuum et immaculatum.* Ita Gaudentius Brix. tract. II *De Pasch.* : *Quia quod accipis corpus est illius panis cœlestis, et sanguis est illius sacræ vitis.* Non igitur dixerunt Christiani

(16) Σῶμα ἅγιον καὶ αἷμα τίμιον Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀμήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Populus. Amen.

Sanctum et pretiosum corpus et sanguis verus Jesu Christi Filii Dei nostri. Amen (17).

Corpus et sanguis Emmanuelis Dei nostri, hoc est in rei veritate. Amen.

Credo, credo, credo et confiteor usque ad ultimum vitæ spiritum, hoc esse corpus vivificum, quod accepisti, Christe Deus noster, ex Domina omnium nostrum, Deipara, pura, sancta Maria, fecistique illud unum cum divinitate tua, absque confusione, commistione, aut alteratione : et confessus es confessionem bonam coram Pontio Pilato. Dedisti illud pro nobis super lignum sanctum crucis, voluntate tua sola, pro nobis omnibus. Credo divinitatem tuam separatam non fuisse ab humanitate tua, ne momento quidem aut nictu oculi. Dedisti eam pro nobis ad salutem, remissionem peccatorum et vitam æternam iis qui ex illo communicabunt. Credo hoc vere ita esse.

Oratio gratiarum actionis post Communionem.

Gratias agimus tibi, Christe Deus, Verbum verum ex substantia pura Patris : quia talem in modum dilexisti nos, et tradidisti te ipsum ad immolationem pro salute nostra ; et largitus es nobis vitam, per corpus tuum sanctum, et sanguinem tuum pretiosum, quorum participatione nos modo dignatus es. Eapropter gratias agimus tibi, amator creaturæ tuæ, et mittimus tibi sursum gloriam, honorem et adorationem, cum Patre tuo bono, et Spiritu sancto vivificante, tibique consubstantiali, nunc, etc.

Oratio inclinationis post Communionem.

Qui est et fuit (æternus), qui venit atque iterum veniet, qui incarnatus et homo factus est, crucique affixus est propter nos : passus est propria voluntate in corpore, cum esset impassibilis tanquam Deus, involutus est et positus in sepulcro, surrexit a mortuis tertia die, et ascendit in cœlum, sedetque ad dexteram majestatis Patris, et iterum venturus est judicare vivos et mortuos : quem benedicunt angeli et laudant archangeli, cujus gloriam loquuntur seraphim, quem adorant cherubim, quem timent et tremunt omnes naturæ, Filius, Verbum Dei Patris, Jesus Christus Dominus noster. Tu es cui inclinat se populus tuus et hæreditas tua, quam acquisivisti sanguine tuo pretioso. Aspice nos omnes, Domine, de cœlo sancto tuo, et ex habitaculo tuo præparato : benedic servis tuis, per omnes benedictiones spirituales : custodi eos sub potenti manu tua : confirma eos in fide tua. Da illis et nobis puritatem animarum, corporum, spirituumque nostrorum, et concede nobis finem Christianum qui coram te acceptus sit : quia regnum tuum, Christe Deus noster, sanctitate et gloria plenum est, quod nos omnes consequi speramus, per intercessionem Dominæ omnium nostrum, sanctæ Genitricis Dei, semperque virginis Mariæ : et quatuor lucidorum Michaelis, Gabrielis, Raphaelis et Surielis : et quatuor animalium incorporeorum : et viginti quatuor presbyterorum, cherubim et seraphim, et ordinum cœlestium : et per orationes patriarcharum et prophetarum : Joannis Baptistæ, et centum quadraginta quatuor millium ; dominorum nostrorum apostolorum, et primi diaconorum Stephani : et D. regis Georgii, totius chori martyrum, et chori cruce signatorum, piorum, justorum, virginum prudentum, et puerorum. Benedictio angeli diei istius : benedictio Genitricis Dei sanctæ Mariæ patronæ istius ecclesiæ, et hujus diei quo ejus memoria celebratur : benedictiones eorum sanctæ, gratiæ, virtutes, dona, auxilia, patientia et charitas eorum, sint nobiscum usque in sæculum. Amen.

Alia oratio gratiarum actionis.

Gratias agimus tibi, Pater noster sancte omnipotens, omnia præstans, creator omnium, qui dedisti

stiani Ægyptii *ex fructu vitis veræ, quæ est Christus :* sed *quæ est latus tuum, ex quo exivit sanguis et aqua.* Theologice prorsus et ad sanctorum Patrum mentem, simulque ad eorum confutationem qui Cypriano totaque veterum Ecclesia sapientiores, aquam calici admiscere, piaculum existimant. Itaque in hac oratione fructus vitis veræ, de sanguine Christi in calice exhibito intelligitur, non de toto sacramento. Panis qui de cœlo descendit, seu panis cœlestis, est corpus Christi, quod percipitur in sacramento, et in illo est : fructus vitis veræ, est sanguis Christi, in eodem sacramento : adeo ut in disco sit panis cœlestis, quia ut ipsi confitentur in eo est corpus Christi : atque pariter in calice, fructus vitis veræ, quæ est Christus, quia in eo continetur sanguis Christi. Comparationis quam Salmasius excogitavit, in illis orationibus vestigium nullum est, et etiam si ullum, vel levissimum posset deprehendi, et obscuritatem induceret, explicaretur illa satis per subsequentem confessionem, in qua nihil figurate dictum, sed simplicissima fidei expositio, quam dissimulavit Salmasius, desperans, ut verisimile est, Calvinisticam illam quacunque subtilitate posse fieri. Quam porro rituum Orientalium imperitus habendus ille sit, qui orationem fractionis dicit recitari post communionem, judicare quisque potest : nam post eam orationem fractio fit, et unio duarum specierum seu ἁγία ἕνωσις· tum aliæ orationes interveniunt : postea, *Pater noster :* tum oratio absolutionis : alia inclinationis : *Sancta sanctis,* cum τῇ ἁγίᾳ ὑψώσει, seu elevatione sacramenti, tandem communio. Tamen ex oratione quæ omnibus illis præmittitur, quid in participatione Eucharistiæ datum Christianis fuerit, docere nos vult Salmasius ; nempe non quæ in ipsa oratione contineantur, sed quæ in absurdissimo commentario : quem sola Liturgiæ dispositio refellit. Nam, ut omnia ejus peccata uno intuitu appareant, oratio quam citat, non dicitur post communionem, sed multo prius. Sacerdos non populum alloquitur, sed Deum : nihil dicit eorum quæ Salmasius supponit : tandem oratio confessione explicatur, de qua verbum ille non fecit, nec Albertinus, nec alii, quamvis exstaret in versione Latina sæpius edita, ut in Canone generali Æthiopum. Qui credit quæ illa confessione continentur, a Salmasiana theologia remotissimus est : at ita Coptitas credere qui neget, illud saltem negare non poterit verbis significantioribus minusque ambiguis fidem realis transmutationis explicari non posse, adeo ut Ecclesia Romana in professione fidei post Tridentinum concilium publicata, non magis perspicue de Eucharistia loquatur quam ista ante communionem confessio.

(17) Ἅγιον τίμιον σῶμα καὶ αἷμα ἀληθινὸν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Ἀμήν.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nobis hunc cibum sanctum, immortalem, mysticum; qui aperuisti nobis viam vitæ, qui ostendisti nobis semitam qua ascenderemus ad cœlum, qui largitus es servis tuis multitudinem bonorum : tu, Domine bone amator hominum, conserva gratiam doni tui A in nobis, ut non sit nobis ad condemnationem, sed sit requies, gloria, acquisitio vitæ, confirmatio animæ et puritas corpori, ut vivamus in te, et adimpleamus justitiam omni tempore : ut glorificetur nomen tuum in nobis, et tibi debetur honor, gloria, etc.

LITURGIA SANCTI GREGORII

ALEXANDRINA.

(Rénaudot, *Liturgiæ Orient.*, ed. 2, Francof. 1847, p. 85.)

Hanc cum Basiliana repræsentat codex Regius Græco-Arabicus : de eaque idem dicendum est quod de Basiliana : magnam scilicet esse illius cum Coptica conformitatem, adeo ut una et eadem haberi debeat : cum diversitas sit in illis solis orationibus, quæ ad sacram Actionem seu Anaphoram proprie dictam non spectant : ut sunt præparatoriæ, gratiarum actionis et aliæ nonnullæ.

DIVINA LITURGIA SANCTI PATRIS NOSTRI GREGORII.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ.

(5) Et hic et paulo inferius in hac oratione legitur in utroque cod. Χρήσεις. Quod ideo moneo, ne quis ῥήσεις conjiciat. Videatur Philo p. 727 edit. Colon. Allobrog. 1613. Nec aliena sunt quæ Phavorinus in *Lexicon* suum retulit : Χρῆσις λέγεται, ἡ τῶν ἀρχαίων ποιημάτων μαρτυρία. Pag. 1874, vers. 73. Conf. Suicerl *Thesaurum eccl.* in *Χρῆσις*. Conf. etiam Cuperi *Observatt.* l. I, c. 16, p. 117 sqq.
(6) Τῆς σαρκὸς ἤτοι omittit b.

Digitized by Google Распознавание текста ABKJER

Me quoque innovet Spiritu. Et rursus : Edocti estis virtutem eximiæ instar cujusdam vestis induere. Hanc enim novum hominem vocat, qui secundum Deum creatur, hoc est, ut gratum est Deo.

A ἀναγέννησιν (4), διὰ τοῦ ἐν τῷ νοῖ ὑμῶν κατοικοῦντος πνεύματος. Ὅπερ μεταβαλὼν εἶπεν ὁ Θεολόγος· Κἀμὲ καινοποιήσῃ τῷ Πνεύματι. Καὶ αὖθις· Ἐδιδάχθητε ἐνδύσασθαι, ὡς λαμπρὰν ἐσθῆτα, τὴν ἀρετήν. Ταύτην γὰρ ὀνομάζει καινὸν ἄνθρωπον, κτιζόμενον κατὰ Θεὸν, τουτέστιν ὡς ἀρέσκοντα (5)

Heri agnus mactabatur, et postes ungebantur (1), etc. Postquam pro seipso causam dixit Theologus, commode jam ad festi quoque mysteria progreditur eaque allegorice tractat, aitque : Heri spiritualis agnus, Christus videlicet, per divinum panem mactatus est, atque uncti sunt postes nostri, actio nimirum et contemplatio, ac primi animi motus et sensus, qui quidem divino sanguine delibuti sunt. Atque Ægyptus quidem, id est, peccatum quod nos persequebatur, primogenita sua pereuntia luctu B prosecuta est, id est, ipsas etiam primas materias et occasiones. Nam cum lex vetus peccatorum fines puniat, nos principia quoque ipsorum, ut quæ actionibus causam præbeant, radicitus evellere atque exstirpare jubemur. Vel etiam per primogenita, perfectiora et graviora peccata intelligi possunt, vel simpliciter priora delicta : quæ quidem Christo pro nobis immolato sunt exstincta. Nos autem præteriit exterminator diabolus qui primos bonos animæ nostræ partus, velut primogenita quædam, opprimere contendit. Et signaculum, quod pretiosi sanguinis profusione constat, dæmoni quidem exterminanti, propter vim suam et potentiam formidabile est; venerabile autem propter dignitatem et C excellentiam, utpote regium. Ac sacro sanguine non solum uncti et signati sumus, sed etiam quasi muro quodam undique septi. Etenim vis illius ad omnem nostram essentiam permeat, ita ut utramque hominis partem simul circummuniat. Porro hæc de agno historia continetur in secundo Moysis libro Exod. XII, quam fusius in secunda orat. *De Paschate* persequitur Theologus (2).

Col. 397 A 5. *Χθὲς... ἐτειχίσθημεν.* Περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπολογησάμενος ὁ Θεολόγος, χωρεῖ νῦν καὶ ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν ἑορτὴν, ἃ καὶ ἀλληγορεῖ, καί φησιν, ὅτι Χθὲς ὁ λογικὸς ἀμνὸς, ὁ Χριστὸς, διὰ τοῦ θείου ἄρτου ἐσφαγιάσθη, καὶ ἐχρίσθησαν ἡμῶν αἱ φλιαὶ, ἡ πρᾶξις καὶ ἡ θεωρία καὶ αἱ πρῶται τοῦ νοῦ κινήσεις καὶ αἰσθήσεις ἐχρίσθησαν (6) διὰ τοῦ θείου αἵματος. Καὶ ἡ μὲν Αἴγυπτος, ἡ διώκουσα ἡμᾶς ἁμαρτία, ἐθρήνησεν ἀπολλύμενα τὰ ἑαυτῆς πρωτότοκα, τουτέστι καὶ αὐτὰς τὰς πρώτας ὑποθέσεις καὶ ἀφορμάς. Τοῦ γὰρ παλαιοῦ νόμου τὰ τέλη τῶν ἁμαρτημάτων κολάζοντος, ἡμεῖς καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν, ὡς αἰτίας τῶν πράξεων, ῥιζόθεν ἀνασπᾷν ἐκελεύσθημεν. Ἢ καὶ πρωτότοκα, τὰ τελειότερα μᾶλλον τῶν ἁμαρτημάτων καὶ μείζονα. Ἢ ἁπλῶς, τὰ πρότερα πλημμελήματα, ἅπερ ἀπώλλοντο (7) Χριστοῦ τυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν. Ἡμᾶς δὲ παρῆλθεν ὁ ὀλοθρεύων διάβολος, ὃς ἀναιρεῖν ἐπείγεται, ὥσπερ τινὰ πρωτότοκα, τοὺς πρώτους ἀγαθοὺς τόκους τῆς ψυχῆς ἡμῶν. Καὶ ἡ σφραγὶς, ἡ διὰ τῆς χρίσεως τοῦ τιμίου αἵματος, φοβερὰ μὲν ἔστι τῷ ὀλοθρεύοντι δαίμονι, διὰ τὴν δύναμιν αὐτῆς· αἰδέσιμος δὲ, διὰ τὸ ἀξίωμα· βασιλικὴ (8) γάρ. Καὶ τῷ ἱερῷ αἵματι οὐ μόνον ἐχρίσθημεν καὶ ἐσφραγίσθημεν, ἀλλὰ καὶ ὡσεὶ τεῖχος αὐτὸ κυκλόθεν (9) περιβαλλόμεθα. Διήκει γὰρ αὐτοῦ (10) πρὸς πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἡμῶν ἡ (11) δύναμις, ὥστε συναμφότερα περιτειχίζειν καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν. Κεῖται δὲ πᾶσα ἡ περὶ τοῦ ἀμνοῦ ἱστορία ἐν τῷ δευτέρῳ Μωσαϊκῷ βιβλίῳ, ὅπερ Ἔξοδος ἐπιγέγραπται, περὶ ἧς ἱστορίας πλατύτερον ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τοῦ Πάσχα ὁ Θεολόγος διέξεισιν.

Hodie Ægyptum omnino fugimus, etc. (3). Hesterno die, inquit, illa contigerunt, quæ diximus. Hodie autem, id est Dominico die, quo Christus revixit, ac transitum ab interitu ad immortalitatem, et a rebus injuriæ obnoxiis ad ea quæ ab omni injuria tuta sunt, nobis innovavit, Ægyptum omnino fugimus, non modo peccati periculum D aversati, sed ipsam etiam ad peccatum habitudinem ex animo et sincere detestati. Hac autem mente præditis amarulentus dominus videbitur spi-

Ibid. 8. *Σήμερον . . . φυράματος.* Χθὲς μὲν, φησὶν, ἐκεῖνα ἐγένετο, ἅπερ εἰρήκαμεν. Σήμερον δὲ, κατὰ τὴν Κυριακὴν ἡμέραν, καθ' ἣν ὁ Χριστὸς ἀνεβίω, καὶ ἀνεκαίνισεν (12) ἡμῖν τὴν ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν διάβασιν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἐπηρεαζομένων πρὸς τὰ ἀνεπηρέαστα, καθαρῶς ἐφύγομεν Αἴγυπτον· οὐ μόνον τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας ἐκκλίναντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν πρὸς τὴν ἁμαρτίαν διάθεσιν ἀπὸ καρδίας καθαρῶς μισήσαντες. Οὕτω δὲ διακειμένοις ἡμῖν, πικρὸς φανεῖται δεσπότης ὁ νοητὸς Φαραὼ

(1) PSELLUS. *Et postes ungebantur.* Actio scilicet et contemplatio, quæ mentis sunt apparitrices. Atque eam ob causam luxit Ægyptus primogenita. Primigenis enim cogitationibus meis Deo immolatis, ut per eas nullus adversario pateat aditus, universum nequitiæ et perversitatis caliginosum agmen ingemuit. (*Ex Billio.*)

(2) Orat. XLV, olim XLII.

(3) PSELLUS : *Hodie fugimus Ægyptum et Pharaonem.* Nam cum crassa corporis moles, quasi Pharao quispiam, principatum animæ accepit, pravæque cogitationes velut quidam operum præfecti urgent, hominemque interiorem cogunt munitiones haudquaquam divinas ædificare, per quas mens in cœlum evehitur, hujusmodi exstructiones quæ munitæ videntur, luto sunt persimiles, coctis lateribus confectæ, qui quidem omni ex parte perfluunt, atque infirmis cogitationibus quasi paleis perexiguis compositæ. (*Ex Billio.*)

(4) Ἀνανέωσιν loco ἀναγέννησιν b.

(5) Ὡς ἀρέσκει Θεῷ b, quod probo.

(6) Δὲ interponit b.

(7) Ἀπώλοντο b.

(8) Βασιλικόν b. Βασιλικὴ refertur ad σφραγίς.

(9) Κύκλωθεν b.

(10) Αὐτοῦ abest b.

(11) Ἡ αὐτοῦ b.

(12) Ἐνεκαίνισεν b, quod probo.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

διάβολος· βαρεῖς δὲ ἐπιστάται, οἱ συνεργοῦντες αὐτῷ δαίμονες· καὶ ἡ ἁμαρτία, πηλὸς καὶ πλινθεία· πηλὸς μὲν λεγομένη, ὅταν πρὸς τὰς ἡδονὰς φαῦλοι (1) ὦμεν· πλινθεία δὲ, ὅταν ποσῶς συστελλώμεθα. Τηνικαῦτα δὲ καὶ ἑορτάσιμος ἡμῖν ἔσται ἡ ἐκ τῆς ἁμαρτίας πρὸς τὴν δικαιοσύνην διάβασις, καὶ ἄσομεν τὰ ἐξόδια καὶ διαβατήρια, οὐκέτι κωλυόμενοι ἑορτάζειν· ὥσπερ οὐδὲ οἱ Ἰσραηλῖται μετὰ τὴν τῆς Ἐρυθρᾶς διάβασιν· οὐδὲ χρώμενοι τῇ σεσηπυίᾳ καὶ ὀξώδει ζύμῃ τῆς ἁμαρτίας, ἀλλ' ὡς ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, τῷ ἑπταδικῷ τούτῳ βίῳ, τὴν ἄζυμον καὶ καθαρὰν ἀρετὴν καὶ θεολογίαν μετιόντες. Εἰλικρίνεια γάρ ἐστι, βίου καθαρότης· ἀλήθεια δὲ, δογμάτων ὀρθότης. Ἐν κεφαλαίῳ οὖν διὰ τῆς εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας, τὴν πρακτικὴν καὶ θεολογικὴν φιλοσοφίαν ἐσήμανεν. Ὥσπερ δὲ οἱ Ἰσραηλῖται ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἐξιόντες, οὐδὲν ἐπεφέροντο Αἰγύπτιον κρᾶμα καὶ φύραμα, εἰ μὴ μόνον ἄλευρα· οὕτω χρὴ καὶ ἡμᾶς ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀναχωροῦντας, μὴ φυλάττειν τι τῆς προτέρας κακίας λεῖψανον, ἀλλὰ τὴν ἀρετὴν ἄζυμον ἔχειν, μὴ φυραθεῖσαν ἢ ἀνακραθεῖσαν, οἷά τινι ζύμῃ, τῇ παλαιᾷ καὶ πικρᾷ ἕξει, ἣν ἐσιτούμεθα, ὅτε ἐν Αἰγύπτῳ τῇ ἁμαρτίᾳ διήγομεν. Τί δὲ τὸ Αἰγυπτιακὸν φύραμα, αὐτὸς ὁ Θεολόγος ἑρμηνεύει, ὅτι Τὸ ἄθεον δόγμα, ἢ τὸ σκοτεινὸν καὶ ῥυπαρὸν ἔργον.

ritualis Pharao diabolus, graves item et acerbi præfecti, hoc est, dæmones ipsius adjutores, grave etiam lutum et lateritium opus, id est peccatum, quod quidem lutum dicitur, cum voluptatibus flagitiose indulgemus; lateritium autem opus, cum aliquantulum nos ipsos colligimus. Tum vero nobis transitus ille a peccato ad justitiam cum solemnitate celebrandus erit, atque hymnos egressioni et transitui congruentes cantabimus, non jam a quoquam prohibiti quominus festum celebremus, quemadmodum nec Israelitæ post maris Rubri transitum, nec putri fœtidoque peccati fermento utentes, verum in septenaria hac vita, quasi in septem paschalibus diebus fermenti expertem puramque virtutem ac theologiam consectantes. Sinceritas enim, est vitæ puritas; veritas autem doctrinæ fideique integritas et rectitudo. In summa itaque per sinceritatem et veritatem activam et theologicam sapientiam designavit. Porro quemadmodum Israelitæ ex Ægypto excedentes nullam secum Ægyptiacam mistionem ac conspersionem præter farinam solam deferebant: sic nobis etiam, cum a peccato recedimus, providendum est, ne quas pristinæ malitiæ reliquias servemus, verum ut infermentatam virtutem habeamus non conspersam ac permistam cum veteri atque amara animi habitudine, quasi fermento quodam, quo vescebamur, cum in peccato, tanquam in Ægypto, commoraremur. Quid autem sit Ægyptiacum fermentum, Theologus ipse interpretatur, impia nempe doctrina, aut tenebrosa et sordida actio.

Col. 397 B 3. *Χθὲς συνεσταυρούμην... συνεγείρομαι.* Τὸ χθὲς δύναται καὶ ὅλον τὸν καιρὸν τῆς Τεσσαρακοστῆς αἰνίττεσθαι. Χθὲς οὖν, φησὶν, συνεσταυρούμην Χριστῷ, τῶν γηΐνων ὑψούμενος, καὶ τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας ἀπεχόμενος, καὶ συνενεκρούμην καὶ συνεθαπτόμην καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ πάθη καὶ τὴν κατὰ νοῦν ἁμαρτίαν μένων νεκρὸς καὶ ἀκίνητος. Σήμερον ἐνεργοῦμαι τὸ δοξάζεσθαι τὸ ζωοποιεῖσθαι, τὸ ἐξανίστασθαι. Κατὰ ἀντίθεσιν δὲ σχηματίζει τὸν λόγον ὁ Θεολόγος. Ἀντίκειται γὰρ τῇ μὲν ἀδοξίᾳ τοῦ σταυροῦ, ἡ δόξα, τῇ δὲ νεκρώσει, ἡ ζωὴ, τῇ δὲ ταφῇ, ἡ ἀνάστασις. Καὶ ὅρα ἀκολουθίαν· Πρῶτον γὰρ σταύρωσις, ὅπερ ἐστὶ κώλυσις τῆς κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτίας· δεύτερον νέκρωσις, ἤγουν συστολὴ τῆς κατὰ νοῦν φαύλης κινήσεως· τρίτον ταφὴ, τουτέστιν ἀναίρεσις καὶ αὐτῆς τῆς πρὸς τὰ πάθη ἐνεργείας· τέταρτον, ἀνάστασις. Ὅταν γὰρ ἀποσχώμεθα τοῦ κατ' ἐνέργειαν ἁμαρτάνειν, εἶτα ἐντεῦθεν προκόψωμεν εἰς τὸ μηδὲ κατὰ νοῦν πολεμεῖσθαι, ἀλλὰ πᾶσαν κίνησιν ἁμαρτητικὴν οἱονεὶ θάψωμεν, τότε ὁ λόγος μόνος ἐν ἡμῖν, ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος, ἀναφαίνεται.

Heri cum Christo in crucem agebar, etc. Per hoc adverbium, *heri*, potest et totum Quadragesimæ tempus significari. Heri igitur, inquit, cum Christo in crucem sufligebar, a terrenis rebus mentem subvehens, atque ab actu peccati abstinens, et commoriebar et consepeliebar, nimirum quoad ipsos etiam affectus et peccati cogitationem mortuus atque immobilis manens. Hodie Dei operatione glorificor, vivificor et resurgo. Antithesis autem figura utitur Theologus. Crucis enim ignominiæ opponitur gloria, mortificationi vita, sepulturæ resurrectio. Ac vide, quam apto ordine hæc verba disposita sint. Præcedit enim crucifixio, id est, ea vis, qua nos ipsos frenamus, ne peccatum in actus exeat. Sequitur mortificatio, hoc est, vitiosorum animi motuum compressio. Huic proxima est sepultura, id est, ipsius quoque circa animi turbulentos motus actionis exstinctio. Postremum locum tenet resurrectio. Nam cum ab operibus malis abstinuerimus, ac deinde eo progressi fuerimus, ut ne in animo quidem oppugnemur, sed omnes vitiosos motus exciderimus, et velut sepultura affecerimus, tum demum sola in nobis velut a morte excitata ratio elucet.

Ibid. 6. *Ἀλλὰ . . . οἰκειότατον.* Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τῆς συμβουλῆς εἶδος χωρεῖ ὁ μέγας Πατὴρ, καὶ προτρέπεται Χριστῷ καρποφορεῖν. Δίκαιον γὰρ, ὅτι καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἔπαθεν, ἵνα τὴν ἀπάθειαν ἡμῖν προξενήσῃ, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέστη, ἀπαρχὴ γενόμενος ἀναστάσεως, ἵνα βεβαίαν ἔχωμεν τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως. Τῆς γὰρ κεφαλῆς ἀνάστασης, δεῖ πάν-

Sed..... maxime propriam, etc. Transit jam ad deliberativi generis speciem Theologus, atque hortatur, ut Christo munera offeramus: æquum est enim, quoniam ipse quoque nostra causa passus est; ut nobis passionum immunitatem conciliaret; ac pro nobis resurrexit, primitiæ videlicet resurrectionis factus, ut firmam resurrectionis spem

(1) Χαῦνοι b, quod magis convenit τῷ συστέλλεσθαι.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

animis infixam habeamus. Nam cum caput resurrexerit, universum etiam corpus resurgere necesse est. Atque offerre jubet, non aurum et argentum, gemmasque pretiosas, parva enim terrenaque hæc sunt, nimirum quæ a terra oriantur, atque in terra remaneant, nec dominos suos comitentur, quæ etiam homo sceleratissimus facile paraverit, et in quæ majori animi studio et contentione incumbunt improbi, atque ii, quos mundi princeps in servitutem redegit. Sic autem vocatur diabolus, non quod mundi et rerum terrenarum imperium teneat (absit!), sed quod eos, qui improbe et scelerate vivunt, in potestate habeat. Peccatum autem plerisque Scripturæ locis mundi nomine appellatur, juxta illud, quod discipulis Christus dicebat : *Vos non estis de mundo, sicut ego non sum de mundo* [a], id est, non estis ex eorum numero, qui vitiis flagitiisque delectantur, quemadmodum nec ego. Terrenum igitur munus Theologus rejicit, ut quod soli divites offerre queant. Nihil autem magnum atque honorificum est apud Deum, quod non pauper quoque donare possit. Inducit autem alterum oblationis genus, quod omnibus commune est, divitibus juxta ac pauperibus, dicens : Nosmetipsos offeramus, qui quidem Deo possessio sumus longe pretiosissima maximeque propria : pretiosissima quidem, quoniam ipsius manibus effecti sumus, ac propter nos omnia, quæ oculis cernuntur, facta sunt. Maxime autem propria ob inspirationem divinæque imaginis similitudinem et rationem. Nam cum res omnes a Deo creatæ, ipsius bonitatis, quantum ad essentiam, participes sint, uberius etiam animantia, quibus, et quatenus sunt, et quatenus vitam habent, communicatur divina bonitas, in hoc eximia est hominis conditio, quod præter ea, quæ jam dicta sunt, ratione quoque præditus sit. Affinis enim quodammodo maximeque propinquus est Deo : tametsi ille incomparabili magnitudine nos superet.

τως καὶ ἅπαν τὸ σῶμα ἀναστῆναι. Καὶ καρποφορεῖν κελεύει οὐ χρυσὸν καὶ λίθους καὶ ἄργυρον. Μικρὰ γὰρ ταῦτα καὶ εὐτελῆ, ἀπὸ γῆς τὲ ὄντα καὶ τῇ γῇ ἐναπομένοντα, ἀλλ' οὐκ ἀκολουθοῦντα τοῖς κτησαμένοις, ἃ καὶ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο, καὶ περὶ ἃ οἱ φαῦλοι μᾶλλον σπουδάζουσιν, καὶ οὓς ὁ κοσμοκράτωρ ἔχει καταδουλώσας. Οὕτω δὲ ὀνομάζεται ὁ διάβολος, οὐχ ὅτι τοῦ κόσμου κρατεῖ καὶ τῆς κτίσεως, ἅπαγε, ἀλλ' ὅτι ἐκείνων κρατεῖ, τῶν τὴν κακίαν ἐργαζομένων, ἥτις κόσμος πολλαχοῦ εὑρίσκεται λεγομένη, κατὰ τὸ πρὸς τοὺς μαθητὰς ὑπὸ Χριστοῦ εἰρημένον· *Ὑμεῖς οὐκ ἐστὲ ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ ἐκ τοῦ κόσμου οὐκ εἰμί* · τουτέστιν, οὐκ ἐστὲ ἐκ τῶν ἀγαπώντων τὴν πονηρίαν ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἐγώ. Τὴν μὲν οὖν γηΐνην καρποφορίαν ὁ Θεολόγος ἐκβάλλει, ὡς μόνοις τοῖς πλουσίοις δυνατὴν οὖσαν. Οὐδὲν δὲ μέγα παρὰ Θεῷ, ὃ μὴ καὶ πένης δωρεῖσθαι δύναται. Εἰσάγει δὲ τὴν κοινὴν, ἣν ὁμοίως πάντες καρποφορεῖν δύνανται, κἂν πλούσιοι ὦσιν, κἂν πένητες, λέγων· Καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς, οἵτινες κτῆμά ἐσμεν τῷ Θεῷ τιμιώτατον καὶ οἰκειότατον· τιμιώτατον μὲν, ὅτι ταῖς αὐτοῦ χερσὶ διηρτίσθημεν καὶ δι' ἡμᾶς πάντα γέγονε τὰ ὁρώμενα· οἰκειότατον δὲ, διὰ τὴν ἐμπνευσιν καὶ τὸ κατ' εἰκόνα καὶ διὰ τὸν λόγον. Πάντα μὲν γὰρ τὰ ὑπὸ Θεοῦ γενόμενα κοινωνοῦσι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, κατὰ τὸ εἶναι. Ἐκ περισσοῦ δὲ τὰ ζῶα. Κατά τε γὰρ τὸ εἶναι καὶ κατὰ τὸ τῆς ζωῆς μετέχειν κοινωνοῦσι τοῦ ἀγαθοῦ. Ὁ δὲ ἄνθρωπος, καὶ κατὰ τὰ προειρημένα μὲν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ λογικόν. Οἰκειότερος γάρ πώς ἐστι πρὸς Θεὸν τῶν αἰσθητῶν ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ ἁπάντων ὁ Θεὸς ἀσυγκρίτως ὑπέρκειται.

Imaginis decus imagini reddamus, etc. Reddamus, inquit, imagini Dei, id est animæ, imaginis decus, divinas nempe formas, quas peccatum obscuravit. Apte autem dixit, Reddamus, quippe quod debeatur. Illud enim reddere quis dicitur, quod debet. Nos igitur, qui imaginis dignitatem accepimus, eamdem haud dubie a Deo reposcemur. At sancto quidem Cyrillo unum idemque significare videntur, secundum imaginem et secundum similitudinem : verum reliqui Patres in hac sunt sententia, ut per imaginem intelligendi vim arbitriique libertatem et principatum designari putent, per similitudinem autem, virtutum perfectionem, quantum quidem hominis naturæ datur assequi. Hæ enim veluti notæ quædam sunt divinæ naturæ, tranquillitas nullis curis ac distractionibus interrupta, integritas, bonitas, sapientia, justitia, puritas ab omni labe peccati. Reddamus itaque animæ nostræ quod ipsi proprium est. Habet autem hoc proprium, quod ad Creatoris imaginem facta est. Atque etiam dignitatem nostram intelligamus, id est, magnitudinem veteremque nobilitatem. Eam autem cognoverimus, si eam talem receperi-

Col. 397 B 12. *Ἀποδῶμεν... ἡμᾶς ἄνθρωπος.* Ἀποδῶμεν, φησὶ, τῇ ψυχῇ, τῇ εἰκόνι τοῦ Θεοῦ, τὸ κατ' εἰκόνα ἄξίωμα, δηλαδὴ τοὺς θείους χαρακτῆρας, οὓς ἡ ἁμαρτία ἠμαύρωσε. Καλῶς δὲ εἶπεν, Ἀποδῶμεν, ὡς ὀφειλόμενον. Ἐκεῖνο γάρ τις ἀποδιδόναι λέγεται, ὅπερ κεχρεώστηκε. Καὶ ἡμεῖς οὖν, λαβόντες τὸ κατ' εἰκόνα, ἀπαιτηθησόμεθα πάντως αὐτὸ παρὰ τοῦ δόντος Θεοῦ. Καὶ τῷ μὲν ἁγίῳ Κυρίλλῳ, τὸ αὐτὸ καὶ ἓν εἶναι δοκεῖ, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ τὸ καθ' ὁμοίωσιν· τοῖς δὲ λοιποῖς θείοις Πατράσι, κατ' εἰκόνα μὲν, τὸ νοερὸν καὶ αὐτεξούσιον καὶ τὸ ἀρχικόν· καθ' ὁμοίωσιν δὲ, τὸ ἐν ἀρεταῖς τέλειον, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπου φύσει, τὸ ἀγαθὸν, τὸ σοφὸν, τὸ δίκαιον, τὸ πάσης κακίας ἐλεύθερον, τὸ ἀμέριμνον, τὸ ἀπερίσπαστον καὶ ἀκέραιον. Αὗται γὰρ οἱονεὶ χαρακτῆρες τῆς θείας ὑπάρχουσι φύσεως. Ἀποδῶμεν οὖν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ τὸ οἰκεῖον αὐτῇ. Οἰκεῖον δὲ αὐτῇ, τὸ κατὰ τὴν εἰκόνα εἶναι τοῦ κτίσαντος, πρὸς ἣν καὶ γέγονεν. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀξίωμα ἡμῶν γνωρίσωμεν, τουτέστι τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς εὐγένειαν. Γνωρίσωμεν δ' ἂν, ἀναλαβόντες αὐτὸ τοιοῦτον, οἷον ἐξ ἀρχῆς ἐλάβομεν· ὡς νῦν ἄλλοι ἀντ' ἄλλων γενόμενοι, οὐ γνωρίζομεν ἑαυτοὺς, ὥσπερ εἴ τις ἄλλος ἀντ' ἄλλου γενόμενος,

[a] Joan. XVII, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

λέγει, μὴ γινώσκειν ἑαυτὸν διὰ τὴν ἀλλοίωσιν. Γνῶμεν οὖν, ἡλίκοι παρὰ Θεοῦ γεγόναμεν καὶ τὸ ἀρχέτυπον τιμήσωμεν ἐν τῷ τηρεῖν τὴν εἰκόνα ἀμόλυντον. Γίνεται δὲ αὕτη ἡ τιμὴ, διὰ τῆς ἀπηκριβωμένης μιμήσεως, καὶ ὅταν τὸ παράδειγμα ὅμοιον τῷ ἀρχετύπῳ φαίνηται. Γνῶμεν καὶ τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, τουτέστι τῆς ἑορτῆς τὴν αἰτίαν καὶ τὸν σκοπόν. Δι' ἡμᾶς γὰρ πᾶσα ἡ φιλάνθρωπος τοῦ Δεσπότου οἰκονομία γέγονε, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ θανάτου ἐγεύσατο ὁ ἀθάνατος. Γενώμεθα ὡς Χριστὸς, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ὡς ἡμεῖς. Ὁ κορυφαῖός φησι Πέτρος, ὅτι *Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν*. Γέγονε γὰρ ὁ Σωτὴρ ὑπογραμμὸς τοῖς ἀνθρώποις, τυπούμενος αὐτοῖς καὶ λαμβάνων ἀπαθῶς τὰ νοήματα τοῦ κόσμου τούτου. Τὸ οὖν, Γενώμεθα ὡς Χριστὸς, οὕτω νοήσεις· Γενώμεθα καθαροὶ καὶ ἀπαθεῖς, ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ συγκαταβὰς ἡμῖν, μεμένηκεν, ὅπερ ἦν, καθαρὸς καὶ ἀπαθής· *Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδ' εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ*. Ὁ μὲν Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονε. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς, θεοὺς γενέσθαι. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν δι' ἡμᾶς ἄνθρωπος, ἡμεῖς δὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν θεοί. Καὶ ἐκεῖνος μὲν ἀντὶ τῆς ἀκροτάτης δόξης, τὴν ἀκροτάτην ἀναλαβόμενος ἀτιμίαν· ἡμεῖς δὲ, ἀντὶ τῆς ἀκροτάτης ἀτιμίας, τὴν ἀκροτάτην τιμήν. Κἀκεῖνος μὲν φύσει γενόμενος ἄνθρωπος, ἡμεῖς δὲ θέσει θεοί. Γέγονε γὰρ, ὃ ἐσμεν, κατ' οἰκονομίαν, ἵν' ἡμεῖς γενώμεθα, ὃ ἐστιν ἀντιμετρουμένης, ὡς οἶδεν αὐτὸς, τῇ αὐτοῦ κενώσει τῆς τῶν χάριτι σωζομένων θεώσεως, ὅλων θεοειδῶν καὶ ὅλων Θεοῦ χωρητικῶν καὶ μόνου γενησομένων. Τοῦτο γὰρ ἡ τελείωσις, πρὸς ἣν σπεύδουσιν οἱ ταύτην ἀληθῶς ἔσεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν πιστεύσαντες.

mus, qualem primum accepimus. Nam nunc alii ex aliis facti nosmet haudquaquam agnoscimus, perinde sane ac si quis in alium hominem translatus, affirmet se sibi ipsi ignotum esse, propter ejusmodi immutationem. Intelligamus igitur, quales a Deo creati sumus, atque exemplar nostrum honoremus, nimirum imaginem a vitiorum sordibus immunem servando. Porro hic honor in accuratissima imitatione consistit, cum exemplum exemplaris sui similitudinem retulerit. Vim etiam mysterii cognoscamus, id est, festi causam et scopum. Nostra etenim causa totum incarnationis Dominicæ mysterium contigit, atque immortalis ille mortem pro nobis quantum ad carnem degustavit. Simus ut Christus, quoniam Christus quoque sicut nos. Petrus apostolorum princeps ait : *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum*[10]. Salvator enim mortalibus exemplum factus est, ipsis sese informans, ac mundi hujus cogitationes, circa turbulentos tamen animi motus, suscipiens. Efficiamur ut Christus, qui se ipsum ita humiliavit, atque ad infirmitatem nostram demisit, ut tamen, quod erat, permaneret, nempe purus, et turpium affectuum expers. *Peccatum enim non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*[11]. Atque ille quidem, cum Deus esset, homo factus est. Proinde nos quoque deos fieri oportet. Cæterum ille propter nos homo, nos autem propter nosmetipsos dii : atque ille pro summa gloria summam ignominiam suscipiens, nos autem pro extrema ignominia summum honorem. Hoc præterea interest, quod ille natura homo factus est, nos autem adoptione dii. Hoc enim consilio id quod sumus factus est, ut nos id, quod ipse est, efficiamur, compensata nimirum ipsius inanitione quemadmodum ipse novit, cum eorum, qui per gratiam salutem consequuntur, deificationem, ita ut toti deiformes, et toti Dei capaces, toti denique ipsius unius simus. Hoc enim est ea perfectio, ad quam properat, qui hanc pollicitationem certa fide exspectant.

Col. 397 C 7. *Προσέλαβε... πτώματι.* Εἰσὶ τὰ ῥήματα ταῦτα σαφῆ καὶ οὐδεμιᾶς ἑρμηνείας δεόμενα. Προσέλαβε γὰρ ὁ Χριστὸς τὸ χεῖρον, τὴν ἀνθρωπότητα, ἵνα δῷ τὸ βέλτιον, τὴν θεότητα. Καὶ πλούσιος ὢν τῇ θεότητι, ἐπτώχευσε τῇ σαρκὶ, ἵν' ἡμεῖς πλουτήσωμεν τὴν θεότητα. Καὶ δούλου μορφὴν ἐφόρεσεν, ἵν' ἡμεῖς τὴν ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ διαβόλου καὶ τῶν παθῶν ἐλευθερίαν λάβωμεν· ὅπερ δηλοῖ, ὅτι εἴχομεν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐλευθερίαν ἀπωλέσαμεν δὲ ταύτην. Δεῖ οὖν ἀπολαβεῖν, ἣν ἔχοντες ἀπεβάλομεν. Κατέβη πρὸς ἡμᾶς; ὁ Ὕψιστος, ἵν' ἡμεῖς οἱ ταπεινοὶ ὑψωθῶμεν, ὑπεραρθέντες τῆς τῶν γηρῶν σχέσεως καὶ πτερωθέντες πρὸς τὰ οὐράνια. Ἐπειράσθη ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰς γαστριμαργίαν, φιλοδοξίαν, φιλοχρηματίαν, καὶ νενίκηκεν ἐν τῇ τρίτῃ ταύτῃ προσβολῇ καὶ πείρᾳ τὸν πειραστὴν, ἡμῖν τὴν νίκην πραγματευόμενος. Ἀλλὰ ἠτιμάσθη ὁ τῆς δόξης Κύριος, ἵνα δοξάσῃ τοὺς ἀτίμους ἡμᾶς· ἀπέθανεν, ἵνα τῷ θανάτῳ αὐτοῦ σωθῶμεν· κατέβη καὶ ἀνέβη, ἵνα ἡμεῖς ἀκολουθήσωμεν αὐτῷ, καὶ ἵνα κάτω κειμένους ἐν τῷ τῆς ἁμαρτίας πτώματι πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσῃ, ὡς ἡ ὑπόσχεσις.

Assumpsit quod deterius erat, ut det, etc. Perspicua sunt hæc verba, nec ulla interpretatione opus habent. Accepit enim Christus quod deterius est, humanitatem scilicet, ut det quod præstantius est, nempe Divinitatem : et cum dives esset, quantum ad Divinitatem, pauper, quantum ad carnem, factus est, ut nos Divinitatis opes consequamur. Servi præterea formam gestavit, ut nos ex diaboli affectuumque servitute in libertatem asseramur. Non dixit, libertatem accipiamus, sed recipiamus; ut indicet nos a principio quidem libertatem habuisse, verum eam amisisse. Quare nobis ea recipienda est, quam habentes perdidimus. Descendit ad nos Altissimus ille, ut nos abjecti et humiles in sublime feramur, supra terrenarum rerum affectionem evecti, atque ad cœlestia tanquam pennis sublati. Tentatus est, ac triplici tentationum telo in deserto petitus est Christus a diabolo, gulæ nempe, ambitionis et avaritiæ : atque in hoc triplici certamine tentatorem superavit, nobis videlicet victoriam acquirens. Quin etiam contemptus est ille gloriæ De-

[10] I Petr. II, 5. [11] Ibid. 22.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

minus, ut nos infames ornet atque illustret. Mortuus est, ut per ejus mortem salutem assequamur. Descendit atque ascendit, ut nos ipsum sequamur, atque ut humi jacentes in peccati lapsum ad seipsum trahat, quemadmodum se facturum recepit, dicens : *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum* [12].

A Ἐπηγγείλατο γὰρ λέγων· *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν.*

Omnia quispiam donet, omnia ei, etc. Enumeravit ea, quæ Christus pro nobis passus est, beneficiaque in nos collata, ut probet nos non ex gratuita munificentia in eum liberales esse, sed ex debito. Et quidem superius videbatur rerum crassarum et terrenarum oblationem prorsus rejicere, cum dicebat : Aurum fortasse putatis me dicere, aut argentum? imo nosipsos Deo offeramus. Nunc autem ostendit se non omnino hujusmodi munera improbare, sed quod majus est anteferre, nempe ut nosipsos offeramus. Ait igitur, Omnia det quispiam, et aurum et gemmas et vestes, det autem ex debito : quandoquidem priores beneficentiæ partes Christus occupans, mortem pro nobis excepit, ac seipsum pro nobis in sacrificium Patri obtulit. Nam illi peccaveramus, et proinde ipsi nostræ redemptionis pretium persolvendum erat, ut nos condemnatione solveremur. Absit enim ut tyranno diabolo Domini sanguis oblatus fuerit. Pretium autem redemptionis pro nobis Christus est, et culpæ succidaneus, utpote qui naturam nostram salutis nostræ causa susceperit, perinde ac si quis pro reo aut captivo seipsum substituat, ad ea perpetienda, quæ illum pati necesse erat. Quanquam autem, inquit, bona sit omnis oblatio, quam quispiam bene de se merito Christo fecerit, nihil tamen tam eximium daturus est, quam si seipsum obtulerit hujus mysterii rationem intelligentem, id est, cogitantem quæ Resurrectionis causa sit, quidque mortalibus afferre possit, eamque cognitionem actionibus declaraverit, ac propter illum omnia factus fuerit, quæcunque ipse propter nos factus est, id est, sine reprehensione incedens per omnes Christi ætates et potentias, spiritualiter purificatus, corde circumcisus, in templo docens, nundinatores ejiciens, lapidatus, aliaque omnia, partim faciens, partim patiens, quæ ipse nostra causa, vel fecit, vel passus est, nobis exemplum relinquens.

B

C

Col. 400 A 5. *Πάντα . . . γενόμενον.* Ἀπηριθμήσατο τὰ δι' ἡμᾶς πάθη τοῦ Χριστοῦ καὶ τὰς δοθείσας ἡμῖν εὐεργεσίας, ἵνα δείξῃ μὴ κατὰ χάριν αὐτῷ καρποφοροῦντας, ἀλλὰ κατὰ χρέος. Καὶ ἄνω μὲν ἐδόκει τέλεον ἐκβάλλειν τὴν διὰ τῶν ὑλῶν καρποφορίαν, ἐν οἷς ἔλεγε· Χρυσόν με ἴσως οἴεσθε λέγειν ἢ ἄργυρον, καρποφορήσωμεν ἡμᾶς αὐτούς· νῦν δὲ δείκνυσιν, ὅτι οὐ παντελῶς ἀποδοκιμάζει τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ προτιμᾷ τὸ μεῖζον, τουτέστι τὸ ἑαυτοὺς προσάγειν. Φησὶ γοῦν· Πάντα διδότω τις, καὶ χρυσὸν καὶ λίθους καὶ ὑφάσματα· διδότω δὲ κατὰ ὀφειλήν. Ἐπεὶ προλαβὼν ὁ Χριστὸς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο θάνατον, καὶ ἑαυτὸν τῷ Πατρὶ προσέφερεν θυσίαν ὑπὲρ ἡμῶν. Αὐτῷ γὰρ πεπλημμελήκαμεν, καὶ αὐτὸν ἔδει τὸ ὑπὲρ ἡμῶν λύτρον δέξασθαι καὶ ὄντως ἡμᾶς λυθῆναι τῆς κατακρίσεως. Μὴ γὰρ γένοιτο τῷ τυράννῳ τὸ τοῦ Δεσπότου αἷμα προσενεχθῆναι. Λύτρον δὲ ὁ Χριστὸς καὶ ἀντάλλαγμα, ὡς τὰ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδεξάμενος· ὥσπερ ἐάν τις ὑπὲρ τοῦ ὑπευθύνου ἢ αἰχμαλώτου ἐκδῷ ἑαυτόν, ὥστε παθεῖν, ἃ ἐκεῖνον ἔδει παθεῖν. Καλὴ μὲν οὖν, φησὶ, καὶ πᾶσα καρποφορία, ἣν ἂν δώσῃ τις τῷ εὐεργέτῃ Χριστῷ· οὐδὲν δὲ τοιοῦτον δώσει μέγα, οἷον ἑαυτὸν τοῦ μυστηρίου συνιέντα τουτέστι νοοῦντα, τίς ἡ τῆς ἀναστάσεως αἰτία, καὶ τί δύναται χαρίζεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ τὴν γνῶσιν ταύτην δεικνύντα ἐπὶ τῶν πράξεων, καὶ πάντα γενόμενον διὰ Χριστὸν, ὅσα ἐκεῖνος δι' ἡμᾶς, τουτέστιν ἀμέμπτως ὁδεύοντα διὰ πασῶν τῶν ἡλικιῶν Χριστοῦ καὶ δυνάμεων, ἁγνιζόμενον πνευματικῶς, περιτεμνόμενον τὴν ἐν καρδίᾳ περιτομὴν διδάσκοντα ἐν τῷ ἱερῷ, τοὺς θεοκαπήλους ἐλαύνοντα λιθαζόμενον, τὰ ἄλλα ποιοῦντα ἢ πάσχοντα, ὅσα καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐποίησεν ἢ ἔπαθεν, ἡμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμόν.

Ac vobis quidem, ut cernitis, pastor hic bonus, etc. Auditores ad fructus Deo offerendos excitans Theologus, hoc faciendum esse probat, tum a persona Christi, cum dixit eum pro redemptionis pretio seipsum nobis dedisse, tum nunc etiam a persona Patris, addens, Quoniam hic quoque pastorem sive episcopum me dispensat. Presbyter etenim jam sum atque hoc pater, non sperat, sed videt : nondum autem sum episcopus, sed me post mortem suam futurum sperat pater, optatque, ut hujusmodi munere dignus sim, ut non mercenarius sim, neque fur, sed pastor : atque a vobis, qui ab eo pascimini, petit, ut me cum a vita migrarit, pastorem accipiatis, morigerique animi specimen præbeatis. Æquum est autem, ut paternæ petitioni cedatis. Pastor etenim bonus est (quod de seipso Christus prædicavit) animamque suam pro nobis ovibus po-

D

Ibid. B 1. *Καρποφορεῖ . . . πνεύματος.* Διεγείρων τοὺς ἀκούοντας εἰς τὸ καρποφορεῖν ὁ Θεολόγος, κατασκευάζει τὸ δεῖν τοῦτο γενέσθαι καὶ ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, εἰπών, ὅτι κἀκεῖνος λύτρον ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. Κατασκευάζει δὲ νῦν καὶ ἀπὸ τοῦ ἰδίου Πατρὸς, προσθεὶς, ὅτι καὶ οὗτος ἐμὲ ὑμῖν ποιμένα, εἴτουν ἐπίσκοπον, προμνηστεύεται. Πρεσβύτερος γὰρ ἤδη εἰμὶ· καὶ τοῦτο ὁ Πατὴρ οὐκ ἐλπίζει, ἀλλὰ βλέπει· οὔπω δέ εἰμι ἐπίσκοπος, ἀλλὰ τοῦτο ὁ Πατὴρ ἐλπίζει γενέσθαι με μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον, καὶ εὔχεται, ἄξιόν με γενέσθαι τοῦ πράγματος, ὡς μὴ μισθωτὸν εἶναι, μηδὲ κλέπτην ἀλλὰ ποιμένα. Καὶ παρ' ὑμῶν αἰτεῖ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένων, ἵνα με μετ' αὐτὸν τὸν ποιμαίνοντα δέξησθε καὶ τὴν εὐπείθειαν ἐπιδείξησθε. Δίκαιοι δ' ἂν εἶητε, αἰτοῦντι τῷ πατρὶ πείθεσθαι. Ποιμὴν γάρ ἐστι καλὸς (ὃ περὶ αὐτοῦ ὁ Σωτὴρ εἶπε), καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ ὑμῶν

[12] Joan. XII, 32.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

τῶν προβάτων τίθησι. Δίδωσι δὲ καὶ ἑαυτὸν διπλοῦν ὑμῖν ἀνθ' ἁπλοῦ. Κἀμὲ γὰρ εἰς τὴν προστασίαν μεθ' ἑαυτοῦ ἔταξε· κἀγὼ διπλῆν αὐτῷ μέλλω χρείαν πληροῦν, καὶ τοῦ γήρως βακτηρία γενόμενος καὶ τοῦ πνεύματος. Ὑποστηρίζω τε γὰρ τὸν πατέρα κεκμηκότα τῷ χρόνῳ, καὶ τὰς πνευματικὰς αὐτῷ καὶ ἐκκλησιαστικὰς συνεισενέγκω φροντίδας.

Col. 400 B 6. *Καὶ προστίθησι . . . ἄξιον.* Καὶ δύο, φησὶ, ναοὺς ὑμῖν ὁ πατὴρ ἐχαρίσατο. Ἕνα μὲν ἄψυχον, ὃν ἐν Ναζιανζῷ φιλοτίμως ἀνήγειρε, περικαλλῆ τινα καὶ οὐράνιον. Οὐράνιον δὲ εἶπεν αὐτὸν, τάχα μὲν διὰ τὸ ὕψος, τάχα δὲ διὰ τὸ ἡμισφαιρικὸν σχῆμα τῆς ὀροφῆς, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ τὸν πάντα ναὸν τύπον ἀποσώζειν τοῦ οὐρανοῦ· ἕτερον δὲ ἔμψυχον. Ἑαυτὸν δὲ οὕτω λέγει ὁ Θεολόγος κατὰ τὸ ἀποστολικόν· *Οὐκ οἴδατε, ὅτι ναὸς Θεοῦ ἐστε;* Καὶ ἀναγκάζεται μὲν, ὡς ἐν συγκρίσει, εἰπεῖν ἑαυτὸν πολλῷ μείζονα καὶ ὑψηλότερον τοῦ ἀψύχου ναοῦ· ἐπεὶ δὲ φορτικόν ἐστι τὸ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν, ἐκκλίνει τὴν περιαυτολογίαν, καὶ μέσως πως λέγει, ὅτι προστίθησι τῷ ἀψύχῳ μὲν, περικαλλεῖ δὲ ναῷ, ἐμὲ τὸν ὁποιονοῦν καὶ ἡλίκον, τουτέστιν οἷον ἂν καὶ ὅσον κρίνοι τις. Πλὴν ὁποῖος ἂν καὶ εἴην, τῷ πατρὶ τιμιώτατος σφόδρα εἰμί. Τοιοῦτον οὖν με παρ' αὐτῷ ὄντα, ὑμῖν ἐπιδέδωκε. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι εἰς μὲν τὸ ἀνεγεῖραι τὸν ἄψυχον ναὸν πολλοῦ πόνου καὶ ἀναλωμάτων ἐδέησε τῷ πατρὶ, εἰς ἐμὲ δὲ οὐχί· πολλοῖς γὰρ κἀγὼ ἱδρῶσι καὶ πόνοις, τοῖς τῶν μαθημάτων, δι' ἀσκήσεως τοιοῦτος συνετελέσθην. Ἐπεὶ δὲ πολλάκις τινὰ τῶν πραγμάτων οὐκ ἄξια τῶν πόνων ἀποβαίνουσιν, ὁ Θεολόγος μέσος χωρῶν, οὔτε κρύπτει τοῦτο, ὅτι ἄξιος ἀπέβη τῶν πόνων, οὔτε πάλιν ἀπαυθαδιάζεται, ἀλλ' ἐπεύχεται μόνον· εἴη δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ τῶν πόνων ἄξιον.

A nit. Quin et pro simplici duplicem vobis seipsum offert : nam me quoque ad vos regendos socium asciscit : atque ipse ego duplicem usum atque operam illi præstabo, nimirum et senectutis subsidium factus, et spiritus. Nam et patrem senectute fractum et confectum fulciam, et spirituales atque ecclesiasticas curas cum ipso sustinebo.

Atque inanimato templo animatum, etc. Duo templa, inquit, pater vobis dono dedit, alterum quidem inanime quod Nazianzi magnifice exstruxit, perelegans quoddam et cœleste. Cœleste autem ipsum dixit, vel propter altitudinem, vel propter semi circularem tecti figuram, vel etiam fortasse quia templum omne cœli figuram servat, alterum autem animatum, sic autem seipsum appellat, secundum illud Apostoli : *Nescitis,* B *quod templum Dei estis*[13] ? Ac cogitur quidem, ut in comparatione, multo majorem et sublimiorem seipsum inanimato templo dicere. Verum quoniam grave est invidiæque plenum proprias laudes prædicare, ad vitandam ostentationis speciem medio quodam modo ait : Inanimi quidem huic, cæterum peregregio templo adjungit me, qualemcunque tandem et quantulumcunque, id est, qualem et quantum judicaveritis. Verum qualiscunque sim, patri tamen sum charissimus, et commendatissimus. Talem me igitur pater tantique apud se pretii, vobis porrexit. Nec vero hoc dici possit, ad erigendum quidem inanimatum templum multo labore multisque sumptibus opus fuisse patri ; ad me autem non item. Multis enim ipse quoque sudoribus, tum disciplinarum, tum piæ exercitationis, talis effectus sum. C Quoniam autem plerumque accidit, ut quædam nequaquam pro laborum ratione succedant, Theologus medium iter tenens, nec hoc reticet, quod laboribus a patre susceptis responderit, nec rursus hoc arroganter affirmat, verum rem potius optandi forma exprimit. Atque utinam laboribus quoque dignum addere liceat.

Ibid. 11. *Καὶ . . . μεγαλοψυχίας.* Ἔτι ἐμφιλοχωρεῖ ὁ Θεολόγος τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιδόσεως· καὶ εἰπὼν, ὅτι Πάντα προστίθησιν ὑμῖν τὰ ἑαυτοῦ, πρὶν ταῦτα ἀπαριθμήσασθαι, μεταξὺ ἐθαύμασε καὶ ἀνεφθέγξατο, Ὦ τῆς μεγαλοψυχίας! τῆς πρὸς τὴν καρποφορίαν δηλαδὴ ἁπλότητος. Οἱ μὲν γὰρ ἔξω σοφοὶ μεγαλοψυχίαν ὁρίζονται, ψυχῆς ἀρετὴν, καθ' ἣν τινες εὖ δύνανται φέρειν τὰ συμβαίνοντα· οἱ δὲ ἡμέτεροι διδάσκαλοι, ὡς ἐπιτοπολὺ τὴν D ἐλευθεριότητα καὶ μεγαλοδωρίαν, μεγαλοψυχίαν ὀνομάζουσιν. Ὥσπερ οὖν καὶ νῦν ὁ Θεολόγος τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μεγαλόψυχον, εἴτουν μεγαλόδωρον, ἐκάλεσεν· οἰονεὶ δὲ ἐπιδιορθούμενος, ὃ εἶπεν, οὐ μεγαλοψυχίαν, ἀλλὰ μᾶλλον φιλοτεχνίαν, τὸ πρᾶγμα προσαγορεύει. Διὰ γὰρ τὴν ἀγάπην, φησὶν, ὑμῶν, τῶν πνευματικῶν αὐτοῦ τέκνων, τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν ἁπλότητα. Ἐπεὶ οὖν ἡ φιλοτεχνία αἰτία γέγονε τῆς μεγαλοψυχίας καὶ τῆς ἁπλότητος, κυριώτερον ἂν εἴη, τὸ πᾶν φιλοτεχνίαν λέγειν, ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ τὸ αἰτιατὸν ὀνομάζοντας. Τάχα δ' ἂν τις καὶ κατὰ τοὺς ἔξω τὴν μεγαλοψυχίαν νοήσας ἐνταῦθα, οὐδ' οὕτω κακῶς ἐκβαλεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ παρ' ἐκείνοις ὁ μεγαλόψυχος

Suaque omnia vobis proponit, etc. Adhuc in eodem sermone de patris oblatione immoratur : cumque dixisset, Omnia sua vobis proponit, priusquam hæc recenseat, interea cum admiratione sic loquitur : O miram animi magnitudinem, id est, o insignem in offerendo munere simplicitatem. Externi enim sapientes μεγαλοψυχίαν, id est *magnanimitatem*, definiunt animæ virtutem, per quam nonnulli quæ accidunt, recte ferre possunt. At nostri doctores ut plurimum liberalitem et magnificentiam magnanimitatem nominant. Quemadmodum hoc quoque loco Theologus patrem magnanimum, id est, munificum vocavit. Cæterum quasi corrigens quod dixit, eam rem non magnanimitatem, sed paternum potius amorem appellat. Ob amorem enim vestri, inquit, hoc est, spiritualium suorum filiorum, tantæ simplicitatis specimen edidit. Quoniam igitur paternus amor magnanimitati et simplicitati causam præbuit, rectius fuerit totum hoc paternam indulgentiam dicere, nimirum causæ nomen affecto tribuentes. Quod si quis etiam juxta externorum philosophorum sententiam, hoc loco magnanimitatem intellexe-

[13] I Cor. III, 16.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

rit, ne sic quidem fortasse aberraverit. Quoniam enim apud illos, qui animæ magnitudine præditus est, vitæ suæ non parcit, hac quoque laude patrem ornatum esse Theologus testatur. Ait enim : Pastor est bonus, animamque suam pro ovibus ponit. Illud etiam adjecit : Me quoque filium suum optat talem pastorem fieri, ponentem videlicet animam pro vobis. Quam ob causam ipse admiratione exclamavit. O miram animi magnitudinem! Tum ne quis existimaret, quod pater, ut magnanimus, filium periculis objiciens minus amanter in ipsum affectus sit, huic suspicioni occurrit, dicens : Aut, ut verius loquar, paternum amorem. Nam sic, atque ob hujusmodi causas, filium periculis exponere, non est, inquit, hominis liberos odio habentis, verum impense amantis. Quamobrem etsi magnanimitatem eam rem nominavit, quoniam cum multis laboribus, curis, et periculis ipsi luctandum erat, tamen quia propter vos utilitatemque vestram, et propter Deum res ejusmodi perferendæ sunt, id totum, paternus amor dicendus est. Hæc locutus Theologus, statim ea quæ a patre offeruntur, enumerat. Hæc porro sunt tria. Ac si quidem rem simpliciter complecti voluisset, ita dixisset : Quoniam seipsum dat, et me et templum. Nunc vero magnificam et excellentem oblationem augens et amplificans, tum sua, tum paterna subdividit, varians ac multiplicans nomina. Nam canitiem patrem vocat, juventutem seipsum : et rursus patrem testatorem, seipsum autem hæredem, utpote episcopali throno successurum. Ha bet:s autem, inquit, mecum sermones meos, atque ex his utilissimos quosque et sanctissimos. Non enim ad gratiam docebo, sed ad utilitatem, non ostentabunde, sed spiritualiter, neque ea, quæ oratoria suppeditat exercitatio, sed quæ inserit Spiritus sanctus. Etenim humani sermones aures tantum permulcent ac deliniunt, nec ulterius progrediuntur : at spirituales ad animam permeant. Eos enim insculpit Spiritus in humanis cordibus, tanquam in tabulis. Cumque dixisset, lapideis, tropum hunc explicuit, adjungens, Vel etiam carneis. Solida enim sunt et lapis, et caro : atque ea, quæ in hæc inciduntur, eam rationem habent, ut vix deleri queant. Hoc autem ab Apostolo sumptum est, qui sic ad Corinthios scripsit : *Quoniam estis epistola Christi, ministrata a nobis, inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei viventis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus*[14]. Quod etiam ab Ezechiele mutuatus est Apostolus, per quem sit Deus : *Dabo eis cor alterum, et spiritum novum dabo eis, et evellam cor eorum lapideum ex carne ipsorum, et dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent*[15]. Dixit etiam alicubi Sirach : *Omnis homo ab adolescentia vergit ad malum, et non potuisti corda eorum ex lapideis carnea facere.* Proinde nunc, cum dixit Theologus : Tabulis lapideis sive carneis, videtur mihi non interpretandæ dictionis causa hoc dixisse, sed magis ut distinctio-

οὐκ ἔστι φιλόζωος, τοῦτο προσμαρτυρεῖ καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ ὁ Θεολόγος. Εἶπε γάρ, ὅτι Ποιμὴν ἐστι καλὸς, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Προσέθηκε δὲ, ὅτι Καὶ ἐμὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ εὔχεται τοιοῦτον ποιμένα γενέσθαι, τιθέντα δηλαδὴ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ ὑμῶν. Ἐπὶ τούτοις ἐβόησε μετὰ θαύματος τὸ, Ὦ τῆς μεγαλοψυχίας! Εἶτα, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ, ὅτι τὸν υἱὸν ὁ Πατὴρ, ὡς μεγαλόψυχος εἰς κινδύνους ἐπιδιδοὺς, οὗ φείδεται αὐτοῦ, διορθοῦται τὴν ὑπόνοιαν ταύτην εἰπών· Ἢ, τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, τῆς φιλοτεκνίας . . Τὸ γὰρ οὕτως καὶ ἐπὶ τοιούτοις ἐκδιδόναι τὸν υἱὸν, οὐκ ἔστι, φησὶ, μισοτέκνου, ἀλλὰ μάλιστα φιλοτέκνου. Ὥστε εἰ καὶ μεγαλοψυχίαν τὸ πρᾶγμα ὠνόμασα, διὰ τὸ μέλλειν πόνοις καὶ κινδύνοις ὁμιλεῖν, ἀλλ' οὖν ἐπεὶ δι' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ὠφέλειαν καὶ διὰ Θεὸν τὰ τοιαῦτα χρὴ διαθλεῖν φιλοτεκνία τὸ πᾶν ἐστι. Ταῦτα εἰπὼν ὁ Θεολόγος, ἀπριθμεῖται εὐθὺς καὶ τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς καρπηφορούμενα. Τὰ δέ ἐστι τρία. Κἂν μὲν ἁπλῶς εἰπεῖν ἐβούλετο, εἶπεν ἄν, ὅτι Ἑαυτὸν δίδωσι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν ναόν. Νῦν δὲ τὴν φιλότιμον καρποφορίαν ἐπαύξων καὶ μεγαλύνων, ὑποδιαιρεῖ καὶ τὰ ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ πατρὸς, ποικίλλων καὶ πολυπλασιάζων τὰ ὀνόματα. Καὶ πολιὰν μὲν λέγει, τὸν πατέρα· νεότητα δὲ, ἑαυτόν. Καὶ αὖθις κληροδότην μὲν τὸν πατέρα· ἑαυτὸν δὲ, κληρονόμον, ὡς μέλλοντα τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς διαδέχεσθαι καὶ κληρονομεῖν. Ἔχετε δὲ, φησὶ, μετ' ἐμοῦ καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, καὶ τούτων τοὺς ἱερωτέρους καὶ ὠφελιμωτέρους. Οὐ γὰρ πρὸς χάριν διδάξω, ἀλλὰ πρὸς ὠφέλειαν· οὐδ' ἐπιδεικτικῶς, ἀλλὰ πνευματικῶς· οὐδ' ἅπερ ἡ τῶν λόγων ἄσκησις δίδωσιν, ἀλλ' ἅπερ ἐντίθησι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Οἱ μὲν γὰρ ἀνθρώπινοι λόγοι, τὰς ἀκοὰς μόνον θέλγουσιν, οὐ παραιτέρω προϊόντες· οἱ δὲ πνευματικοὶ, εἰς τὴν ψυχὴν διαβαίνουσιν. Ἐντυποῖ γὰρ αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ πλαξὶ, ταῖς ἀνθρωπίναις καρδίαις. Καὶ λιθίναις δὲ εἰπὼν, ἡρμήνευσε τὴν τροπὴν, ἐπαγαγὼν, Εἴτουν σαρκίναις. Ἀντιτυπὲς γὰρ καὶ λίθος καὶ σὰρξ, καὶ τὰ ἐγκολαπτόμενα δυσέκνιπτα. Εἴληπται δὲ ὁ λόγος ἐκ τοῦ Ἀποστόλου, γράφοντος Κορινθίοις, ὅτι *Ἐστὲ ἐπιστολὴ Χριστοῦ, διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι, ἀλλὰ Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος· οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ἀλλ' ἐν πλαξὶ καρδίας σαρκίναις.* Ἔλαβε δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος τὴν χρῆσιν ἀπὸ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, δι' οὗ φησιν ὁ Θεός· *Δώσω αὐτοῖς καρδίαν ἑτέραν, καὶ πνεῦμα καινὸν δώσω ἐν αὐτοῖς· καὶ ἐκσπάσω τὴν καρδίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἀπὸ τῆς σαρκὸς αὐτῶν καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην, ὅπως ἐν τοῖς προστάγμασί μου πορεύσωνται.* Λέγει δέ που καὶ ὁ θαυμάσιος Σιράχ· *Πᾶς ἄνθρωπος ἐκ νεότητος ἐπὶ τὸ πονηρὸν, καὶ οὐκ ἴσχυσαν τὰς καρδίας αὐτῶν ἀντὶ λιθίνων ποιῆσαι σαρκίνας.* Καὶ νῦν οὖν εἰπὼν ὁ Θεολόγος, Πλαξὶ λιθίναις, εἴτουν σαρκίναις, δοκεῖ μοι μὴ ἐφερμηνεύειν τὴν λέξιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀντιδιαστέλλειν τῇ λιθίνῃ καρδίᾳ, τουτέστι τῇ σκληρᾷ καὶ ἀνενδότῳ καὶ ἀντιτυπούσῃ τὴν σαρκίνην, ὃ ἐστι τὴν μαλακὴν καὶ ῥᾳδίως ὑπείκουσαν, καὶ δεχομένην

[14] II Cor. III, 2. [15] Ezech. XXXVI, 26-27.

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

τὰ καλὰ γράμματα. Οὐ γὰρ ἁπλῶς πάσῃ καρδίᾳ ἐντυποῖ τοὺς θείους λόγους τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλὰ τῇ σαρκίνῃ, τουτέστι τῇ εὐαισθήτῳ. Σαρκὸς γὰρ τὸ αἰσθάνεσθαι· λίθου δὲ ἴδιον τὸ ἀναίσθητον. Ἢ τάχα καὶ λιθίνας καὶ σαρκίνας λέγει τὰς καρδίας ὁ Θεολόγος· λιθίνας μὲν, διὰ τὸ στερρὸν καὶ τὸ δυσαπάλειπτα εἶναι τὰ ἐν αὐταῖς γράμματα· σαρκίνας δὲ, διὰ τὸ αἰσθητικόν. Διὸ ἐπάγει, ὅτι ἐν ταῖς τοιαύταις οἱ λόγοι οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς χαραχθήσονται, οὐδὲ οἷον ἄνωθεν ἐπιχρωσθήσονται, ἵνα καὶ ῥᾳδίως ἀπαλείφοιντο· ἀλλ' εἰς βάθος ἐνσημανθήσονται, ὥστε παραμένειν. Καὶ ἐνσημανθήσονται οὐ μέλανι, ἀλλὰ χάριτι. Ἡ μὲν γὰρ τῶν δικαίων καρδία, ὡς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος, Πνεύματι Θεοῦ ζῶντος καταγέγραπται· ἡ δὲ τῶν ἀδίκων καρδία, οὐ Πνεύματι, ἀλλὰ μέλανι, τῷ συγγενεῖ τοῦ σκότους καὶ ἐχθρῷ τοῦ φωτός.

A nem ponat inter lapideum cor, id est, durum et inflexile ac rigidum, et inter carneum, id est, molle facileque cedens, bonasque litteras excipiens. Neque enim citra discrimen in omni corde divinos sermones insculpit Spiritus sanctus, sed in carneo, id est, recte et facile sentiente. Carnis enim est, sentire; lapidum autem proprium, sensu carere. Vel etiam lapidea et carnea pectora dicit Theologus, lapidea quidem ob soliditatem, et quia ægre obliterantur, quæ in ipsis inscribuntur; carnea autem ob vim sensibilem. Unde etiam subjungit: Quod in hujusmodi cordibus sermones non leviter et superficie tenus insculpentur, ac velut superne illinentur, ut facile quoque aboleri possint, sed penitissime consignabuntur, ut permaneant: et quidem consignabuntur, non atramento,

B sed gratia. Justorum enim pectus, ut est apud magnum Basilium, spiritu Dei viventis perscriptum est: injustorum autem, non spiritu sed atramento tenebrarum cognato, et lucis hoste.

Col. 400 C 7. *Ταῦτα μὲν... ἐπαγγελίας.* Ἐπεσφράγισε τὰ ῥηθέντα τοῦ πατρὸς ἐγκώμια, καὶ δευτέρων αὖθις ἦρξατο, ἐξομοιῶν αὐτὸν τῷ Ἀβραὰμ, ὁμοίως ἐκείνῳ τὴν πρώην πλάνην καταλιπόντα. Ἐκ γὰρ τῆς τῶν Ὑψισταρίων λεγομένης αἱρέσεως, εἰς τὴν εὐσέβειαν μετελήλυθεν. Οὐ μόνον δὲ διὰ τοῦτο Ἀβραὰμ ὀνομάζει τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, ἀλλὰ καὶ ὡς γηραιὸν, καὶ ὡς φιλόξενον, καὶ ὡς προσάγοντα τὸν υἱὸν τῷ Θεῷ, εἰ καὶ ἑκούσιος ἦν αὕτη ἡ προσαγωγὴ, καὶ οὐχὶ κατὰ τὴν τοῦ Ἀβραὰμ ἐξ ἐπιτάγματος. Πατριάρχην δὲ αὐτὸν καλεῖ, ὡς πατέρα καὶ ἄρχοντα τῆς πόλεως, ὅσον ἐπὶ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασι. Κανόνα δὲ τῆς ἀρετῆς, ὡς πᾶσαν ἐν ἑαυτῷ συλλαβόντα τὴν ἀρετὴν καὶ τοὺς ἄλλους πρὸς ταύτην εὐθύνοντα, καὶ τὸ μὲν ἄρτιον δοκιμάζοντα καὶ κατέχοντα, καθάπερ ὁ κανὼν, τὸ δὲ περιττὸν καὶ ἐλλεῖπον, ὡς κακίαν, ξέοντα καὶ ἀποδοκιμάζοντα. Τῆς δὲ ἱερωσύνης τελείωσιν, ὡς πάντα τὰ τῆς ἱερωσύνης ἐντελῶς ἔχοντα. Ἑαυτὸν μέντοι μονογενῆ ὠνόμασεν ὁ Θεολόγος, βιασάμενος τὸν λόγον, ἵνα μηδ' ἐν τούτῳ τῆς κατὰ τὸν Ἰσαὰκ ἐλαττωθείη θυσίας· παρεμυθήσατο δὲ τὴν τόλμαν, ἐπαγαγὼν τὸν ἐξ ἐπαγγελίας. Εἰ γὰρ καὶ μὴ μονογενὴς ἦν κατὰ τὴν γέννησιν, ἐπεὶ μετ' αὐτὸν καὶ Γοργονία καὶ Καισάριος ἐγεννήθη, ἀλλ' οὖν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν μονογενὴς ἦν. Μόνος γὰρ τοῖς γονεῦσιν ἐξ ἐπαγγελίας ἐτέχθη, ὥσπερ καὶ ὁ Ἰσαὰκ τῇ Σάῤῥᾳ καὶ τῷ Ἀβραάμ. Ἢ τάχα μονογενῆ ἑαυτὸν λέγει, ὡς μόνον ὑπολειφθέντα τῷ πατρὶ, τῶν ἄλλων ἤδη τέκνων τετελευτηκότων.

Atque hæc vobis offert venerandus hic, etc. Postquam superiores patris laudes absolvit, secundas jam exorditur, similem eum esse dicens Abrahæ, ut qui non secus atque ille, pristinum errorem reliquerit. Nam ex ea secta, quæ Hypsistariorum dicitur, ad veræ pietatis doctrinam migravit. Nec eam tantum ob causam patrem suum Abrahæ nomine appellat, sed etiam ut senem, ut hospitalem, ut Deo filium offerentem: tametsi voluntaria fuerit hæc oblatio, non autem imperata, quemadmodum illa Abrahæ. Patriarcham autem eum vocat, ut patrem et principem civitatis, quantum quidem ad res ecclesiasticas attinet. Virtutis autem normam ut qui omnes virtutis partes complexus sit,

C aliosque ad eam dirigat, et rectum quidem regulæ instar exploret ac retineat, superfluum autem et deficiens abradat atque improbet. Jam sacerdotii quoque perfectionem eum vocat, ut omnibus rebus, quæ ad sacerdotium requiruntur, abunde instructum. Seipsum tamen unigenitum Theologus nominavit, vim orationi afferens, ut ne hac quoque parte inferius quidquam pater sacrificio illo Isaaci habeat. Verum hoc aliquanto audacius dictum mitigavit, addens, ex pollicitatione. Nam etsi unigenitus non erat, quantum ad nativitatem, quandoquidem post eum et Gorgonia et Cæsarius procreati sunt: tamen, si promissi rationem spectemus, unigenitus erat. Solus enim ex pollicitatione a pa-

D rentibus progenitus est, quemadmodum Isaac ab Abrahamo et Sara. Vel fortasse unigenitum se dicit, quod solus patri reliquus esset aliis liberis jam extremo vitæ die perfunctis.

Ibid. 12. *Ὑμεῖς . . . ἐπιβούλως.* Τοιαύτη μὲν, φησὶν, ἡ τοῦ πατρὸς καρποφορία. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς καρποφορεῖν τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν τὴν εὐπείθειαν καὶ τὸ καλῶς ποιμαίνεσθαι. Ποιμανθείητε δ' ἂν καλῶς, εἰς μὲν τὴν πρακτικὴν ἀρετὴν, ὥσπερ εἰς μαλακήν τινα καὶ χλοερὰν πεδιάδα κατασκηνούμενοι, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς πιαίνοντες πρόσωπον. Τῇ δὲ γνώσει καὶ τῇ θεωρίᾳ καὶ τῷ ποτίμῳ τῶν θείων Γραφῶν, ὡς ὕδατι ἀναπαύσεως ἐκτρεφόμενοι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ

Vos autem, et Deo, et nobis, id muneris, etc. Atque hujusmodi, inquit, est patris mei oblatio. Vobis autem faciendum etiam est, ut Deo, et nobis, obedientiæ munus offeratis, recteque pascamus. Id porro consequemini, si in ea virtute, quæ in actione versatur, tanquam in molli quodam et viridi campo habitetis, animamque saginetis, scientia autem et speculatione ac divinarum Scripturarum dulcibus fluentis tanquam aqua refectionis

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

edocemini, recteque pastorem cognoscatis (ne a A falsis magistris decipiamini, atque in ipsos quasi in pastores incidatis, cum fures sint et latrones) atque a pastore cognoscamini, non admiscentes scilicet vos alienis gregibus (quæ res ignorationem et errorem pastoribus parit), verum signa et notas circumferentes quas verus pastor vobis injecit atque impressit. Ex Evangelio autem hæc quoque paraphrastice transtulit. *Cognosco enim meas*, inquit Christus [16], *et cognoscor a meis* : per cognitionem fortasse affinitatem et necessitudinem intelligens, quasi diceret : Ego necessitudine jungar ovibus meis, et ipsæ mihi jungentur. Sequamini vocantem pastoraliter et libere, id est, citra fucum et aperte, ac pro potestate, ut pastorem decet. Per ostium autem, id est, per catholicam doctri B nam, quæ fidelibus omnibus aperta est, ac per ipsam Scripturam, per quam ad fidem introducimur : vel etiam per Christum, qui dixit : *Ego sum ostium* [17]. Alienum autem et mendacem minime sequamini, qui non per Evangelii viam incedit, nec per ostium, hoc est, Christum ingreditur, sed prædonum more per caulam prosilit. Præceps enim et violentus est hæreticorum omnium impetus, nec, ut disciplinæ ratio postulat, per legitimum ostium ad fidem et Ecclesiam ingrediuntur.

Nec externam vocem audiatis, suffurantem, etc. Dixit Christus in Evangelio : *Oves meæ alienorum vocem non norunt* [18]. Illic igitur mutuatus Theologus, hoc loco ait, nec externam vocem audiatis : quæ quidem furatur et decipit, atque ab una et C uniente veritate in diversas opiniones dispergit, quæ quidem ob acclivitatem montes metaphorice dicuntur, ob sterilitatem autem solitudines, ob præcipitia autem barathra. Illud vero, Locos, quos non visitat Dominus, omnia quæ dicta sunt explicat. Hic autem locus habetur in Proverbiis Salomonis : *Qui enim oberrat in portis, demorabitur in locis, quos non visitat Æternus.* Jam hujusmodi vox hæreticorum homines a sana doctrina et fide abducit, quæ est in sanctam Trinitatem : quam vocem sanæ doctrinæ oves meæ semper audierunt, atque utinam audiant. Deprædatur item vox hæretica, id est, velut spolia diripit, ac per adulterinos et improbos sermones, eos qui simpliciores sunt, D a Christo avertit et separat, qui verus et primus est pastor : primus quidem, quia dux et auctor fidei nostræ dictus est [19], perfectamque doctrinam auspicatus est : verus autem, ob excellentissimam perfectionem. Atque ex Apostolo hæc quoque sumpta sunt. Scribit enim ad Colossenses : *Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, et inanem fallaciam* [20]. Externam igitur philosophiam sanctus Paulus inanem fallaciam nominavit : Theologus autem, sermones adulterinos et corruptos. Postea voto orationem concludit. Optat enim ut pastores atque

καὶ τὸν ποιμένα καλῶς γινώσκοντες, ὥστε μὴ ἀπατᾶσθαι παρὰ τῶν ψευδοδιδασκάλων, μηδὲ περιπίπτειν αὐτοῖς, ὡς ποιμέσι, κλέπταις οὖσι καὶ λῃσταῖς. Καὶ γινωσκόμενοι αὖθις ὑπὸ τοῦ ποιμένος, μὴ παραμιγνύντες δηλονότι ἑαυτοὺς τοῖς ἀλλοτρίοις θρέμμασιν, ἐξ ὧν ἡ ἄγνοια τοῖς ποιμέσι γίνεται. Ἀλλὰ τὰ ἐπίσημα φέροντες καὶ τοὺς χαρακτῆρας, οὓς ὁ ἀληθινὸς ποιμὴν ὑμῖν ἐπιβέβληκε καὶ ἐνετύπωσεν. Ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου δὲ καὶ ταῦτα παραπέφρασται. *Γινώσκω γάρ*, φησὶν ὁ Χριστὸς, *τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν*. Γνῶσιν ἴσως λέγων, τὴν οἰκείωσιν, τουτέστι προσοικειωθήσομαι τοῖς προβάτοις τοῖς ἐμοῖς, καὶ αὐτὰ ἐμοὶ οἰκειωθήσονται. Ἑπόμενοι δὲ καὶ τῷ καλοῦντι ποιμενικῶς καὶ ἐλευθερίως, τουτέστιν ἀδόλως καὶ φανερῶς καὶ ἐξουσιαστικῶς καὶ ὡς ἐλευθέ B ροις πρέπον. Διὰ τῆς θύρας δὲ, ἤγουν διὰ τῶν καθολικῶν δογμάτων, τῶν ἅπασι πιστοῖς ἀναπεπταμένων, καὶ δι' αὐτῆς τῆς Γραφῆς, δι' ἧς εἰς τὴν πίστιν εἰσαγόμεθα. Ἢ καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ εἰπόντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ θύρα*. Ἀλλοτρίῳ δὲ καὶ ψευδοποιμένι μὴ ἀκολουθοῦντες, ὅστις οὐ διὰ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου ὁδοῦ πορεύεται, οὐδὲ διὰ τῆς θύρας Χριστοῦ εἰσέρχεται, ἀλλὰ λῃστρικῶς διὰ αὐλῆς ὑπερπηδᾷ. Βίαιον γὰρ ἅπαν τῶν ἑτεροδόξων τὸ ὁρμημα, καὶ οὐ κατὰ τάξιν διὰ τῆς νομίμου θύρας ἡ πρὸς τὴν πίστιν καὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἴσοδος,

(35) Scribendum puto ἢ δῆλον ὅταν. Non consentiunt interpretes in scribendis formulis η δηλαδη ὅτι ... η δηλονοτι. Quidam ἢ δηλαδὴ ὅτι, ἢ δηλονότι scribunt; alii ἢ δῆλα δὴ, ἢ δῆλον ὅτι. Sunt qui interrogandi notam post hæc verba ponant; alii non. Clar. Heindorff, inter eos annumerandus qui de Platone bene meruerunt, legit in *Protagora*, initio: Πόθεν, ὦ Σώκρατες, φαίνῃ; ἢ δῆλα δὴ ὅτι ἀπὸ Κυνηγέσιου τοῦ περὶ τὴν Ἀλκιβιάδου ὥραν; ubi legendum ἢ δῆλα δή, ἢ δῆλον ὅτι, sine interrogationis signo ut sit inter sermocinandum, cum scilicet interlocutor suæ ipsius interrogationi affirmative respondet; vel admisso ἢ cum nota interrogandi, reticentia subintelligenda.

(36) Quia reipsa de Æthiopibus agitur in psalmo LXXIII (vers. 14), ex quo Pater hæc mutuatur: Ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι.

(37) Deest hoc scholium in 573; habet Coislin. ad marginem, sed prima manu.

(38) Agitur de loco Pauli ad Rom. VIII, 22: Οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Ut autem scholii sensus patcat, conferendus textus Paulinus.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tur. Etenim ingemit lugetque corruptis servire respuens, quæ ob incorruptionem creata est; verumtamen accipit invita, sed propter eum qui ipsam ob spem subjecit [7].

Atque illos quasi in sicco transmittens. Israelitas in angusto et sicco transmittens, Ægyptios vero, secundum propriam ipsius naturam, inundans atque obruens.

Panis pluviæ instar fusus. Mannam ostendit; hanc enim pro necessitate affatim singulis diebus dabat. Cujus quidem si quis aliquid in crastinum thesaurizaret, vietum statim ac inutile fieret. Quod vero supra necessitatem atque ex superfluitate, coturnicem innuit. Pluisse quippe dicitur tanquam pulverem carnes, et sicut arenam maris volatilia pennata [8]; quibus ostenditur supra necessitatem atque ex abundanti.

Muri concussi numero vim habenti: septenario videlicet numero. Septem enim, ait, sacerdotes, cum tubis septem, septies Hiericho mœnia circumeuntes, concusserunt atque in terram dejecerunt [9], numeri scilicet virtute. Dictum est de hoc numero in *Oratione in Pentecosten* copiosius.

A ἀφθαρσίαν, καὶ τὴν ἐλπιζομένην ἐλευθερίαν ἐκδέχεται. Θρηνεῖ μὲν γὰρ καὶ στενάζει ἀπαξιοῦσα φθαρτοῖς δουλεύειν, ἐπ' ἀφθαρσίᾳ κτισθεῖσα· ἐκδέχεται δὲ ὅμως οὐχ ἑκοῦσα, ἀλλὰ διὰ [*Coisl.* ἑκοῦσα διὰ] τὸν ὑποτάξαντα ἐπ' ἐλπίδι.

Col. 548 A 13. *Καὶ τοὺς μὲν ὡς ξηρὰ παραπέμπουσα.* Τοὺς Ἰσραηλίτας ἐν ἰσθμῷ καὶ ξηρᾷ παραπέμπουσα, τοῖς δὲ (39), τοῖς Αἰγυπτίοις, κατὰ τὴν αὐτῆς φύσιν (40) ἐπεισρέουσα, καὶ καταποντοῦσα.

Ibid. B 3. *Ἄρτος ὑόμενος.* Τὸ μάννα λέγει· τοῦτο γὰρ τῇ χρείᾳ σύμμετρον ἑκάστης ἡμέρας ἐδίδου· τὸ γὰρ εἴ τι πρὸς τὴν αὔριον τεθησαύριστο (41), ἐωλόν τε καὶ ἄχρηστον τῇ ἐξῆς ὑπῆρχεν (*Exod.* xv, 19, 20)· ὑπὲρ τὴν χρείαν δὲ καὶ (cod. p. 264) ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ (42) τὴν ὀρτυγομήτραν (*Exod.* xvi, 13) B νοητέον· βρέξαι γὰρ εἴρηται (*Ps.* lxxvii, 27) ὡσεὶ χνοῦν σάρκας, καὶ ὡσεὶ ἄμμον θαλασσῶν πετεινὰ πτερωτὰ, οἷς τὸ ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ δεδήλωται καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν.

Ibid. 10. *Τείχη κατασειόμενα ἀριθμῷ* (43) *δύναμιν ἔχοντι.* Τῷ ἑβδόμῳ δηλονότι ἀριθμῷ. Ἑπτὰ γὰρ, φησὶ, ἱερεῖς μετὰ σαλπίγγων ζ', ἑπτάκις τὰ τείχη (*Coisl.* τῷ τείχει) Ἰεριχοῦς περιελθόντες, κατέσεισάν τε καὶ εἰς γῆν καταβεβλήκασιν, δυνάμει δηλονότι τοῦ ἀριθμοῦ. Εἴρηται περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τούτου ἐν τῷ *εἰς τὴν Πεντηκοστὴν* (44) λόγῳ πλατύτερον.

[7] Rom. viii, 20. [8] Psal. lxxvii, 27. [9] Josue vi, 1 sqq.

(39) Hæc confirmant lectionem τοῖς δέ quam Montacutius et Clemencetus receperunt.

(40) Scribi posset αὐτῆς. Αὐτήν 573, male.

(41) Coislin. ἐτεθησαύριστο. Est quod hæreas. De augmenti resecatione egi in notis ad Eunapium (pp. 304, 587). Clar. Hase exempla nonnulla affert in indice ad *Timarionem* (*Notices des mss.*, t. IX, p. II, p. 257).

(42) Videtur Basilius ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ in suo exemplari legisse.

(43) Coislin. ἀριθμῷ δ. ἔχοντα; cod. 573 ἀριθμὸν δ. ἔχοντα. Lego ἔχοντι emendatione mihi non dubia. Hanc confirmant vox ἀριθμῷ in Coislin. et verba τῷ ἑβδόμῳ δηλονότι ἀριθμῷ, phrasis denique ἀκολουθία postulat. Ἔχοντα pro ἔχοντι positum fuerit quod scripturæ compendia in vocibus in α et ι desinentibus adhibita descriptoribus sæpe fucum fecerunt; inde accusativi pro dativis et vice versa. — Hæc jam tetigi in notis ad Nicetam Eugenianum (III, 318) et ad Manassem (IX, 180), ubi varias lectiones λάμποντα et λάμποντι, στέργοντι et στέργοντα, ποθέοντι et ποθέοντα, adduxi. — Ἔχοντι ergo in ἔχοντα mutato, descriptor quidam ἀριθμόν scripserit ut concordarent casus.

(44) Ms. uterque εἰς τὴν ν' λόγῳ. Oratio in *Pentecosten* in editione Clemencetti est quadragesima prima. Reipsa in hunc locum, qui legitur initio orationis, Τὴν ἑβδομάδα τιμῶσιν Ἑβραίων παῖδες, ἐκ τῆς Μωϋσέως νομοθεσίας· ὥσπερ οἱ Πυθαγορικοὶ τὴν τετρακτὺν ὕστερον, ἣν δὴ καὶ ὅρκον πεποίηνται, Basilius sequentia scripsit quæ Lector conferre poterit cum commentario Hieroclis *in Versus aureos* (*Notices des mss.*, t. IX, p. II, p. 257), ex quo doctrinam suam manifeste hausit scholiastes noster. Οὗτος (ms. 573 p. 106, 1; Coislin. p. 105, 2) ὁ Πυθαγόρας Σάμιος φιλόσοφος, ἀφ' οὗ Πυθαγορικοὶ ὠνομάσθησαν· παρ' οἷς τετρακτὺς ἐτετίμητο· πηγὴν γὰρ τὴν τετράδα τῆς ἀϊδίου διακοσμήσεως ἀπεφήναντο, τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ δημιουργῷ. Ἀριθμὸς γὰρ ἀριθμῷ αὐτῷ ὁ Θεὸς ὕμνητο. Εἰ γὰρ τὰ ὄντα πάντα, φησὶ, ταῖς ἀϊδίοις αὐτοῦ βουλήσεσιν ὑφέστηκεν, δῆλον ὅτι καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁ ἐν ἑκάστῳ εἶδει τῶν ὄντων. Καὶ ὁ πρῶτος ἀριθμὸς ἐκεῖ ἐστιν· ἐκεῖθεν γὰρ καὶ ὁ ἐνταῦθα. Εἶτα, φησὶν, ἀπὸ τοῦ ἑνὸς τὸ πεπερασμένον διάστημα γέγονεν ἡ δεκάς· ὁ γὰρ ἐπὶ πλέον ἀριθμεῖν ἐθέλων, ἀνακάμπτει πάλιν ἐπὶ τὸ ἓν καὶ τὰ ἑξῆς, μέχρι τῆς αὐτῆς πάλιν δεκάδος, καὶ οὕτω δευτέραν καὶ τρίτην μέχρι δεκάδος ἐπαριθμῶν, ἐν τῇ δεκάδι τῶν δεκάδων ἐν τοῖς ρ' γεγονώς, αὖθις ἐπὶ τὴν πρώτην παλινοστεῖ· ἧς δεκάδος δύναμις, ἡ τετρακτύς· ἐν δὲ ταύτῃ ἡνωμένη τις τελειότης θεωρεῖται. Κατὰ γὰρ σύνθεσιν τὴν ἀπὸ μονάδος ἕως τετράδος δεκὰς γίνεται· ἐν γὰρ καὶ δύο καὶ γ' καὶ δ', δέκα. Ἔστι δὲ καὶ μεαίτης ἀριθμητικὴ μονάδος καὶ ἑβδομάδος ἡ τετράς· τῷ ἴσῳ γὰρ ἀριθμῷ ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται, τριάδι [*sic Coislin.*; *Reg.* τετράδι] μὲν ἑβδομάδος λειπομένη, τριάδι δὲ καὶ ὑπερέχουσα μονάδος [*Coislin.* μονῆς]. Ἄριστοι δὲ καὶ κάλλιστοι τῶν ἀριθμῶν καὶ ἡ μονὰς καὶ ἡ ἑβδομάς. Μόνη τῶν ἐντὸς δεκάδος ἡ μονάς, ὡς ἀρχὴ παντὸς ἀριθμοῦ, τὰς πάντων δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ συνέχει· ἡ δὲ ἑβδομὰς, ὡς ἀμήτωρ καὶ παρθένος, τὴν τῆς μονάδος ἀξίαν δευτέρως ἔχει, τῆς δὴ (a) ἀγεννήτου μονάδος καὶ τῆς ἀμήτορος ἑβδομάδος ἡ τετρὰς μέση κειμένη τὰς τῶν γεννώντων καὶ γεννωμένων δυνάμεις συνείληφεν, ἀπὸ δυάδος γεννωμένη καὶ γεννῶσα τὸν η' ἀριθμόν. Καὶ στερεοῦ πρώτη ἔμφασις ἐν τῇ τετράδι εὑρίσκεται· τὸ γὰρ σημεῖον ἀνάλογόν ἐστι μονάδι, τῇ δυάδι γραμμῇ, ἐπιφάνεια τῇ τριάδι, τὸ στερεὸν δὲ τῇ τετράδι. Πάλιν κριτικαὶ δυνάμεις τέσσαρες, νοῦς, ἐπιστήμη, δόξα, αἴσθησις. Καὶ ἁπλῶς τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχεῖα ἀριθμῶν, ὥρας ἔτους, ἡλικιῶν συνοικισμόν. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὃ μὴ τῆς τετρακτύος ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς ἤρτηται· ἔστι γὰρ, ὡς ἔφημεν, δημιουργὸς τῶν ὅλων αἰτία, Θεὸς νοητὸς, αἴτιος οὐρανοῦ καὶ αἰσθητοῦ κόσμου. Dein multus est scholiastes in exponendis numeri septeni proprietatibus. Ex his quæ fuse

(a) Legendum δέ, ut apud Hieroclem, p. 232.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Col. 547 A 5. *Τὸ τοῦ προσώπου* (45) *κακόηθες.* Τοῦ Ἰουλιανοῦ λέγει, ἡνίκα τὸ στρατιωτικὸν ἐξωπλίσθη κατὰ τῶν ἐν τέλει. Σημείωσαι ὅτι φόβῳ καινοτομίας (*Vide col.* 499 B) διὰ τὸν θάνατον τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τὸ στρατιωτικὸν ἐκαινοτόμησε κατὰ τῶν ἐν τέλει καὶ ἀξιώματι· ἐν οἷς καὶ οὗτος σὺν Γάλλῳ τῷ ἀδελφῷ [*Coisl.*, μετὰ Γάλλου τοῦ ἀδελφοῦ] ἐνείχετο, ὑπὸ δὲ Κωνσταντίου σέσωστο· καὶ ἔν τινι τῶν βασιλικῶν χωρίων βασιλικῆς (46) μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ θεραπείας ἠξιοῦτο διὰ τὰς ἐπαγομένας αἰτίας τρεῖς (47), καὶ οὔτε τῷ Θεῷ, οὔτε τῷ σώσαντι βασιλεῖ χάριν ἔσχεν, ἀλλ' ἀμφοτέροις ὤφθη κακὸς, ἀπὸ μὲν τοῦ Θεοῦ [*Coisl.*, μὲν Θ.] ἀπόστασιν ἐννοῶν, κατὰ δὲ Κωνσταντίου ἐπανάστασιν, στρατὸν ἀπὸ δύσεως κατὰ τοῦ βασιλέως ἀγείρας, εἰ καὶ προφθάσαν τὸ τέλος τοῦ Κωνσταντίου ἔστησε τὴν ἐπιβουλήν.

A *Morum istius pravitatem.* Juliani scilicet, cum milites adversus eos qui imperio potiebantur, fuerunt instructi. Animadverte quod novarum rerum formidine propter Constantini Magni mortem, exercitum instauravit adversus imperio potitos ac dignitatibus : in quibus et iste cum Gallo fratre deprehensus, a Constantio servatus est. Et in quodam regiorum oppidorum regali cum fratre officio dignatus est ob tres citatas causas, et neque Deo, neque salvatori imperatori gratias egit, sed utrique visus est improbus, a Dei fide discedens atque adversus Constantium rebellionem parans, exercitu a stativis adversus imperatorem congregato, nisi Constantii mors insidias prævertisset.

Ibid. B 14. *Ὁ δέ μοι πρὸ τούτων εἰπεῖν ἀναγκαῖον.* Τὰ πρότερα τῶν πραγμάτων ἀναχρονίσας [*MS.* 573 ἀναγνωρίσας] λέγει.

B *Quod autem necessario mihi prius exponendum est* Resumpto altius tempore hæc dicit.

Col. 552 A 12. *Τῷ μέντοι* (48) *κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς κατέλεξαν.* Σημείωσαι ὅτι καὶ ἀμφοτέρους τοὺς ἀδελφοὺς (49) κλήρῳ κατατετάχθαι φάσκει.

Quin etiam in clerum seipsos ascripserunt. Animadverte quod utrumque fratrem in clero ordinatos fuisse dicit.

Ibid. B 4. *Ὁ μὲν καὶ κατὰ ἀλήθειαν εὐσεβῶν.* Τὸν Γάλλον φησὶ γνήσιον εἰς εὐσέβειαν ὑπάρχειν, εἰ καὶ τὴν φύσιν θερμότερον, Ἰουλιανὸν δὲ τὸν καιρὸν ἐξωνούμενον καὶ κρύπτοντα ἐπιεικείας πλάσματι τὴν ἔμφυτον κακοήθειαν.

Alter quidem vere et serio pietatem profitens. Gallum ait sincera pietate præditum fuisse, quamvis natura fervidiorem, Julianum vero tempus redimentem, abscondentemque sub mansuetudinis specie insitam pravitatem.

Col. 553 B 3. *Ὦ ψυχῆς σοφῆς εἰς τὸ κακοποιῆσαι.* Σοφοῦ ὄντος αὐτοῦ εἰς τὸ κακοποιῆσαι, τὴν εἰς αὐτὸν βάσανον καὶ κάκωσιν αἰωνίαν οὐκ ἀποπέφευγε, καίπερ τοῦ Θεοῦ τὸ μέλλον διὰ τῶν δρωμένων προκηρύττοντος, ἵνα τὴν ἀσέβειαν ἀνακόψῃ τῇ τῆς προγνώσεως ὑποδείξει.

O sapientem animam ad malefaciendum! Sapiens iste cum esset ad malefaciendum, suum autem cruciatum, malumque æternum non effugit, etsi Deus futura per ea quæ facta erant proclamaret, ut impietatem compesceret præscientiam demonstrans.

Ibid. C 9. *Ἀλλὰ γινώσκῃ νοούμενος.* Ἀλλ' ἵνα, φησὶν, Ἰουλιανὸς γινώσκῃ ὑπὸ Θεοῦ μὴ ἀγνοούμενος, ἀλλὰ καταλαμβανόμενος ὑπ' αὐτοῦ μὴ ὑπεραίρηται.

Verum consilia sua patere intelligeret. Sed ut, ait, Julianus se a Deo cognitum intelligeret, neque animo efferretur, fraudem suam teneri sentiens.

Col. 557 A 6. *Πλέον ἢ καλῶς.* Ἀντὶ τοῦ πλέον τοῦ καλῶς ἔχοντος, ὅπερ ἐστὶ, κακῶς, καὶ ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων ἰσχυριζόμενος, ὡς τὸν ἥττω λόγον εἰς γυμνασίαν δῆθεν (50) ἀναλαμβανόμενος, δυνάμει δὲ

Plus quam æquum. Nempe plus quam decebat, id est pessime, et pro Græcis contendens, quasi inferiorem doctrinam exercitationis videlicet causa tuens, et vi sermonis ac sophismatibus, non vero

prosequitur pauca describam quæ ad rem in qua versamur spectant. Ἐννοῶ δὲ, ait Gregorius, καὶ τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ, καὶ περιόδους τοσαύτας, καὶ ἡμέρας, καὶ ἱερέας, ἐξ ὧν τὰ Ἱεριχούντια τείχη κατασείεται. Quod Basilius his verbis explicat : Ἱεριχὼ πόλις ἦν Ἰσραηλῖται εἷλον, Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ στρατηγοῦντος. Ἑπτὰ γὰρ ἱερεῖς μετὰ τοσούτων σαλπίγγων ἐν ἑπτὰ ἡμέραις, ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἰέναι κύκλῳ παρεσκεύασαν· οὕτω κατέσεισέ τε καὶ κατηρίπωσε τὴν πόλιν. De his et aliis nugis ad numerorum vim spectantibus vide Meursium *ad Chalcidium* (p. 3), et in primis *Classical Journal.* tom. VIII, p. 565.

(45) Editi, τρόπου, quod sane præstat.

(46) Vox βασιλικῆς deest in ms. 573; addidi ex Coislin. Deest etiam in quibusdam mss. S. Gregorii apud Clemencetum. Hanc vocem merito retinuit vir doctissimus; sed errat cum Socratis auctoritatem appellat; scribere debuit *Sozomenum.* — Mss. ἠξιοῦντό.

(47) Has indicat Gregorius loco citato.

(48) Coislin. μέν γε, ut editi, qui mox ἐγκατέλεξαν legunt. Additur in margine, prima manu, e regione vocis κλήρῳ : Κλῆρον λέ. (lego κλῆρος λέγεται) τὸ λαχεῖν καὶ ἡ κληρονομία, καὶ τὸ σύστημα τῶν παπάδων ὃ καὶ νῦν τίθησι.

(49) Similia habet Sozomenus (*Hist.* l. v, c. 2) : Παραδόξως δὲ ὧδε διασωθέντες, προσετάχθησαν ἐν Καππαδοκίᾳ διατρίβειν ἐν Μακέλλῳ . . . . ἔνθα δὴ θεραπείας καὶ ἀγωγῆς βασιλικῆς ἠξιοῦντο, καὶ μαθήμασι καὶ γυμνασίοις τὰς καθ' ἡλικίαν ἐχρῶντο, καὶ λόγων διδασκάλοις, καὶ τοῖς ὑφηγηταῖς τῶν ἁγίων Γραφῶν, ὡς καὶ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. Et S. Gregorius etiam infra de Juliano : Ὁ τῶν θείων ὑπαναγνώστης ποτὲ λογίων, καὶ τῆς τοῦ μεγάλου βήματος ἠξιωμένος τιμῆς.

(50) Δῆθεν recepi ex Coislin. pro λέ. (id est λέγει) alterius codicis. Λέγει etiam admitti posset si ad Gregorium referatur.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

veritate Græcorum doctrinam pia meliorique doctrina præstantiorem demonstrans.

Ipsi porro Asia impietatis schola erat, impietatis nempe quæ ad siderum scientiam spectat, et quæ sequuntur. Cœlestium enim motu quum res nostras dirigant, creationemque Creatoris loco quasi Deum habeant, hanc non immerito impietatis scholam vocat. Isti enim tunc circa siderum scientiam et genituras præscientiasque ac præstigia vanissime versati, hanc impietatem edocebant.

Contrariam mutationem quærens. Valetudines ad summum bonitatis perductas periculosas esse medicorum filii pronuntiant; commotis igitur omnibus in generatione sive ad melius sive ad pejus, necesse est moveantur et mutentur mobilia corpora et negotia : ex quo et saturitatem ait in insolentiam prolabi. Apostasiam enim docet, juxta illud : *Manducavit Jacob, et impletus est, et incrassatus est dilectus* [10]. Ad summum igitur et Christianorum perducta valetudine, cum altius ad meliora non jam ire liceret, ad pejora propulsa atque ad contrarium translata est.

Contritionem quidem præcedit contumelia. Hæc e Proverbiis obscure dicta, nunc explanat : contumeliæ ait, hoc est animi elationis asseclam esse contritionem et humiliationem, humiliationis autem gloriam. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [11], contraria contrariis subrogans, elationem quidem conterens atque dejiciens, humiliationem vero efferens ac gloria afficiens.

Dejectionem scilicet inter delictum et resipiscentiam. Quomodo? Deliquit prius, deinde se ipsum humilians, ad resipiscentiam conversus est, custodiens eloquium tuum; tanquam scilicet ex peccato dejectio nata sit, ex hoc autem interposita, morum correctio et resipiscentia subsecuta sit.

Ac Cæsari quidem et imperium et vita finem ac-

[10] Deut. xxxii, 15. [11] I Petr. v, 5.

A λόγου καὶ σοφίσμασιν, ἀλλ' οὐκ ἀληθείᾳ, ἰσχυρότερον τὸν Ἑλλήνων λόγον ἢ (Cod. p. 264, 2) τὸν τῆς εὐσεβείας καὶ τοῦ κρείττονος ἀποδεικνύμενος.

Ibid. B 6. *Ἀσία δὲ ἦν αὐτοῦ τῆς ἀσεβείας διδασκαλεῖον, ὅσης γε* (51) *τῆς ἀσεβείας περὶ ἀστροροµίαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Τῇ γὰρ κινήσει τῶν οὐρανίων περιγράφοντες τὰ ἡµέτερα, καὶ τὴν κτίσιν θεοποιοῦντες παρὰ τὸν κτίσαντα, ἀσεβείας διδασκαλεῖον εἰκότως ταύτην πεποίηται (52)· οὗτοι γὰρ οἱ ἐν Ἀσίᾳ τηνικαῦτα ἀστρονοµίᾳ καὶ γενέσει τὰς προγνώσεις τερατευσάµενοι, τὴν τοιαύτην ἀσέβειαν ἐξεπαίδευον φανταζόµενοι (53).

Ibid. 13. *Τὴν ἐναντίαν ζητοῦσα µεταβολήν.* Τὰς εἰς ἄκρον εὐεξίας σφαλερὰς ἰατρῶν παῖδές φασι· (54) κινουµένων γὰρ πάντων τῶν ἐν γενέσει B ἤτοιγε πρὸς τὸ κρεῖττον ἢ καὶ τὸ χεῖρον, ἀνάγκη κινεῖσθαι καὶ µεταβάλλειν τὰ κινητὰ σώµατά τε καὶ πράγµατα, ἐξ οὗ καὶ τὸν κόρον φασὶν (55) ὑβρίζειν· ἀποστασίαν γὰρ διδάσκει, κατὰ τό· *Ἔφαγεν Ἰακὼβ, καὶ ἐνεπλήσθη, καὶ ἀπελάκτισεν ὁ ἠγαπηµένος* (*Deut.* xxxii, 15). Εἰς ἄκρον οὖν καὶ τῆς χριστιανῶν ἐλλαχυίας εὐεξίας, ἐπεὶ µὴ οἷόν τε πλέον ἦν ἰέναι (56) ἐπὶ τὸ κρεῖττον, ἐπὶ τὸ χεῖρον κινηθὲν καὶ ἐναντίον (57) µεταβέβληται.

Col. 560 A 2. *Πρὸ µὲν συντριβῆς ἡγεῖται ὕβρις.* Παροιµιακὸς ὁ λόγος (58) ἀσαφῶς εἰρηµένος, ὃν καὶ διασαφῶν, τῇ ὕβρει, ἔφη, ἤτοι τῇ ἐπάρσει, ἐπακολουθεῖ συντριβὴ καὶ ταπείνωσις, ταπεινώσει δὲ εὐεξία. *Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.* (*Prov.* iii, 34), τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ἀντεισάγων, τὴν ἔπαρσιν µὲν συντρίβων C καὶ ταπεινῶν, τὴν ταπείνωσιν δὲ δοξάζων τε καὶ ὑψῶν.

Ibid. 13. *Μέσην* [Cod. 573, *µέσον*] *πληµµελείας καὶ διορθώσεως.* Πῶς; Ἐπληµµέλησε πρότερον, εἶτα ταπεινωθεὶς διωρθώθη, φυλάξας τὸ λόγιόν σου (*Psal.* cxviii, 67), ὡς ἐκ µὲν τῆς ἁµαρτίας τεχθείσης τῆς ταπεινώσεως, ἐξ ἧς µέσης ἡ ἐπιστροφὴ καὶ διόρθωσις ἠκολούθησεν.

Ibid. C 1. *Ὅρον µὲν* [Coisl. *ὅρµον µέν*] *ἡ βα-*

(51) Sic Coislin. Ms. 573, ὅση γε. Vox ἀσεβείας quæ sequitur ὅσης postulat. Editi aliter legunt; recipi saltem possent ὅση τε et γε. Basilius verba τῆς ἀσεβείας addidisse videtur ut vocis ὅσης sensum exponeret.

(52) Coislin. πεποίηνται. Sic male scriptum fuerit ab amanuensi quodam qui voces περιγράφοντες et θεοποιοῦντες, in nominandi casu positas, cum verbo concordare putavit; at πεποίηται legendum ut ad Gregorium spectet. Participia ponuntur in nominandi casu absoluto et referuntur ad voces οἱ ἐν Ἀσίᾳ, οἱ Ἀσιανοί, quæ subaudiuntur.

(53) Hic forte quædam aliter primitus erant disposita. Textus me inducit ut credam Basilium scripsisse, θεραπευσάµενοι καὶ φανταζόµενοι, τὴν τ. ἀσ. ἐξεπαίδευον.

(54) Hippocrates, exempli gratia (*Aphor.* i, 3) : Ἐν τοῖσι γυµναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἢν ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔωσιν κτλ.

(55) Fortasse legendum φησί, nam ipsa sunt Gregorii verba : Καὶ ὁ κόρος δι' ὃν ὑβρίσαµεν. — Aliter nihil haberet φασὶν in quo hæreremus; jam enim Satietatem (Κόρος) ut Injuriæ (Ὕβρις) matrem induxerat Theognis (155 Brunck.), quod etiam in proverbium cesserat.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται Ἀνθρώπῳ, καὶ ὅτῳ µὴ νόος ἄρτιος ᾖ.

In Pindaro e contra (*Ol.* xiii, 12) Injuria mater est Satietatis. Ἐθέλοντι δ' ἀλεξεῖν Ὕβριν Κόρου µατέρα θρασύµυθον. Vide Heyne in hunc Pindari locum.

(56) Ms. 573, πλέον ἰέναι ἐπί. Coislin., πλέον ἦν ἐπί. Utramque lectionem admisi.

(57) Coislin., ἐπὶ τὸ ἐναντίον καὶ τὸ χεῖρον κινηθὲν µετ.

(58) Scripsit Gregorius, πρὸ µ. σ. ἡγ. ὕβρις, αἱ παροιµίαι καλῶς φασί, quæ Basilius exponens verbis παροιµιακὸς ὁ λόγος utitur, ex quo induci posset eum non vidisse per verba αἱ Παροιµίαι hic intelligi Proverbia Salomonis, in quibus (xvi, 18) reipsa legitur locus citatus. Est etiam in Proverbiis locus alter (xxix, 23) quem opportune hic afferre poterat Gregorius vel Basilius : Ὕβρις ἄνδρα ταπεινοῖ, τοὺς δὲ ταπεινόφρονας ἐρείδει δόξῃ Κύριος.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

σιλεία τῷ Καίσαρι καὶ ὁ βίος λαμβάνει. Γάλλον γὰρ ἀνέδειξεν ὁ βασιλεὺς Κωνστάντιος Ἀντιοχείας καίσαρα, τὸ οἰκεῖον περιθεὶς αὐτῷ [*Cod.* 573 αὐτό] τοῦ πρὶν ἀξιώματος ὄνομα. Ἐπεὶ δὲ τυραννίδα μελετήσας καὶ μὴ λαθὼν ἀνῃρέθη, ὅρον εἴληφεν, ἤτοι τέλος καὶ περιορισμὸν, ἥ τε ζωὴ αὐτοῦ καὶ ἡ βασιλεία. Ἦν γὰρ ἀνελὼν, μὴ μηνύσας τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ, Μαγνέντιον (59) ὕπαρχον Ἑῴας καὶ Μάγνον κουαίστωρα· ἐφ' ὃ [*forte* ἐφ' ᾧ] κινηθεὶς ὁ Κωνστάντιος, μεταστειλάμενος αὐτὸν, περὶ νῆσον Φλανωνίαν (60) ἀναιρεθῆναι ἐκέλευσεν. Σιωπᾷν δὲ φησὶ τὰ ἐν μέσῳ, αἰδούμενος αὐτῶν τὸ εὐσεβὲς, ὡς χριστιανῶν· θρασέως γὰρ ὁ μὲν ἐπανέστη ὁ Γάλλος, ὁ δὲ Κωνστάντιος ἀνεῖλεν. Ἐπεὶ οὖν κατηγορήσαντος τοῦ ἑτέρου, τὸν ἕτερον ἀφεῖναι τῆς αἰτίας ἀνάγκη ἦν, τὸ θράσος ἀμφοῖν, ἐπαφεὶς, τὰ ἐν μέσῳ σιγᾷν ἔφη.

A *cipit.* Gallum enim creavit imperator Constantius Antiochiæ Cæsarem, ei attributo veteris dignitatis nomine. Cum vero tyrannidem molitus deprehensusque interfectus esset, terminum accepit, aut finem atque peractionem et vita ejus et imperium. Interfecerat enim, inscio Constantio imperatore, Magnentium Orientis legatum et Magnum quæstorem : quo permotus Constantius accitum eum ad Phlanoniam insulam interfici jussit : se autem ait silentio premere quæ interea acciderunt, eorum pietatem venerans, ut Christianorum. Temere enim insurrexerat Gallus, Constantius vero interfecit. Dum igitur alterum accusat, alterum crimine liberet necesse est : ideoque temeritate in utroque reprehensa, quæ in medio sita sunt, silentio præ- B terire se dicit.

Col. 561 C 4. *Καὶ δι' αὐτῶν ὧν ἐγκέκληκα.* Ἀπολογεῖται ὑπὲρ Κωνσταντίου, ὅτι, καὶ δι' ὧν ἐγκέκληκα, (cod. p. 265) ἤτοι ἐνεγκλημάτισα [*leg.* ἐνεκλημ.], κατηγόρηκα, ἀπολελόγημαι, φησὶ, ἱκανῶς ὑπὲρ αὐτοῦ χρηστότητα [*Cod.* χρηστότητος] γὰρ εἰπὼν, ἐδήλωσα τὴν τῆς κατηγορίας ἄφεσιν· διὰ γὰρ ἀγαθότητα ἔλαθε τὸν θῆρα τοῖς τοῦ Χριστοῦ θρέμμασιν ἐπιστήσας.

Per ea quoque quæ objeci. Constantium defendit, quod, et per ea quæ objeci, sive criminatus sum, reprehendi, causam ejus, ait, satis defendi. Nam benignitatem ejus ostendens, accusationis veniam indicavi. Propter benignitatem enim feram Christi ovibus insciens præfecit.

Col. 564 B 4. *Ὃς γε καὶ εἴ τι παρελύπησεν.* Ἐλύπει γὰρ τοὺς ὀρθοδόξους, προστιθεὶς ἁπλότητι τοῖς Ἀρειανοῖς, ἕλκων καὶ βιαζόμενος πρὸς ἕνωσιν, ὥστε μὴ διεστάναι ταῖς δόξαις, ἀλλ' ἓν πάντας χριστιανοὺς εἶναι. Πλὴν δύο, φησὶ, χρηστότητες οὐ συνῆλθον (61), ἥν τε πρὸς τὴν εὐσέβειαν καὶ τοὺς χριστιανοὺς εἶχεν, καὶ ἣν πρὸς τὸ ἀσεβέστατον χρηστευσάμενος ἐνεδείξατο τοῦ μέλλοντος ἐν ἀγνοίᾳ.

Qui quidem et si quid nobis molestiæ exhibuit. Orthodoxis molestiam exhibuit, Arianis cum simplicitate indulgens, ad unitatem excitans atque compellens, ut non jam opinionibus differentes, unum omnes Christiani essent. Attamen hæ duæ, inquit, benignitates non concordarunt : altera sci- C licet erga pietatem et Christianos : altera quam futuri nescius erga impiissimum benigne agens exhibuit.

Ibid. C 7. *Δυσκίνητον λόγῳ.* Ἰσχυρὸν, δυσανάσκευον, καὶ μὴ δυνάμενον λόγῳ ἀληθείας κινηθῆναι καὶ ἀνατραπῆναι.

Ut sermone vix convelli posset. Validum, infractum, nec quod veritatis sermone moveri et everti posset.

Ibid. 9. *Ἡμιλλήθη τῷ ἀναδείξαντι.* Τῷ ἀναδείξαντι βασιλέα Κωνσταντίῳ. Πῶς ἡμιλλήθη; καινότερον τρόπον, μὴ γὰρ ἀρετῇ σθένων, καὶ εὐσεβείᾳ, ἀσεβείᾳ τε καὶ κακίᾳ ἐφιλονείκησεν ἐκνικᾶν.

Cum eo qui designatus fuerat certavit. Qui imperatorem eum designaverat Constantius. Quo modo certavit? novo modo : non enim virtutis ac pietatis laude, sed impietate et improbitate superare eum contendit.

Col. 565 B 5. *Τίς δὲ οὐκ ἐκ τῆς πίστεως;* Τίς, φησὶν, οὐκ ἂν ἤλπισεν Ἰουλιανὸν ἐκ τῆς πίστεως ἧς ἐπιστεύθη (62) παρὰ Κωνσταντίου, γεγενῆσθαι αὐτὸν

Quis non ex fide? Quis, ait, non speravisset Julianum ex fide quæ a Constantio habita est, fieri justiorem, quod quidem præter æquum, et impro-

(59) Socrati et Philostorgio *Domitianus.* Quin Basilius erraverit vix dubitandi locus.

(60) Apud Socratem Φλάνων audit, περὶ Φλάνωνα τὴν νῆσον. Ubi cædes sit admissa non consentit inter historicos. Vide Valesium ad Ammianum Marcellinum, XIV, c. 11, p. 57.

(61) Coislin. et editi, συνεισῆλθον. Melius συνῆλθον. Admittenda etiam videtur ex mss. particula negativa οὐ quæ in editis desideratur, καὶ δύο χρηστότητες οὐ συνῆλθον ἀλλήλαις. « Ac duæ benignitates non concordarunt : altera scilicet erga pium genus, altera quam, futuri nescius, erga omnium hominum impiissimum exhibuit. »

(62) Editores Gregorii ἣν ἐπιστεύθη retinuerunt cum lectionem ἧς ex pluribus mss. haberent. Ἧς recipiendum puto ea ratione quod ex duabus lectionibus ea eligenda est quæ minus trita videtur. In locis quæ *attractionem* admittunt amanuenses sæpe pronomini casum assignarunt quem postulabat verbum loco casus quem postulabat nomen. Quod ex nota Brunckii ad Aristophanem (*Thesmoph.* 855) patebit, ut ii noscent quibus eam legere placuerit. In uno e marmoribus Oxoniensibus legitur decretum quod in honorem cujusdam Clinodemi Delii tulerant : ΕΠΙ ΤΗΙ ΑΙΡΕΣΕΙ ΗΙ ΕΧΩΝ ΔΙΑΤΕΛΕΙ ΠΕΡΙ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ. Reinesius, qui hæc exscripsit, ΗΝ ΕΧΩΝ legit. Ut inter utramque lectionem statueretur, videndum esset marmor; interim magna cum probabilitate dicere possumus ᾗ veram esse lectionem quæ in ἣν male mutata fuerit. Horatii (*I Sat.* VI, 15) veteres editiones et mss. habent :

. . . . *notante*
Judice, quo nosti, populo. . .

Cum autem criticus nescio quis scripsisset *quem*, mendum in omnibus editionibus repetitum fuit usque ad Bentleii recensionem, qui ablativum attractivum *quo* reposuit et exemplis demonstravit

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

bitatis ejus innatam acerbitatem mitiorem effici, reputans utrumque justo et imperatorio judicio, Gallum quidem pœna affectum, Julianum vero electum, ex præstantissimo natu minoris honore justam prioris pœnam, quam pro temeritate passus est, judicans atque secum reputans. Alia ratione illud demonstrare conatur Juliani electionem non omnino inconsideratam fuisse. Non tam enim ob Juliani fidem fidenti animo erat Constantius, quam ob suasmet vires, eum quam primum oppressurus, si quid novarum rerum moliretur. Sicut et Porum, Indiæ regem, qui præclare pugnaverat, Alexander Magnus cum devicisset, non modo vivere permisit, sed et rursus regnare præcepit: namque in sua potestate esset, si malum comperiret, rursus devincere pœnaque afficere.

Cum mihi causam facile obtinere liceat, etiam superato. Quomodo superato causam obtinere liceret? Quis vinceret, et quem? Quodammodo superantibus videlicet contradicentibus, Constantiumque criminari conantibus, devictus videtur eum laudans. Inferiorem vero causam assumens divinus orator, Iste vir, si malus est, ait, qui imperium Juliano commisit, iste cui imperium commissum est, quique ad hujusmodi honorem evectus est, ac postea sceleratum se præbuit, quis existimari debet? Talem ubi nequitiam collocabimus? Et si impios illius mores non prænovisse in culpa ponitur, ipsum improbitatis fontem quo tandem loco statuere par est? Ἀσυλλόγιστον porro vel omnino inexplicabile, vel intellectu difficile et quod non facile deprehendi potest, vel ipsam improbitatem, irrationabile quiddam atque inexplicabile, esse dicit, quæ non quid bonum quidve decorum cogitat.

Hæc ipsum Platones, et quæ sequuntur. Isti igitur apud Græcos philosophorum præstantissimi, maximoque in pretio Juliano habiti, sermone solo virtutem coronantes ac philosophantes, edocentesque injuriam pati potius quam inferre; *Geometriæ* vero *æquitatem*, eam quæ per geometricas methodos demonstratur, erroris expertem justitiam et veritatem; *egregiosque magistros*, quos iste conscripserat, Porphyrium et Libanium sophistas dicit.

δικαιότερον, καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς (63), καὶ τὸ τῆς κακίας [*Cod.* 573 τὸ κακ.] αὐτοῦ ἔμφυτον καὶ δυσμενὲς ἡμερώτερον ἔσεσθαι, λογιζόμενος ὡς ἀμφοτέρους (64) δικαίᾳ κρίσει καὶ βασιλικῇ τοῦ μὲν Γάλλου [*Coisl.* μεγάλου] ἐπιτιμηθέντος, Ἰουλιανοῦ δὲ προβληθέντος, ἐκ τῆς ὑπερβαλλούσης τιμῆς τοῦ δευτέρου δικαίαν τοῦ προτέρου τὴν κατάκρισιν, ἣν διὰ τὴν προπέτειαν ὑπομεμενήκει [*cod.* 573, ὑπομενήκει] κρίνων καὶ συλλογιζόμενος. Καὶ ἄλλως ἐπιχειρεῖ δεικνύναι οὐκ ἀλόγιστον πάντη τὴν Ἰουλιανοῦ προβολήν, ὅτι οὐχ ὅσον διὰ πίστιν Ἰουλιανοῦ ἐθάρρει Κωνστάντιος, ὅσον διὰ τὴν ἰδίαν ἰσχύν, θᾶττον καταλύσων αὐτόν, εἴ τι ἐπιχειροίη νεώτερον· ὥσπερ καὶ Πῶρον, τὸν Ἰνδῶν βασιλεύοντα, λαμπρῶς ἠγωνισμένον Ἀλέξανδρος ὁ μέγας καταβαλών, οὐ μόνον ζῆν εἴασεν, ἀλλὰ καὶ βασιλεύειν ἐπέταξεν· ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἦν ἰσχύος κρατεῖ βουλομένῳ, εἰ κακὸν λάβοι, χειροῦσθαι πάλιν καὶ δίκας ἀπαιτεῖν.

Ibid. D 6. *Ἐνὸν κρατεῖν καὶ ἡττημένον.* Πῶς οἷόν τε ἦν κρατεῖν ἡττημένον; καὶ ὁ κρατήσων [*ms.* 573, ὁ κράτης] τίς καὶ τίνα; ὡς τῶν ἀντιλεγόντων νικώντων δῆθεν καὶ φαῦλον Κωνστάντιον πειρωμένων δεικνύναι, ἡττῆσθαι δοκεῖ ὁ τοῦτον ἐπαινῶν· εἶτα λαβὼν τὸν ἥττω λόγον ὁ θεσπέσιος· Οὗτος ἀνήρ, εἰ οὐκ ἀγαθὸς, ἔφη (65), ὁ τὴν βασιλείαν Ἰουλιανῷ πεπιστευκὼς, ὁ πιστευθεὶς καὶ εἰς τοιαύτην τιμὴν ἀναχθεὶς, καὶ κακῶς ἀποδειχθείς, τίς ἂν πρὸς ἐκεῖνον νομισθείη; ποῦ δὲ καὶ τὴν τοιαύτην ἄξιον θεῖναι κακίαν; εἰ γὰρ τὸ μὴ προειδέσθαι τὸν ἐξάγιστον ἐκείνου τρόπον ὑπὸ αἰτίαν ἐστὶν, αὐτὴν τὴν πηγὴν [*cod.* 573, ἐστι τὴν π.] τῆς κακίας ποῦ τάξαι δίκαιον; τὸ δὲ (*cod.* p. 265, 2) *ἀσυλλόγιστον*, ἢ ὅλως ἀκατανόητόν ἐστιν, ἢ δυσνόητον καὶ μὴ ῥᾳδίως θηρώμενον, ἢ αὐτὴν τὴν πονηρίαν ἀλόγιστόν τι καὶ ἀνόητον εἶναί φησι, μὴ συλλογιζομένην τὸ ἀγαθὸν καὶ προσῆκον.

Col. 568 A 12. M. B. p. 66 B. — C. p. 96 D. — M. p. 23. *Ταῦτα Πλάτωνες* [*ms.* 573 *Πλάτωνος*], καὶ τὰ ἑξῆς. Οὗτοι τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων οἱ κράτιστοι, καὶ μάλιστα ἐκείνῳ τιμώμενοι, λόγῳ μόνῳ τὴν ἀρετὴν σεμνύνοντες καὶ φιλοσοφοῦντες ἐκδιδάσκοντες τὸ ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢπερ ἀδικεῖν (66)· *γεωμετρίας* δὲ *ἰσότητα*, τὴν διὰ τῶν γεωμετρικῶν μεθόδων δεικνυμένην ἀδιάψευστον δικαιοσύνην τε καὶ ἀλήθειαν (67). *Γενναίους* δὲ *διδασκάλους*, τοὺς κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον γεγονότας, Πορφύριον καὶ Λιβάνιον λέγει τοὺς σοφιστάς.

hanc constructionem, Græcis familiarem, a lingua Latina non alienam esse. Iis quæ collegit addam sequentia ex Fabretto (*Inscr. Dom.* p. 321):

FIBUR MIHI PATRIA
AGRICOLA SVM
VOCITATVS FLAVIVS. IDEM EGO SVM
DISCVMBENS VT ME VIDETIS, SIC ET
APVD SVPEROS ANNIS QVIBVS FATA
DEDERE ANIMVLAM COLVI.

(63) Verba καὶ π. τὸ εἰκός loco suo mota videntur; in textu edito rectius ponuntur post ἐπιστεύθη.

(64) Basilium vel amanuensem hic errasse patet; sensus et syntaxis ἀμφοτέρων postulant; mox vox ἀμφοῖν pro genitivo habenda et sic interpretanda: et alias etiam hic locus eget medica manu.

(65) Ms. Reg. ἔφυ, quod sustineri posset; at ἔφη multo præstat. Nonnulla observavi, *ad Marinum* (p. 90), de hac facili permutatione vocum ἔφη et ἔφυ.

(66) Bene Socrates in *Critone* Platonis (§ 10): Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδικεῖν, οὐδὲ ἀδικούμενον ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται. Locus ipse ad quem alludit Gregorius legitur in *Gorgia* (pag. 469 C. §. 55). Εἰ δ' ἀναγκαῖον εἴη, inquit Socrates ad Polum, ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν. Clemencet. alium locum laudavit, at is ille est quem intendit Gregorius. De hac præclara ethicæ paganæ sententia vide loca quæ indicant Fischerus *ad Critonem*; Davisius *in Tusculanas* et Wölflus *ad Libanium*.

(67) In his quæ hic de *ἰσότης γεωμετρικὴ* ait auctor, manifeste alludit ad hæc Socratis verba in

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Ibid. B 9. *Οἱ καὶ λόγῳ πλάττουσι πόλεις.* Πλάττων τούτους καταπαίζει λόγῳ πλάσαντα πόλεις (68) τὰς ἔργῳ μήτε συστάσας μήτε συστῆναι δυναμένας. Μὴ εἶναι δὲ Πρόνοιαν καὶ Θεὸν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Δημόκριτον καὶ Ἐπίκουρον ἐδόξαζον καὶ οἱ κατ' αὐτούς (69)· οὓς καὶ διασύρων, τὴν ἀρετὴν λέγει ἄλλως καὶ ματαίως ὄνομα (70) σύμπασὰς εἶναι αὐτοῖς πράγματος χηρεῦον.

Col. 569 A 1. *Ἢ [Coisl., Ἢ] γὰρ σὺ συνεῖδέ τις ταῦτα;* Ταῦτα, φησὶν, ἢ οὐδ' ὅλως τινὲς συνεῖδον οὐδὲ ἐφαντάσθησαν, οὐδὲ ταῖς τῆς ἀληθείας αὐγαῖς τὴν διάνοιαν ἐκαθάρθησαν, ἀλλὰ βαθεῖ σκότῳ καὶ βορβόρῳ πρὸς τὰ κάτω καὶ τὴν αἴσθησιν ἐκπεπώμενοι (ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ Ἰλιάδι κατασπᾶσθαι [71]), οὐδὲν ὑπὲρ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας ἔγνωσαν· ἢ εἴ τις μικρὸν κατὰ Σωκράτην καὶ Πλάτωνα, καί τινας ἑτέρους ἄγαν εὐαριθμήτους, ὑπὸ τῶν πιθανωτέρων παρεσύρη, καὶ ταῖς τῶν πολλῶν δόξαις συναπήχθη μὴ ἀντισχών· ἡ γὰρ πιθανότης ἐγγίζει πως τῇ ἀληθείᾳ (72).

Ibid. B 9. *Χρῆναι φιλοσοφίαν καὶ βασιλείαν εἰς ταυτὸ συνελθεῖν.* Ὁ ἐν Πλάτωνι Σωκράτης τότε τὰς πόλεις παύσεσθαι [*cod.* 573, παύσασθαι] κακῶν (73) ἔφη, ὅταν φιλοσοφία καὶ βασιλεία συνέλθωσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω· ὁ δὲ οὐχ ἵνα παύσωνται, ἀλλ' ἵνα πλησθῶσι κακῶν. Ἔσπευσε γὰρ ἐν αὐτῷ ταῦτα συνελθεῖν, καὶ ἑαυτὸν ἀνέδησε (74) καὶ τῇ τῆς βασιλείας μεγάλῃ προσηγορίᾳ ἐτίμησε, καὶ οὐδὲ τὸν κύριον τῆς βασιλείας διάδημα περιεβλήσθαι, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο μάλιστα πρὸς αὐτὸν [*Coisl.*, πρὸς αὐτὸν μάλιστα] ἐστρατεύει.

Col. 572 A 9. *Μὴ θαυμαζέτωσαν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Οἱ μὴ τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων τὸ ἀτέκμαρτον ἐπιστάμενα βάθος, μὴ θαυμαζέτωσαν, φησί· ἀναίτιον γὰρ πάντη

Qui civitates etiam sermone fingunt. His perstringit Platonem, sermone fingentem civitates, quæ reipsa nec constitutæ sunt, nec constitui possunt. Non vero Providentiam esse, neque Deum Pythagoræ, Aristotelis, Democriti et Epicuri discipuli existimabant, necnon et qui eorum doctrinas professi sunt, quos noster deridens virtutem dicit inane ac speciosum duntaxat nomen esse eis, ac re omni vacuum.

Aut enim quispiam eorum hæc non intellexit? Hæc, inquit, aut nullo modo perspexerunt quidam eorum atque excogitaverunt, neque veritatis radiis mentem purgaverunt, sed tenebrosa caligine et nito cœno circa terrena atque in sensum cadentia provoluti, in limo scilicet demersi, nihil supra immundos dæmones intellexerunt. Aut si quis leviter prospexit juxta Socratem, Platonemque et quosdam alios paucissimos, a probabiliori sermone abreptus est; probabilitas enim quodammodo ad veritatem appropinquat.

Oportere enim philosophiam et imperium in unum convenire. Apud Platonem Socrates tunc malorum finem urbibus fore dixit, cum philosophia et imperium convenirent. Sic illi. Iste vero, non ut malorum finis sit civitatibus, sed ut ijs potius implerentur. Festinavit enim ea in se congregare, sibi ipse diadema imposuit, magnoque imperatoris nomine seipsum ornavit; neque exspectavit ut per dominium imperii diademate cingeretur, sed et ideo adversus eum cum exercitu profectus est.

Nec tamen mirentur, et reliqua. Qui Dei judiciorum altitudinem omni conjectura sublimiorem, comprehendere non possunt, ne mirentur, ait. Ne-

Gorgia (§ 135 Heind.): Λέληθέ σε ὅτι ἡ ἰσότης ἡ γεωμετρικὴ καὶ ἐν θεοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις μέγα δύναται.

(68) Hæc in memoriam revocant locum parallelum orationis quam dixit Gregorius in honorem Heronis philosophi (p. 413): Ταύτης καρπὸς τῆς φιλοσοφίας, οὐ λόγῳ πλαττόμεναι πόλεις· σκίνδαψοί τινες, ὡς αὐτοί φασι, καὶ τραγέλαφοι, ἃ γλῶσσα μόνη συντίθησι. Basilii Scholion (p. 130, 1. ms. 573) dignum est ut legatur. *Λόγῳ πλαττόμεναι.* Οἷα ἡ ὑπὸ Πλάτωνος πλασθεῖσα μὲν, μηδέποτε δὲ γεγονυῖα· διὸ καὶ ἐπάγει· Σκινδαψοί τινες, καὶ βλίτυρι καὶ τραγέλαφοι, ἀνύπαρκτα πράγματα, συνθέσεις στοιχείων καὶ λέξεων, γλώττῃ μόνον καὶ στόματι φερόμενα, κ. τ. λ. Videtur Basilius in exemplari suo legisse verba καὶ βλίτυρι, quæ in textu edito desiderantur. Proverbialiter dicebatur βλίτυρι καὶ σκινδαψός, ut res notarentur commentitiæ (*Etymol. M.* — Cf. not. ad *Epimer.* Herod., p. 291.) At hoc forte in causa fuit ut Basilius vocem utramque legerit, cum Gregorius σκινδαψοί tantum scripserat, rejecto βλίτυρι, ut barbarum aliquid et vile sonante. — Vide Scholia ad orationem *in honorem Heronis philosophi*, infra. Edit.

(69) Non bene, mea quidem sententia, Basilius Aristotelem et Pythagoram una cum Democrito et Epicuro de atheismo postulat. Alias nonnulla de Epicuro et Democrito adnotavit quæ hic exscribere operæ pretium duco. Ad hæc Gregorii verba (orat. olim 33, nunc 27): *Βάλλε μοι τὸ κενὸν, τὸ πλῆρες*, sic de Democrito loquitur: Λεύκιππος (ms. p. 130, 1) καὶ ἑταῖρος αὐτοῦ Δημόκριτος στοιχειά φασιν εἶναι τὸ κενὸν καὶ τὸ πλῆρες, καὶ τούτων τὸ μὲν πλῆρες καὶ στερεὸν ὄν, τὸ δὲ κενὸν [*cod.* καινόν] τε καὶ μανὸν, μὴ ὄν· καὶ οὐθὲν μᾶλλον τὸ ὂν τοῦ μὴ ὄντος εἶναί φασιν, ὅτι οὐδὲ τὸ κενὸν τοῦ σώματος· αἰτία δὲ ταῦτα τῶν ὄντων ὡς ὕλην· πανταχοῦ γὰρ εἶναι κενὸν ὅπου καὶ πλῆρες· οἱ δέ φασιν τὸ παράπαν μηδὲν εἶναι κενὸν, μηδὲ αὐτὸν τὸν ὁρώμενον ἀέρα, πλήρη μὲν ὄντα καὶ σῶμα καὶ ταῖς ἀτόμοις περιπλῆῦῆ. Tum ad verba *αὐτόματον Ἐπικούρου* (orat. olim 23, nunc 25), hæc de Epicuro scribit: Οὕτως ληροῦντα ἢ φιλοσοφοῦντος, τὰ τῆς Προνοίας ἐκβάλλοντος, καὶ τὰς ἀτόμους αἰτιωμένου, καὶ τὴν ἡδονὴν τέλος τῆς εὐδαιμονίας εἶναι ὁρίζοντος.

(70) Ms. 573, ματαίους ὀν. εὐπρ. Optime Basilius Gregorianum ἄλλως voce ματαίως exponit. Eodem modo adverbium ἄλλως interpretantur scholiastes Aristophanis (*Plut.* 1100) et Timæus Lexicographus (p. 198) de quo videnda Ruhnkenii nota.

(71) Verba parenthesibus conclusa desunt in cod. 573; leguntur ad marginem Coislin. et prima manu.

(72) *Ἢ γὰρ πιθ . . . . ἀληθείᾳ.* Hæc non habet 573, sed Coislin. in margine, eadem manu, et videntur pars esse scholii Basiliani.

(73) Celebris hæc sententia legitur in libro v *Reipublicæ* Platonis (p. 388). Eam Latine reddidit Rutilius Lupus (1, c. 6, p. 21), quem ad hunc locum præclare illustravit doctus ejus interpres.

(74) Hic margini nonnulla addita sunt quæ Basilii esse non puto: Ὅτι ἑαυτὸν ἔστεψε ὁ δυσώνυμος, καὶ οὐ περιέμεινε τὸν Κωνστάντιον ταύτης αὐτὸν τῆς τιμῆς ἀξιῶσαι. Eadem, paucis mutatis, habet scholiastes Montacutii.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

que enim malorum causa ullo modo divinum numen est : vitium ejus est qui elegit. Ideoque non invitus a vitio repressus est, non tamen ad improbitatem impulsus est a Deo.

Ad hanc expeditionem. Ἐκστρατία paroxytonus : compositum enim remittit.

Sed magis arcanum. Præstitum videlicet tempus. Adveniebat a dæmonibus excitatus, futurum pollicentibus, aut magis non juxta diabolicam prænotionem, sed juxta cognitionem, mortem ex insidiis Constantio moliens : cujus et architectus erat, domesticorum quemdam celans, propter conatum nequitiæ quam facere meditabatur. Quod vero non per dæmones hoc fieret, Persia ostendit quam sagaces atque in eum benevoli dæmones : nisi hoc quoque ipsum, quod Julianus nequam et improbus sit, ipsis ascribemus.

Neque obscurum bellum. Hic ex insidiis innuit occidisse Constantium. Etenim, ait, conscelerat'us ille ac nefarius intellexisset ac eventu comperisset se adversus seipsum hac celeritate usum fuisse, et ante suam in Perside stragem, amentiæ pœnas persolvisset.

Et sapientissimum hominem in laqueis irretitum tenens. Imperator enim, detecta istius nequissimi viri defectione atque rebellione, cum magno exercitu adversus ejus amentiam impietatemque iracundia fervens, undique cingebat eum, omnes ejus spes præcidens, nisi in medio itinere diem extremum clausisset. Quæ autem interponuntur : *Proh nostrum vitium!* ostendunt peccatis nostris factum fuisse ut Constantius, antequam illatas nobis injurias ulcisceretur, e vita migraverit.

Eamque quæ ipsis accidit vexationem. Quæ ipsis accidit dicens, adjicit *aut a diabolo invectam*, et reliqua. Videtur enim his verbis, quæ temere et fortuito contigit, ostendere. Ideo mitigans et quasi se corrigens explicavit, quæ ipsis vel a diabolo invecta est atque ingruit, vel Dei judiciis permissa est, quæ solus novit.

Quidam enim extremas duntaxat eorum plagas, Supremas, et magnas et letiferas lugent, et quas hic perpetiuntur pœnas, quas sustinentes multati sunt. *Mihi autem*, ait, *in mentem venit eos deflere, tum ob hujusce vitæ tormenta, tum ob sequentis vitæ cruciatus.—Et nondum*, adjicit, *quod maximum est dico.* Quid? *A Deo ejici*, quod cæteris omnibus gravius est.

Qui potero non lugere? Diversam ostendit pœnam eorum quidem qui vexati sunt, ac tormentis succubuerunt, et eorum vero qui sua sponte ad

(75) Hæc desunt in ms. 573, addita in margine Coislin., prima manu, e regione vocis ἐκστρατεύει (supra col. 1097 C 1) ; sed manifeste ad hunc locum revocanda sunt. Scholiastes ἐκστρατίαν legebat, quod et Clemencetus ex pluribus mss. habuit.

(76) Cod. 573 παρ' ἦν, Coisl. παρ' ὧν, editi παρὼν· παρῆν præstuli, quod phrasim expeditiorem reddit.

(77) Coislin. in margine et prima manu : Ὅτι ὁ

A κακῶν τὸ Θεῖον, τοῦ δὲ προελομένου τὰ τῆς κακίας· διὸ καὶ τῆς μὲν οὐκ ἐπεσχέθη ἀκοντὶ, οὐ μὴν ἐπήρθη πρὸς τὴν κακίαν ὑπὸ Θεοῦ.

Ibid. B 9. *Ἐπὶ τὴν ἐκστρατείαν.* Ἐκστρατία παροξυτόνως· συντεθὲν γὰρ ἀναπέμπει (75).

Ibid. 13. *Ἀλλ' ἀπορρητοτέραν.* Προθεσμίαν δηλονότι· παρῆν (76) ὑπὸ δαιμόνων ἀρθεὶς τὸ μέλλον ὑπισχνουμένων, ἢ μᾶλλον οὐ κατὰ πρόγνωσιν δαιμονιώδη, ἀλλὰ κατὰ γνῶσιν, θάνατον (cod. p. 266, 1) ἐκ συσκευῆς Κωνσταντίῳ μελετῶν· οὗ καὶ αὐτουργὸς ἦν, κλέψας τινὰ (77) τῶν ἔνδον, διὰ τὴν ἐπιχείρησιν τῆς πονηρίας ἣν ἐμελέτα ποιεῖν. Ὅτι δὲ οὐ διὰ δαιμόνων τοῦτο ἦν, ἔδειξεν ἡ Περσὶς ὅπως εὔστοχοι αὐτῷ [ms. 573 αὐτοῦ] πρὸς εὐεργεσίαν οἱ δαίμονες, εἰ μήτιγε καὶ αὐτὸ τὸ κακὸν εἶναι Ἰουλιανὸν τούτοις ἀξίως προσθήσομεν.

Ibid. C 11. *Μηδ' ὁ ἀφανὴς πόλεμος.* Ἐξ ἐπιβουλῆς τούτοις αἰνίττεται τεθνάναι Κωνστάντιον· ἢ [*Coisl.* ἦ] γὰρ ἄν, φησὶ, ὁ ἀλιτήριος ἔγνω δι' ἔργου πληροφορηθείς, καθ' ἑαυτοῦ ταχύνας, καὶ πρὸ τῶν Περσῶν ἐσωφρονίσθη ἂν τὴν μανίαν.

Col. 573 A 10. *Καὶ τὸν σοφώτατον ἔχων ἐν ἄρκυσι.* Ὁ γὰρ βασιλεὺς, αἰσθόμενος τοῦ ἀλιτηρίου τὴν κατ' αὐτοῦ λύσσαν τε καὶ ἐπανάστασιν, στρατῷ πολλῷ καὶ θυμῷ ζέοντι κατὰ τῆς ἀπονοίας καὶ ἀσεβείας αὐτοῦ, συνέσχεν ἄν, προϋποτεμνόμενος (78) τὰς ἐλπίδας ἐκείνου, εἰ μὴ ἐν ἀκμῇ τῆς ὁδοῦ καταλελύκει τὸν βίον. Τὸ δὲ μεταξὺ ἀναφωνηθὲν, *Ὦ τῆς ἡμετέρας κακίας!* δηλοῖ διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν συμβεβηκέναι πρὸ τῆς ἐκδικήσεως ἡμῶν τὸ τοῦ βίου πέρας Κωνστάντιον δεδέχθαι.

Ibid. B 7. *Καὶ τῆς συμπεσούσης ἐπηρείας. Συμπεσούσης* εἰπὼν, ἐπάγει, *ἢ παρὰ τοῦ Πονηροῦ*, καὶ τὰ ἑξῆς· ἐδόκει γὰρ ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς τὰς ἐκ ταυτομάτου καὶ τυχηρὰς λέγειν· διὸ εὐκρίνων [ms. 573 λέγειν· διευκρινῶν] καὶ διορθούμενος διέστειλεν, ἢ παρὰ μὲν τοῦ Πονηροῦ κινηθείσας καὶ προσπεσούσας, παρὰ Θεοῦ δὲ συγχωρηθείσας κρίμασιν οἷς μόνος οἶδεν αὐτός.

Ibid. 14. *Οἱ μὲν γὰρ τὰς τελευταίας αὐτῶν πληγάς.* Τὰς ἰσχάτας, τὰς μεγάλας καὶ θανασίμους ὀδύρονται, καὶ τὰς ἐντεῦθεν βασάνους, ἃς ὑπομείναντες καὶ ἡττηθέντες ἐζημιώθησαν. *Ἐμοὶ δὲ*, φησὶν (*ibid.* C 7), *ἔπεισι θρηνεῖν μετὰ τῶν ἐντεῦθεν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν βασάνων ἕνεκα. Καὶ οὔπω*, φησὶ, *τὸ μέγιστον λέγω· ποῖον; τὸ ἐξωσθῆναι Θεοῦ*, μεῖζον ἁπάντων ὑπάρχον.

Col. 576 A 1. *Πῶς μὴ δακρύσω;* Τὰς διαφορὰς λέγει τῆς ἀπωλείας τῶν δεδωγμένων, εἶτα συλλεγθέντων, καὶ ἡττηθέντων, τῶν προσδραμόντων καὶ

κλαπεὶς κατεμήνυε τὸν καιρὸν καθ' ὃν ἐπιχειρῆσαι δεῖ.

(78) Coislin. iterum in margine nonnulla exhibet e regione vocis βασιλεύς posita, sed male, nam ut hic revocentur sensus manifeste postulat. Τοσοῦτον γὰρ ἀπελήφθη καὶ φυγεῖν οὐκ εἶχεν, ὅτι μόλις ὕστερον τὴν δύναμιν τοῦ στρατοῦ ἰσχυσε χειρώσασθαι, ἤδη βασιλεύσας. Eadem quoad sensum habet scholiastes Montacutii.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

αὐτομολησάντων εἰς τὴν κακίαν, ὧν ἁπάντων πλέον τὸν συναρπάσαντα βίᾳ [*Coisl. om.* βίᾳ] καὶ βιασάμενον θρηνεῖν χρῆναί μέ φησι. Μᾶλλον δὲ τοῖς μὲν οὐδὲν δεινὸν ἐπηρεασθεῖσι τὸ πεπονθέναι [Coisl. ἐπηρ. καὶ πεπ.] ὑπὲρ Χριστοῦ, τοῖς δὲ, παθοῦσι δηλονότι (79) καὶ ἡττηθεῖσι, προοίμιον τὰ πάθη τῶν ἀποκειμένων [*ms.* 573 ὑποκειμ.] κολάσεων· οἷς καὶ βέλτιον ἦν [*id.* οἷς βέλτ. *Coisl.* εἶεν], φησὶ, εἰ καὶ μακρότερον ἐκολάσθησαν· ἐν οἷς δηλοῦται μηδὲ τούτους ἀμισθὶ τὰς πληγὰς ὑποστῆναι· μακρῷ δὲ ὅμως βέλτιον αὐτοῖς ἦν μὴ τοῖς ἐκεῖθεν δικαστηρίοις (80) ταμιευθῆναι.

A impietatem accurrerunt, e quibus eum amplius alios secum vi abstrahentem et pessumdantem, sibi lugendum esse dicit. Quin potius his quidem qui vexati sunt nihil grave accidit, quod pro Christo passi sint; illis vero qui cruciatus passi sunt videlicet, et tormentis succubuerunt, hoc præludium quoddam earum pœnarum quæ eos manent; quibus scilicet conducibilius erat, ait, diutius excruciari: quo ostenditur neque illos frustra et incassum labores pertulisse; multo tamen satius ipsis fuisset non ad divinum tribunal reservari.

Ibid. 12. *Ταῦτα μὲν οὖν.* Ποῖα; τὸ θρηνεῖν καὶ συμπαθῶς ἔχειν πρὸς τοὺς πεπτωκότας, καὶ μὴ ἐπιχαίρειν τοὺς ἑστηκότας ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσιν.

Atque hæc quidem. Quænam? Deflere et commiseratione prosequi devictos, neque stantes de lapsis lætari.

Ibid. B 10. *Καὶ τὸ πρῶτον αὐτοῦ τῶν τολμημάτων.* Ποῖον πρῶτον; αἵματι ἀνοσίῳ τὸ τοῦ (cod. p. 266, 2) βαπτίσματος ἀποῤῥύπτεται καὶ ἀφαγνίζεται λουτρόν· οὕτως τὸ [*Coisl.* τὰ] ἑξῆς· τὸ δὲ, « Εἰς οἷους ἐμπίπτειν ἀναγκάζομαι λόγους! » ἐπεμβέβληται σχετλιαστικῶς. « Ἀφαγνίζεται [*ms.* 573 ἀφαγνίζεις] καὶ τὰς χεῖρας, » ἀνάγνους ἐργάζεται (81), τὰς τὴν ἀναίμακτον δεχομένας θυσίαν, δι' ὧν ἡμεῖς τῆς θεότητος καὶ τῶν παθημάτων κοινωνοῦμεν Χριστῷ (82).

B

Atque hinc quidem facinora sua auspicatur. Quale primum hoc facinus? Impuro et nefario sanguine baptismatis lavacrum profanat atque exstergit. Sic quod sequitur. Hoc vero: *Proh! in quos sermones incurrere cogor!* per querimoniæ modum interjectum est. *Manusque suas profanat*, impuras efficit, quæ incruentum sacrificium susceperant, per quod nos Deitati et passionibus Christi communicamus.

Ibid. C 3. *Ἐντόμοις*, ἀντὶ τοῦ, σφαγίοις (83).

Per incisiones, id est victimarum viscera.

Ibid. 8. *Ἀλλ' ἐπειδή γε ἐντόμων ἐμνήσθην.* Διά τινων ζώων θυομένων καὶ τῶν σπλάγχνων ἀνατεμνομένων ὑποσημαίνεσθαί τινα ἐλέγετο τούτῳ μαντευομένῳ ἐν ἀδύτοις τισὶ καὶ ζοφώδεσι χωρίοις, ὑπὸ διδασκάλῳ [*Coisl.* ὑποδιδ.] τῶν τοιούτων. Καὶ δή φησι (col. 577 A 13), *Θυομένῳ τὰ σπλάγχνα σταυρὸν ἀναδείκνυσι στεφανούμενον.* Καὶ ὁ μὲν τῶν τοιούτων μύστης καὶ τῆς ἀσεβείας διδάσκαλος παρηρμ[ήνευσεν?] ὡς περιγεγραμμένων ἡμῶν διὰ τοῦ κύκλου, πρὸς τὸν οἰκεῖον σκοπὸν σχεδιάζων τὸ δεικνύμενον· πρὸς ὃ καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος οὗτος ταλαντεύεσθαι καὶ ζυγοστατεῖσθαι τὴν γνώμην φησὶ· πλὴν ἐν ταῖς μεγάλαις καινοτομίαις καινοτομεῖσθαι καὶ συμβαίνειν κατατίθεται πολλὰ τὸν τρόπον τοῦτον, καὶ καθαρῶς παραδηλοῦσθαι τὰ θαύματος ἄξια εἰς τὴν τοῦ ἡμετέρου κράτους συναίσθησιν· ὅμως, *Εἰ μὲν ψευδῆ*, φησὶν (ibid. B 6), *αὖραι φέροιεν· εἰ δὲ ἀληθῆ, πάλιν τόδε καὶ τόδε.*

C

At quoniam incisionum mentionem feci. Per quædam animalia immolata et viscera incisa indicari quædam dicebantur huic oracula sciscitanti in adytis nonnullis tenebrosisque locis, a talium maleficiorum magistro. Atque igitur ait quod *sacrificanti victimarum exta coronatam crucem ostenderunt.* Talium vero pontifex et impietatis magister fiducia confirmabatur, tanquam circumscripti essemus per circulum, ad proprium propositum quæ ostenderentur prave et sinistre ex tempore interpretatus. Ad quod et magnus ille Gregorius se dubii atque ancipitis esse animi, et mentem quasi in trutina pendentem habere dicit: verumtamen in magnis novationibus innovari atque accidere hoc modo multa constituit, et pure declarari admiratione digna, in nostræ dominationis conscientiam. Attamen, *Si falsum est*, ait, *in auras abeat: si autem verum, rursus* hoc atque illud.

Col. 580 B 7. *Ἄνεισι δ' οὖν καὶ τῇ ψυχῇ δαιμονῶν καὶ τοῖς πράγμασι. Ἀπ' ἐκείνης ἐπλήσθη δαιμόνων τῆς ἡμέρας, ἀφ' ἧς καὶ τοιαῦτα προεθυμήθη* [*Coisl.* προεμηνύθη], *καὶ ἐδουλεύσατο τὴν ἀποστασίαν ἀπὸ Θεοῦ.*

D

Cæterum ascendit, tum animo arreptitius, tum rebus ipsis. Ab eo die dæmonibus impletus est, quo res tam sceleratas et nefarias in animo immiserat ac defectionem a Deo molitus fuerat.

Ibid. 11. *Ἀλλά γε ἐκδηλότερον* (84) *καὶ περιφανέστερον.* Δαιμόνων τότε ἐπλήσθη, ἐπισημαίνων

Verum id apertius et manifestius tunc patuit. Dæmonibus tunc impletus est, oculorum acie perspe-

(79) Coislin., δῆλον. *ms. Reg.* scribit δηλονότι cum signo *hyphen*.

(80) Coisl. δικαιωτηρίοις. Lectionis varietas inter δικαστηρίοις et δικαιωτηρίοις inducit ut credatur in his Philostrati verbis (*Her.* p. 268), τὰ τούτων δικαστήριά τε καὶ δικαιωτήρια, duplicem inesse lectionem, ut viderunt Valesius et Villoison.

(81) Verba ἀν. ἐργ. desunt in ms. 573; habet Coislin. in margine, etiam prima manu, et forte Basilii non sunt.

(82) Coislin. δι' ὧν ἡμ. Χριστῷ καὶ τῆς θ. καὶ τ. παθ. κοιν. Pro δι' ὧν mallem δι' ἧς, ut scripsit Gregorius.

(83) Hæc omittit ms. 573, habet Coislin. in margine.

(84) Gregorii textus editus habet tantum, ἀλλὰ τότε καὶ περιφανέστερον.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

etum faciens quinam illi essent quos coluerat, nihil a latrantibus differentes.

Atque in impietate excellenti viro, quiddam vidit. In quodam manuscriptorum ἴδετε legitur pro εἶδε, quod exprobrantis proprium est nequitiam: hic vero melius εἶδε cum *qui certe edoctus est*; id est a seipso vidit, non autem ab iis qui ad impietatem eum alliciebant, edoctus est. Invenies autem hanc quoque lectionem in sermone *de Herone philosopho*.

Ut callidis consiliis veritatem obrueret. Sophismata, qui harum rerum scientiam callent, mendacia ea vocant, quæ adjuncta probatione, animos decipiunt, eosque qui his utuntur σοφίζεσθαι, hoc est vafre et subdole ratiocinari dicunt.

Hæc apud illos lusitent Empedocles. Iste inani jactantia tumens philosophus, qui ut deus haberetur, cum seipsum in Siculi crateris ignes dejecisset, ex oculis evanuit, soloque calceo, quem ignes rejecerant, inanis ejus amentia prodita est. Hi vero, in nonnullis antris cum varia mente delituissent, eorum amentia prodita, probro et contumelia perfusi sunt.

Honorem a Deo, imo sublimius assurgere. Quid honore, qui venit a Deo, sublimius? Quid igitur ait? Tres classes assignat eorum qui laude digna faciunt, vel propter honorem quem a Deo consequuntur, vel ipsum bonum honestumque, non vero propter honores atque remunerationem: quæ quidem prima justorum classis est: secunda, quæ prius dicta est, propter honorem apud Deum; tertia, qui pœnæ metu, a scelere et maleficio deterrentur, honestaque et laudabilia faciunt.

Proteum enim omitto. Hunc fabulæ dicunt quamlibet formam assumere posse. Quem a Menelao ægre devictum Homerus narrat.

Qui quidem primum leo factus est promissa juba,
Ac deinde draco, et panthera, et ingens sus.

Promissa leonis juba ornatus symbolum, *draco* voluptatis, tertia feritatis et iracundiæ, quarta immundæ protervitatis.

Acerbitati crudelitatique excusationem. Videri humanum, perquam inhumanum erat illi. Persuadere enim quærens et blanditias adhibens, ac deinde nihil proficiens, sæviebat, eratque ei crudelitatis excusatio benignitas, ut non sine causa vim afferre videretur, contemptis ejus blanditiis ac ficta benignitate.

Non tam quia benevolo erga magnum imperatorem animo fuerant. Sub specie quod erga magnum imperatorem benevoli erant, ex aula Christianos sub-

(85) Coislin., ἀλειφ. δαιμόνων, quod non probo; hic enim, ut puto, non dæmones, sed sophistæ intelligendi, qui Julianum ad propriam impietatem allicere conabantur. Hujusce paragraphi initio Basilius Gregorii textum sic legit, εἶδέ τι ἀνδρὸς σοφοῦ, quem certe præstat lectioni editæ, εἶδέ τι εἶτ' οὖν ἀνδρὸς σοφ., ex qua phrasis fit impedita. Legatur saltem, εἶτ' οὖν εἶδέ τι — εἶτ' οὖν ἐδιδάχθη.

σαφῶς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν οὓς ἐθεράπευε μηδὲν διαφερόντων τῶν ὑλακτούντων.

Ibid. C 2. *Εἶδέ τι ἀνδρὸς σοφοῦ τὴν κακίαν.* Ἐν τινι τῶν ἀντιγράφων *ἴδετε* [ms. 573 *εἴδετε*] ἀντὶ τοῦ *εἶδε* φέρεται, ὅπερ στηλιτεύοντός ἐστι τὴν κακίαν ἴδιον· ἐνταῦθα δὲ ἄμεινον τὸ *εἶδε*, πρὸς τὸ *εἶτ' οὖν ἐδιδάχθη*, τουτέστιν ἀφ' ἑαυτοῦ συνεῖδε, ἀλλ' οὐ παρὰ τῶν εἰς τὴν ἀσέβειαν ἀλειφόντων (85) ἐδιδάχθη. Εὑρήσεις δὲ τὴν λέξιν καὶ ἐν τῷ *εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον* λόγῳ (86).

Col. 581 B 3. *Καὶ συγκαλύψειν τὴν ἀλήθειαν τοῖς σοφίσμασι.* Σοφίσματα οἱ περὶ ταῦτα δεινοὶ καλοῦσι κυρίως τὰ μετὰ κατασκευῆς ἀπατηλὰ ψεύσματα, καὶ τοὺς χρωμένους τούτοις, *σοφίζεσθαι* λέγουσι.

Ibid. 9. *Ταῦτα παίζετωσαν παρ' ἐκείνοις Ἐμπεδοκλεῖς.* Οὗτος ἀλαζὼν φιλόσοφος, ὅς, ἵνα θεὸς νομισθῇ, τοῖς Σικελικοῖς κρατῆρσι τοῦ πυρὸς ἑαυτὸν ἐπαφεὶς, ἠφάνισται, μόνῳ δὲ τῷ σανδάλῳ ἀναβρασθέντι, ἔξω ἐρριμμένῳ, κατεμηνύθη, τὴν ἀλαζονείαν αὐτοῦ στηλιτεύοντι. Οἱ δὲ ἀδύτοις τισὶ καὶ ἐπινοίαις κατακρύψαντες ἑαυτοὺς ποικίλαις, ὑπὸ τῆς αὐτῆς κενοδοξίας ἠλέγχθησαν καὶ καθυβρίσθησαν

Centurio, cur Christi potentiam requirit, et præsentiam illius deprecatur, 235. Laudabili timore perterritus, medicum in ædes suas non admittit, 682. Medicinam exposcens, medicum non admittit, tanquam ejus præsentia indignus, 378.

Cephas. Ecclesia, Gregorii ævo in multos Cephas divisa, 582.

Cerberus apud inferos tria et similia capita habens, 127.

Cerdo hæreticus. *Vide* Carpocrates.

Cereris vagationes, et turpissima facta, 679. Quantum mysteria nostra ab hujusmodi sacris abhorreant, 679.

Cereorum ignes in funeribus Christianorum, 157.

Cerinthus hæreticus. *Vide* Carpocrates.

Certaminum, quibus hæresis vincitur, præmium, cœli regnum est, ac Deum effici, omnis doloris sensu sublimiorem, 455. Certaminum equestrium spectatores, ut ridicule se gerebant, 781.

Cerva, Iphigeniæ substituta, 775.

Cervi seipsos martyribus in obsonium offerunt, 775.

Chæreus locus, diei unius itinere, Alexandria distans, 405. Nilus ab eo Alexandriam influit, 405. Populus, Nili fluminis instar, effusus, et retroacto cursu fluens, Athanasio ab exsilio redeunti ad eum locum obviam occurrit, 405.

Chalanne turris, id est turris Babel, 821. In ea linguæ hominum divisæ sunt, 399. In Ecclesia denuo excitatur, et linguas dividit, 591.

Chaldæi vel Cyprii, sacrificiorum profanorum inventores, 157. Chaldæorum astrologia, 680. Chaldaicum semen, quid juxta Scripturam, 857.

Chamæleon, in quidvis facile mutatus, ut aiunt, atque colores omnes, candore uno excepto, suscipiens, cujus imago, 105.

Chamos. Aurum et argentum, non secus atque olim ethnici exsecrandum Chamos, adoramus, 314.

Chananæa mulier depressa, misericordiam implorans, et micas exposcens, eorum exemplar qui pœnitentiæ baptismo tinguntur, 689. Chananæa anima, hoc est, per peccatum in terram inclinata, 717. Chananæi universi, Abrahamo uni non anteponendi, 753.

Charitas, legis ac prophetarum summa, 416. Charitatis, spei, et zeli comparatio, 425. Pulchra res est charitas; ejus testis Apostolus, qui Israelis causa gravius aliquid adversus se proloqui non dubitavit, 258. Testis Deus ipse qui charitas appellatur, 258. Si quis roget quidnam sit quod adoramus, promptum est respondere quod sit charitas, 416. Deus noster charitas est, eoque nomine magis delectatur, 416. Quid causæ est, cur, qui charitatem colimus, mutuis odiis flagramus, 416. Deus charitas appellatur, per ipsum quoque vocabulum nos admonens, ut virtutem illam quæ proprie Dei est comparare studeamus, 187. Charitatis parens, imo ipsa charitas Deus, 296. His nominibus præcipue delectatur, ut per ipsa quoque vocabula, mutuum amorem, quasi lata lege, promulget, 246. Servorum, et filiorum Dei discrimen ex timore et charitate, 389. Charitas non est, si faciliora quispiam sibi ipsi det, asperiora proximo tribuat, 363. Charitas, ut summa legis et prophetarum finis, ita præceptorum omnium primum maximumque censenda est, 260. Hujus præcipua pars in eo sita, ut pauperes amore et benevolentia complectamur, 260. Ex charitate ad pauperes accedendum, 277. Omnia charitatis officia, quæcunque sint, Christus in se recipit, 476. Charitas animis infixa, naturæ vim obtinet, 420.

Charybdis, æquoreæ pestis Scyllæ opposita, 128

Cherubim duo, separatim a Moyse numerati, 567. Quid inde adversus consummationis argumentum, ab Eunomianis propositum, 567. Cherubiai ab Ezechiele descripti, 510. Cherubinos pro throno Deus habet, 740. Pro vehiculo, 510.

Chimæra Patarica, tria ac diversa capita habens, 127.

Chirographa impietatis ab Orthodoxis per Arianos exacta, 805.

Chiron centaurus, Achillis præceptor, 779.

Christiana religio, sanctissima vitæ præcepta tradit, 146. Præceptorum illorum expositio, 146. Christiana vita voluptatibus sublimior, iis præsertim qui incipiunt acerba et ardua est, 859. Suavis tamen propter spem ac mercedem, 859. Christiani hominis est salutem tantum ob oculos sibi proponere; quæ autem ad eam nihil adjumenti afferunt, aspernari, 345. Christianus homo, multo altiora sapit et quærit, quam qui in republica versatur, 345. Christianis beatissimum est quod pro Christo patiantur, 100. Jucundius est pietatis causa pati, quam aliis in gloria versari, 104. De illis sermo est qui vere Christiani sunt, 104. Christianos, quantumvis fortes, sui tantum rationem habere non oportet, sed persecutoribus quoque parcere, 122.

Christiani a Christo cognomen habent, 93. Gens toto passim orbe lucens, regale sacerdotium, 93. Christiani nomen ideo venerabile, quia Christus Deus, 656. Si creaturam colerem, Christianus utique non appellarer, 656. Christiani, ob licentiam et honores, in insolentiam prolapsi, 91. Quam in adversis gloriam collegerant, in secundis rebus dissiparunt, 92. Christiani quibus de causis a gentilibus spreti, 163. Christiani sub Juliano vexati, quibus de causis, 100. Quas fraudes Julianus firmioribus Christianis necat, 117. Christiani, contumeliæ causa, Galilæi a Juliano imperatore vocati, 112. Ut ita vocarentur publica lege decrevit, 114. Cur Christi appellationem eis præripere cogitaverit, 114. Christiani sub Juliano Apostata humanioribus litteris, et sermonibus interdicti, 132. Eos idem imperator omni libertate et fiducia spoliare, foris et tribunalibus arcere, et omni præsidio legum privare constituebat, 132. Quod nec Diocletianus, nec Maximinus in animum induxerunt, 132. Ethnici persecutores quantum Christianis inferiores, 125. Christiani florentibus rebus, erga ethnicos mansueti et faciles, 130. Nulli aliquid simile intulerunt, qualia multa ab ethnicis, sub Juliano Augusto, vel patrata vel denuntiata fuerant, 131.

Christiani, externam rituum speciem ita curant, ut in interno homine plus operæ studiique ponant, 111. Ipsa lex virtutis est ne levissimis quidem vitiis succumbere,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

146. Non in virtute proficere, et in eodem statu hærere, in vitio ponunt, 147. Christianus in eodem statu ne maneat, perpetuo motu agitetur, in peccatum lapsus, resipiscat; cum ex virtute aliquid gerit, cursum adurgeat, 840. In Christo nusquam exsul, nusquam peregrinus, 465. Christianæ etiam peccati causæ crimini vertuntur, 859. Quantum apud eos pudicitiæ studium, 146. Christiani multi extremam inopiam, instar omnium opum, philosophia colunt, 146. Eam sibi vim adhibent, ut pene carnis omnino experies esse videantur, 146. Christiani comicis cavillis, Gregorii ævo lacessiti, 52. Ob intestina bella, 53. Christianorum lingua, ne falsas religiones insectetur, impediri non potest, 174. Ut nec Nili cataractæ, aut solis radius inhiberi, 174. Christianorum ritus, ipsis aptissime congruunt; nec magis humanis ingeniis, quam vi divina, et temporis firmitate vigorem adepti sunt, 139. Ideo ethnicis inimitabiles, 130.

Christianismus non personarum dignitate, sed fide insignitur, 807.

Christus heri et hodie corporaliter, idemque spiritualiter, 536. Spiritualis legis consummator et finis, 23. Litteræ abrogator et Spiritus initiator, 862. Verus panis, et veræ vitæ auctor, 258. Caput nostrum, 12. Martyrum primus, 459. Princeps pastorum, 64. Aliis in ruinam, aliis in resurrectionem positus, 322. Credentibus salus est, non credentibus pœna; aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem, 902. Christus magnus Deus, magna hostia, magnus pontifex, 56. In ipso duo unita, et ambo Deus; duæ naturæ, non duo Filii, 646. Christus Deus et homo, 537. Utriusque in eo naturæ indicia, 537, 538. Deus et homo; unum ex utroque, et utrumque per unum, 23. Quibus verbis Nestorius atque Eutyches percelluntur, 23. Ut in eo gemina et duplex, divina scilicet et humana, substantia, ita una eademque persona, 904. Utriusque naturæ discrimina, 904. Christus humana omnia, excepto peccato, suscipit, 851. Oleo exsultationis perfusus, cum Pater humanitatem divinitate unxit, ut faceret utraque unum, 241. Christum Deum negans, dæmonibus incredulior, 673. Christus Filius Dei, quomodo ab aliis christis differt, 553. Christi multi pro uno ab hæreticis introducti, quales, 583. Christus matris expers quatenus Deus, patre carens quatenus homo, 556. Quatenus Dei Verbum, id quod erat exinanivit, quod non erat assumpsit, 646. Hæc exinanitio, quasi gloriæ submissio et imminutio, nimirum respectu nostri, propter servi formam assumptam, 647. Varia nomina quibus Christus appellari solet, explicantur, 647. Varia ejus nomina, ob duplicem naturam, sedulo distinguenda, 545. Alia humanitatis, alia Verbi sunt propria, 545. Quædam de eo dicta secundum humanitatem, ipsi quoque Verbo tribui possunt, 545. Missus est ut homo, 673. Etiam ut Deus mitti potuit, qua ratione, 673. Cum Patrem dicit majorem, ea vox ad causam (seu principium generationis æternæ); cum æqualem, hæc ad Verbi naturam referenda, 544. Patrem Deum suum vocat, non ratione Verbi, sed humanitatis, 545. Patrem autem dicit, non humanitatis, sed Verbi respectu, 545. Extremum diem, non ut Dei Filius, sed ut homo, ignoravit, 531. Vel eatenus ignoravit, quatenus non aliter cognovit quam Pater, 551.

Christus, propter nos servus effectus, 592. Magnum ipsi atque amplum Dei Filium nominari, quo sensu, 541. Nomen accepit quod est super omne nomen, id est, Deus, 541. Dominus et Christus factus est, opera quidem ejus qui genitus est, bona autem voluntate Genitoris, 541. Varia ejus nomina, ut homo est, explicantur, 555. Quæ nomina ejus perpetienti humanitati ascribenda, 551. Propter nos ad formam usque servilem seipsum exinanivit, 458. Subjectio ejus, paternæ voluntatis adimpletio, 542. Quo sensu inobediens dicatur, 542. Patri subjicit omnia et vicissim ei Pater, 543. Mysteriorum ejus synopsis, 738. Mysteria ejus, salva divinitate, accipienda sunt, qua ratione, 903. Christus nativitatis suæ arbiter, 714. Qua de causa ex virgine conceptus, 852. Quamvis ex semine David nominetur, non ideo viros honore præstulit, 650. Ex virgine quoque nascitur; quod et pro muheribus valet, 650. Juxta retrogradam Lucæ descriptionem, a veteri et sub peccato constituto Adamo septuagesimus septimus numeratur, 733. Cur descriptionis tempore natus, 372. *Vide* Descriptio. Lux in tenebris lucet, id est, Christus in sæculo, 898. Christus a Magis cum stella concurrentibus adoratur, 686. A Simeone in ulna accipitur, 686. Eum Anna vetula et casta femina confitetur, 686. In Ægyptum fugatus, regionem illam ditat, 619. Proficiebat ætate et sapientia, quomodo id accipiendum, 809. Christus baptizatus ut homo, ut aquis ipsis sanctitatem afferret, 538. Christi baptisma numeris omnibus absolutum, 688. Circumstantiarum ejus explicatio. *Vide* Baptisma. Cur non ante tricesimum annum baptizatus, 714. Christus miraculum in nuptiis edit, et conjugium præsentia sua honestat, 703. Unde invidia in eum exorta; unde odium, insidiæ, proditio, crux, et ea omnia quæ nobis salutem pepererunt, 715. Ex populi frequentia, signorum editione et miraculis quæ homines ad Evangelium adducebant, 715. Vim nominis ejus dæmones reformidant, 114. Quibus de causis loca sæpe commutaret, 645. Quo præcipua illius opera tendant, 646, 647. Omnia omnibus efficitur, 645. Christus quasdam quæstiones solvere, quasdam, velut obstructo interrogantium ore, comprimere solet, 648. Varia benignitatis ejus exempla, 615. Samaritanus et dæmonium habens a Judæis vocatus, nec erubescit, nec de conviciatoribus suis queritur, 115. Qua de causa didrachmum. Transfiguratio ejus, salva divinitate accipienda est, qua ratione, 905. Apostoli fulgore luminis ejus pene obcæcati, 903. Non omnes discipuli ad hujus miraculi spectaculum admissi, quare, 591. Quo consilio discipulorum pedes abluerit, aliaque multa præstiterit, 866.

Christus, nostri causa dictus est maledictum et peccatum, ac novus Adam effectus, 512. Pro nobis maledictum et peccatum, 646. Martyrii quoque ac sanguinis baptismo baptizatus, 688. Cum voluntate sola nos redimere posset, pro iniquitatibus nostris ad mortem usque ductus est, quare, 372. Passionis suæ arbiter quemadmodum et nativitatis, 714. Christus, magna et quantum ad primam naturam, immactabilis victima; totius mundi nunquam intermoritura expiatio, 855. Agno paschali præfigurata, 855. Crucem non recusavit, ut peccatum meum affigeret, 819. Crucem conscendens, peccata nostra secum, ut illic interirent, duxit, 115. Manus illius pro impiis et propter eos clavis confixæ, 108. Pro eorum a quibus in crucem agebatur salute lacrymas fundit, 115. In cruce pendens, a latrone Deus agnitus, 864. Christus, nec a Patre nec a sua divinitate in passione derelictus, sed quatenus nostra repræsentavit, 513. Nos enim eramus derelicti prius atque contempti, 513. In passione Christi, dum adversarius in Adamum visibilem impetum facit, in Deum incurrit ac superatur, 678. Quomodo ex his quæ passus est obedientiam didicit, 543. Quomodo ipse tentatus potest iis qui tentantur auxiliari, 544. Miracula quæ mortis ejus tempore facta sunt, 867. Cum salutis nostræ miraculo minime conferenda, 868. Christi non typus sed antitypus erat serpens æneus, 863. Cruciatibus ejus omnes nos instaurati, 609. Exiguæ sanguinis ejus guttæ orbem universum instaurarunt, 868. Ne odio habeas fratrem tuum pro quo Christus mortem obiit, frater noster, cum Deus ac Dominus esset, effectus, 839. Pro peregrinis peregrinatus est, 839. Pro hominibus æque mortuus est, 372. Utrumque sexum, passione sua, salute donavit, 650. Voluntas ejus, cum tota deificata sit, Deo non adversatur, 578. Pro hæreticis gratis mortuus est, 672, 863. Utrum omnes sine ulla exceptione adventu suo salvos fecerit, 864. An in infernum descendens, illic quoque eos duntaxat salvos fecerit qui crediderant, 864. Christi passio in sæculorum fine contigit, 857. Passionibus suis omnia metitur, arte quadam humanitatis et benevolentiæ erga genus nostrum, 543. Ex suis nostra æstimat, expensa cum passionibus virium imbecillitate, 543. Corpus illius passum, per passionem exornatum est, ac per deitatem exsplenduit, 865.

Christus propter iniquitates nostras ad mortem ductus; sepultus, ut mortem gustaret, 728. Ad vitam rediit, atque in cœlos ascendit, ut nos humi jacentes secum ducat, 728. Gloriosus et illustris rediturus, non quidem carneus, nec tamen corpore vacans, sed augustius divinisque corpus habens, quale ipse solus novit, 728. Ob id ab hæreticis contemptus, propter quod honorari debuerat, 647. Ad hæreticos ejus divinitati, ob ea quæ passus est, detrahentes apostrophe, 865. Christi mysteria, quot festos dies suppeditant, 674. Unus eorum scopus, nostra perfectio et instauratio, 674. Eorum finis hominem Deum efficere ac supernam beatitudinem ipsi comparare, 23, 24. Eo tendunt ut ei similes efficiamur, 5. Christus, in omni sua ætate ac omnibus mysteriis, Christianorum exemplar; quod per partes ostenditur, 673. Christo, Deo, hostia et pontifice nemo dignus, nisi qui prius seipsum Deo hostiam viventem et sanctam obtulerit, 56. Christus, qua ratione imitandus, 715. Actiones ejus ita nostrarum exemplaria sunt, ut tamen plenam perfectamque similitudinem fugiant, quare, 715. Ille tertio die a morte ad vitam rediit, nos post diuturnum tempus: alia exempla, 715. Christus, ex eo quod passus est, ad patiendum nos erudit, 862. Ex eo quod glorificatus est, hoc nobis affert ut simul glorificemur, 862. Baptizatum cum Christo sepeliri oportet, filium Dei esse, atque adeo deum ipsum, 215. Ethnicis ostendamus quid illos dæmones doceant, quid Christus nos erudiat, 172. Eos qui secundum Christum vivunt, Scriptura pro christis agnoscit, 291. Christus omnia charitatis officia in se recipit, 476.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Eorum qui recte esuriunt cibus et annona est, 619. Christi benigni benigna sunt omnia, 613. Christi benignitas imitanda, 572. Christum in interiori homine habitare Apostolus ait, quo sensu, 897. Christum e cœlo deducere, quid sit, 596. Christus interpellat pro nobis, id est, mediationis ratione supplicat, 530. Intercedit, ut homo, pro nostra salute, 550. Advocatio ejus, ut intelligenda, 550. Qualia ab hæreticis patiatur, 675. Ab impiis etiamnum accipit quæ ignominiam habeat, 755. A bonis, quæ cum honore cumjuncta sunt, 735. Quo consilio illis iram, istis præmium differt, 735. Regnabit usque ad restitutionis tempora, et regni ejus non erit finis, 541. Qua ratione hæc duo constent, 542. Regnare duplici modo dicitur: uno ut omnipotens ac volentium nolentiumque Rex; altero ut subjectionem in nobis gignens, 542. Inopinato ut sponsus adveniet, 729. Ut erit omnia in omnibus, 544. Christi gladius, quid, 582. Christi nomen, Gregorii ævo, dæmones fugabat, 53.

Chrysippi solutiones, 596. Chrysippi philosophi in verbis novandis curiositas a Luciano irrisa, 458. Chrysippi, quid Julianum imperatorem edocuerint, 96.

Cibus idem est corpori, quod animæ sermo, 317. Cibo solido quinam indigeant, 54.

Cicadæ lyra, et voces, quibus viatorem prosequitur, 514. Quis lyram cicadis in pectore dedit, et cantus illos atque garritus quos in arborum ramis fundunt? 514.

Cicatrix peccati, post justificationem refricata, non nisi cum multis gemitibus et lacrymis ægre tandem obducitur, 696.

Cidaris pontificum capiti imposita, 241.

Cinyphes ac cœnomyia ranas in Ægypto sequebantur, 506.

Circenses ludi. Constantinopolitani cives ita circa eos insaniunt, ut eos pro vita et serio quodam instituto habeant, 645.

Circulatores, Eunomianorum exemplar, 488.

Circumcisio, baptismi quædam figura, 713. Circumcisio a Paulo primum admissa, deinde sublata, 572.

Citharæ Davidicæ vis malum spiritum incantans, 827.

Civile dissidium externo bello magis odiosum, 138. Ut carnes proprias morsibus appetere horribilius est quam alienas, 138.

Civitas. De civitate sua gloriari quam insulsum, 610. Civitas quænam optime gubernetur, 424. Civitatis supernæ felicitas expetenda, 570.

Clamor spiritualis, per quem res alioquin minus exaudibiles cognoscuntur, 301. Per quem Deus tacentem quoque Moysen audivit, 301.

Cleanthis puteus, ab ethnicis commendatus, 112.

Clementia. Grave ac periculosum est ignoscendi assiduitate clementiam exhaurire, quare, 521

Cleobulus, unus ex septem sapientibus, 815.

Cleombrotus ad præcipitium, ex libri Platonis lectione, impulsus, 109.

Clericus (Joannes) Gregorii malefidus aut imperitus interpres, 529.

Clericorum tres tantum gradus, post episcopum, in Ecclesia Constantinopolitana, 756.

Coches arx Ctesiphonti addita, quam firmiorem reddit, 133. *Vide* Julianus.

Cocytus, ethnicorum terror, 173.

Cœlestis gloria, donum Dei et virtutis præmium, 20.

Cœlibatus, magna res est, qua in angelorum ordine censemur, 816. *Vide* Matrimonium.

Cœlum. Quis cœlum circumegit ac tornavit? Imo quid cœlum ipsum, 519. Cœlum recto ordine, aeri lucem, terræ pluvias impertiens, benevolentiæ legibus teneri videtur, 188. Cœlum pro Deo habitum et cultum, 504.

Cœna. Ne eos imitemur qui ad cœnam evangelicam invitati non venerunt, 69.

Cœnaculum. Cur Christi mysterium discipulis in cœnaculo apertum, 740.

Cœnobia, virginibus a Basilio Magno constructa, 817.

Cœnobitarum et eremitarum inter se dissimilitudo, 597.

Cogitatio utilis ac necessaria, Deum sermones nostros audire, 881. Cogitatio divina. *Vide* Verbum. Cogitationes stultorum, 887.

Cognatio præstantior inter eos qui secundum virtutem progeniti sunt, 291.

Cognitio Dei, beatitudo est, 432. Cognitio rerum creatarum, nec exacta, nec absoluta; harum solas umbras tenemus, 499.

Colloqui et congredi cum Deo quis debeat, 377.

Collossi ms immensum, 818.

Columba, diluvii finem nuntiat, 688. Cur in ejus specie Spiritus sanctus visus est, 688. Non ideo Spiritus sancti divinitati detrahendum. 688. Columbæ pennæ cur a David expetitæ, 518.

Columna salis vere immortalis est, animæque in vitium relabentis accusatrix, 510. Columna a Jacob uncta, fortasse ut lapidem salutis nostræ causa unctum significet, 509. Columna nubis interdiu obumbrans; et columna ignis noctu splendens, 86. Columnæ septem quibus Sapientiæ domus nititur, 733. Columna Herculeis columnis sublimior ac splendidior, duplex in Julianum Apostatam invectiva, 176. Columnæ aureæ, quid apud Pindarum, 785.

Coma. In eos qui ad pastorale munus nihil aliud contulerunt quam quod comam raserint, 473. Flavæ comæ pudicas mulieres non ornant, 223.

Commemorationes anniversariæ pro defunctis, 209.

Commiseratio in cadentem inimicum, iis qui stant lege præscripta, 100.

Communio hæreticorum ut virus viperæ fugienda, 605.

Comparatio de his quæ videntur, in Deo minime facienda, 899, 900.

Comprehendere. Nec Deus, nec ipsa creaturæ natura hominis ingenio comprehendi potest, 522.

Concilium Nicænum, divinitatis doctrinam certis finibus ac verbis circumscribit, 460. Nicæni concilii tractatus, 904. Fides, seu fidei confessio, 894.

Concilium Seleuciense, Chalanæ turris, sive Caiphæ concilium quo Christus condemnatur, 599. Piam et veterem doctrinam sustulit, 599. *Vide* Seleucia.

Concilium presbyterorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ a Gregorio commendatum, 756.

Concionandi provincia, quando et a quibus suscipienda, 686.

Concordia, rerum creatarum ornamentum, 423. Concordiæ bonum a Trinitate exoritur: cui nihil æque proprium est ac naturæ unitas, et in seipsa concordia, 423. Exiguum concedamus, ut concordiam, quæ majus bonum est reciplamus, 424. Concordiam privatim non publice bonam existimare, absurdum est, 423. *Vide* Pax.

Concors. In hoc uno concordes erant Ariani quod in publicis conventibus seipsos jactarent, 433 Male concordes erant qui turrim exstruebant; quemadmodum nunc quoque quidam facere non verentur, 745.

Condemnare. Malus celerrime adducitur ut bonum etiam virum condemnet; contra, vir probus ne malum quidem facile condemnaverit, 595. Hujus discriminis causæ, 595.

Condonatio persæpe magni ad salutem momenti est ei qui injuriam intulit, 548.

Confessio peccati, magna vitii medicina, 512. Confessio publica peccatorum, baptizandis proposita, quare, 712.

Confusio totam hanc rerum machinam in fine dissolvet, 585. Confusionis et perturbationis incommoda, 585.

Congredi et colloqui cum Deo quis debeat, 577.

Conjugatorum inter se officia, 630.

Conjugium bonum a Deo conciliatur, 534. Christi præsentia honestatum, 703. Conjugium Gregorii Senioris et Nonnæ præstantissimum, 534. Conjugii felicis exemplum in Basilii Magni parentibus, 776.

Connumerari, quid sit, 566. Eunomiani sola consubstantialia connumerari falso dicunt, 567. Quid inde contra fidem deducant, 567. Refelluntur, 567.

Conscientiæ propriæ reatus magna pœna est, 172

Considerationis expers est improbitas, 96.

Consilium. Miserum est consilium serum capere, ac tum damni sensu affici, cum nulla ratione sarciri potest, 709.

Consolationis ratio multiplex iis proposita, qui mortuos parentes aut consanguineos lugent, 210.

Constantini Magni statua equestris, 607.

Constantinopolis, urbs post Romam prima, 645. De primatu cum ea contendit, 645. Circa ludos circenses aliaque spectacula insaniens, 645. Ut aliis, ita divinis rebus illudebat, 419. Situs illius amœnissimus, 608. Constantinopolis, quibus titulis insignita, 755. Fidei velut emporium commune, 755. Zelum habet, etsi non secundum scientiam, 767. Martyrum parens, 629. Eorum cultu, Arianis rerum potientibus, orbata, 629. Ob ecclesias Arianis ereptas et Catholicis restitutas, exsultat, honoremque pristinum martyribus defert, 629. Constantinopolis Ecclesiæ status, cum Gregorius illuc advenit, 749. Seges quondam parva, sed Dei oculis magna, 751. Status illius variis sub figuris a Gregorio descriptus, 751. Ut seges illa postmodum crevit, 752. Quam spem Gregorius de illa conceperit, 752. Omnes hujus Ecclesiæ ordines commendat, 756. Tres tantum in clero, post episcopum, gradus recenset, presbyterorum, diaconorum et lectorum, 756.

Constantinopolitani catholici, ab omni hæreseos specie alieni, 614. Eorum religiosi mores, 608. Maximi Cynici artibus delusi, quasi tenelli boves vinculis soluti, a legitimo pastore distracti, 485. Grex numero quidem angu-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

stus, at pietate amplissimus, quo tempore Gregorius hujus Ecclesiæ præsidebat, 469. Ea in Gregorio amant propter quæ ab omnibus oppugnatur, 637. Erga eum affecti, ut ferrum erga magnetem, 634. Quare, 636. Constantinopolitanos disputandi cupiditas et linguæ prurigo lavaserant, et in exsequendis Christianæ vitæ officiis seguiores effecerant, 402. Eorum rixæ, 575. Constantinopolitana sedes, archisacerdotalis, 656.

Constantius imperator divinissimus, Christique amantissimus, 93. Omnes tum suæ, tum superioris memoriæ imperatores, animi solertia longe antecellit : plura ejusdem argumenti, 93. Christi hæreditatem pro viribus auxit; et eo nomine decessores suos gloria superavit, 78. Christianos crescere, atque in summam gloriæ potentiæque amplitudinem pervenire cupiebat, 94. Altius et magis regie de his cogitans quam plerique soleant, quare, 94. Constantius non tanto apud veteres, quanto apud nos odio flagravit, 73. Cum Romæ ageret, contaminari se putavit si aram Victoriæ videret, 76. Ob leges pro Christiana religione datas, Constantino æquiparandus 76. Ab Hilario et Athanasio laudatus, 76 Etsi consubstantialis vocem non admisit, sensum tamen illius sincere confessus est, 77. A Gregorio Theologo, factorum omnium nescio, laudatus, postea vituperatus, 77. Constantius Arianæ impietati auctoritatem præbet, 460. Si catholicis molestus fuit, non religionis contemptu id fecit; cur ergo, 460. Ejus in catholicos agendi ratio, simplicitati tribuitur, 599. Quod nempe zelum haberet, sed non secundum scientiam, 599. Constantius, qua mente Gallum et Julianum a cognatorum cæde servaverit, 87. Gallo Cæsare interempto, Julianum ei substituit, 92. *Vide* Julianus. Constantius Julianum fovendo et Cæsarem creando, ignorantia lapsus est, 78. Stultitiæ a quibusdam insimulatur, 93. Quod Juliano, ob Galli necem, hosti effecto, vires per commissum imperium addiderit, 95. Accusatio diluitur, quibus argumentis, 95.

Constantius inutili pœnitentia, ut ferunt, in extremo vitæ spiritu affectus, 402. Quod nimirum propinquis suis necem intulisset; Julianum Apostatam extulisset; ac novis fidei dogmatibus studuisset, 403. Obviam Juliano cum exercitu procedens, obit, 99. Juliano tamen sibi successore designato, 99. Constantii funeris descriptio, 139. Celebri pompa deducitur, productis per totam noctem canticis, et cereorum ignibus, ut in Christianorum more positum, 159. Corporis elatio conjunctam cum mœrore celebritatem habet, 158. Deducitur ad patriam civitatem, 158. Cum corpus Tauri juga superaret, vox quædam, si multorum narrationi fides est, e summis locis audiebatur, psallentium et prosequentium, 158. Angelicarum forte virtutum, 158. Ut ad regiam urbem accessit, totius exercitus satellitio exceptum est, 158. Julianus ipse novus imperator, ut exanimi corpori, detracto diademate, demissoque, ut decebat, aspectu obviam procedat, a militibus admonitus atque coactus, 139. Illudque ad sepulchrum et nobile Apostolorum fanum prosequatur, 139. Constantii anima a Gregorio interpellata, 78.

Consuetudo temporis longinquitate confirmata, pro lege habita est, 506. Hinc idololatria lege constituta, 506.

Consuetudo. Familiaritas. Nihil refert cum quibus consuetudinem habeamus; modo in communi hominum cœtu tanquam in secreto vivamus; atque inter eos qui minime philosophantur, philosophiæ studia colamus, 458.

Contemplatio. Ad contemplationem assurgere volenti, necessaria sunt timoris rudimenta, 681. Quibus gradibus ad contemplationem ascenditur, 681. Contemplatio, non unica ad salutem via, 601.

Contemptus. Mœror ex contemptu nostri susceptus, quandoque in zelotypiam exardescit, 70. Quidquid facile percipitur, facile quoque in contemptum venit, 282.

Contentio et iracundia, iniquæ judiciorum regulæ, 417. Contentiones inter Christianos, quousque progrediantur, 417. Gravissima eorum incommoda, 418, 419. *Vide* Dissidium, Bellum.

Continentia, certo tempore, idque ex communi pacto et consensu, matrimonio junctis, non lege, sed consilio proponitur, 704.

Contraria per contraria procurare, Dei sapientia novit, 445. Contraria interdum æque mala sunt, 848. Contrariorum mistio in homine, 850.

Contritus. Dei contritos colligentis, et oppressos ad se recipientis allocutio, 753.

Conversio ad Deum, rari omnino exempli est, 448. Veræ conversionis signa, 718.

Coquorum præfectus Nabuzardan, 806. Coquorum præfectus Demosthenes, ad ignem sibi congruentem a Basilio Magno missus, quare, 806.

Cor contritum. Hoc nomine vocatur sacrificium purgationis quod Deus a nobis requirit, 500. Cor sensu prædi-tum, ossium tinea, ut Salomoni et veritati placet, 805. Cor mulieris prætereuntes irretit, 885. Cor et intestina, qua ratione per baptismum lustranda, 725.

Corona gloriæ texta, pro mercenariis Ephraim, et corona contumeliæ (id est, clerus Ecclesiæ catholicæ clericis Arianis subrogatus) 756. Omnia hominum convicia unica spinea corona quæ victori nostro coronam detraxit, et per quam sancti, vitæ asperitate, velut corona se redimiri sentiunt, minoris habenda, 612. Corona lanea cinctus per Platonem Homerus; atque dimissus, ne juvenibus noxius et exitiosus esset, 458. Coronæ adversus pugnantes comparantur, 80. Non autem supra sedentes, 80.

Corpus materiæ expers ac volubile quidam sibi finxerunt, 501. Corpus non est Deus; idque multiplici ratione probatur. *Vide* Deus. Corpora ex materia et forma constant, 450. Corpus humanum, serumnosum, abjectum et infidum, 261. Ejus cum anima luctationis descriptio, 261. *Vide* Homo, Bellum, Anima. Corpus curandum est proter eum qui illud animæ conjunxit, 262. Corporis afflictatione Deus maxime conciliatur, 444. Corpore sublimior Basilius, etiam antequam hinc migraret, 771. Corpus animæ vinculum appellat, 771. Corpus humanum ad gloriæ cœlestis hæreditatem, ab anima, post resurrectionem, admittendum, 213 Quanta illius in hoc statu agilitas et subtilitas futura sit, 213.

Corpus Christi. Qua ratione educari oporteat antistites et magnum Christi corpus tractaturos, 389. Corpus ejus est Ecclesia, 586. Omnes corpus unum in Christo simus, 587.

Correctio. Ab eo qui correctionem adhibet, quæ ratio tenenda, 599. Correctio ea utilis et fructuosa, quæ per confessionem ac publicam ignominiam, contemptioremque victus rationem efficitur, 599.

Corrigia calceamenti Christi, quid significet, 687.

Corripi a viro justo satius est, quam ab improbo inungi, 347.

Corruptio. Humana vita a corruptione matre nostra incipit, per corruptionem graditur, et in corruptionem desinit, 561. Corruptio ultima nihil aliud quam rerum omnium confusio, 585.

Corybantes, Rheæ sacerdotes, 678.

Cotus. *Vide* Gigantes.

Crates, prædiis relictis, publico præconio libertatem ostentat, 111. Cratetis dictum, de seipso libertate donato, 815. Cratetis matrimonium commune, 459.

Creatio, ex Dei bonitate decreta, 668. Creatio angelorum et hominum, qua de causa, 848. Quis creationis nostræ finis, 681. Ut Deum laudemus, et per bona opera imitemur, 681, 685. Ut deificemur, 147 Ut beneficio afficiamur, 867.

Creatura proprie non est, 760. Creaturæ arcanis rationibus ordinatæ et constitutæ sunt, nec confertim in rerum naturæ productæ, 837.

Creavit ac gignit me : quomodo hæc intelligenda, 540. Primum ad humanitatem a Christo assumptam : alterum ad æternam et incomprehensibilem Verbi generationem referendum, 541.

Credæ Christianorum. *Vide* Julianus.

Credentibus salus, et non credentibus pœna, Christus, 902.

Credere in aliquid et credere de aliquo non idem est; illud enim divinitati convenit, hoc rei cuilibet, 560

Cretensis labyrinthus, 516.

Crimen quodcunque in Deum commissum, cur fornicatio et adulterium dicatur, 657.

Criminatio injusta est, cum ob multorum, vel quorumdam culpam universus ordo in invidiam et crimen vocatur, 420. Criminatio sacerdotibus illata, non in eis sistit, sed quandoque in religionis mysterium transit, 420.

Crines. In crinibus situm robur, unum ex antiquis miraculis quæ potentiam Dei testantur, 86.

Crœsus Solonem turpiter ejecit, quare, 110.

Cruciatus. Christus Deus, per suos cruciatus, nos quoque ad subeundos cruciatus erudit, 435.

Crumena Christi nos ad pauperes alendos exhortatur, 285.

Crux Christi, longe ante adumbrata, cum Aaron et Hur Moysis manus in monte sustulerebant, 249. Quibus de causis Christus eam conscenderit, 449. *Vide* Serpens, Lignum. Peccatum ligno crucis affixum est, 459. Crux mortem prostravit, 863. Ad honorandas Christi passiones alacriter conscendatur, 863. Dulces clavi, tametsi valde acerbi, 864. Crux Christi quandoque per disserendi facultatem evacuatur, 597. Nonnunquam sermonis ornatu, 539. Crucem coronatam Juliano sacrificanti extis ostensam esse fertur, 101. Quæ signi hujus interpretatio ab impietatis magistro, 101. Crucis signum dæmones et spectra quæ Julianum terruerant, dissipavit, 102. Crucis signum in cœlo, sub Juliano Apostata, cum Judæi ab ip-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

staurationè templi sui, repentina terræ agitatione prohibiti sunt, 150. Idem signum in vestibus eorum qui hæc narrabant vel audiebant, 150. *Vide* Judæi.

Ctesiphon, arx Persiæ firmissima, 153. *Vide* Judæi.

Cubicularii imperatoris; an principi fideles, incertum; Deo autem magna ex parte infidi, 767.

Cunctatio, in salutis negotio quam periculosa, 859.

Cupiditas, bellorum parens, 373. Cupiditas, apud Christianos, pene ut actio plectitur, 146.

Curam animarum suscipere tutum non est, priusquam mens perfecte sit purgata, 55.

Curatio aliorum, imperfectis periculosa, 25.

Curetum plausus et saltationes, 678.

Curiose de mysteriis interrogantes, ad explicationem ordinis naturæ provocantur, 583.

Currus igneus Eliæ quid significet, 510. Peditem ad Lydium currum currere, proverbium, 787.

Cyathus. Cyatho mare metiri, 517.

Cyclopes, juxta paganos, artis ferrariæ et armorum inventores, 136.

Cygni cantus, pennis in auram expansis, 514.

Cynicismus exiguis finibus coerceri non sustinet, totum orbem pro civitate habens, 456

Cynici, unde sic dicti, 495. Ex canibus sic appellati, quare, 454. Cynicorum inguvies et circumforanea levitas, 495.

Cynosarges, locus Athenarum ignobilis, in quem spurii conjiciebantur, 135 « Reliqua in Cynosarges relegentur; » id est, pro spuriis habeantur, proverbium, 135.

Cyprianus a Gregorio magnifice laudatus, quisnam fuerit. Auctorum hac de re opiniones, 455. Ex duobus Cyprianis, Antiocheno et Carthaginensi, Gregorius unum efformasse videtur, 457.

Cyprianus (Antiochenus) arte magica in nolitiam hominum venerat, 442. Impulsu diaboli, Justinæ virginis pudicitiam tentat, 442. Dæmonem quemdam, corporum ac voluptatis amantem, pro lenone assumit, et ad labefactandam Justinam mittit, 443. Victum a Justina spernit, 444. Eam ob causam ab eo male habitus, ad Justinæ Deum confugit, et per fidem in Christum spiritu malo purgatur, 444. Magicos libros publice proponit, et in ignem conjicit, 444. Sacra sacri gregis ovis efficitur; atque etiam adituus: Pastor deinde creatur, ac pastorum optimus et probatissimus, 445. Cineres ejus futura portendunt, dæmones opprimunt, morbos depellunt, 449.

Cyprianus (Carthaginensis) impetus omnes persecutorum, ut scopulus quidam incursantes fluctus, propulsavit, 446. In exsilium deportatur, 446. In exsilio positus, fideles per litteras hortatur ac roborat, 446. Aliptem eis se præbet, 447.

Cyrus, Babylonis oppugnator, 154. Zopyri erga eum factum, 154. Cyrus Parysatidis filius, præsto cum Artaxerxe fratre commisso, temeritate sua victoriam amisit, 153.

D

Dædalus, ex veterum opinione statuis immobilibus oculos mobiles induxit, 516. Labyrinthum in Creta construxit, 516. Gnossius Dædali chorus ad numeros musicos sese movens, 516. In puellæ gratiam ad omnem artis pulchritudinem confectus et expolitus, 516.

Dæmonis impostura plerumque in eo posita, ut rei honestæ specie ad malum abutatur, 507. Dæmones invidia atque odio adversus homines flagrant, 681. Homines deorsum viventes supernis bonis frui, eur ferre non possunt, 681. Quidam ad exercenda lenonum ministeria celeres, 443. Quas lenocinii mercedes ambiant, 413. Jesum inviti confitentur, 102. Eum a quo fugabantur (Christum) Deum esse noverant, 673. Christum Deum agnoverunt, quare, 867. Dæmones subterranei, 103. Signaculum crucis non sustinent, 102. Dæmones, Cypriani martyris cineribus oppressi, 449. Dæmones Julianum Apostatam sæpe prosternunt, 112. Ævo Gregorii, invocato Christo, contremiscebant, 55. Dæmonum exercitus a Juliano movetur, 152. Dæmonum cultores mysteria sua externis prodere religioni habent, 491.

Dagon. Juliano exstincto, rursus Ecclesia canit: Contritus est Dagon, 166.

Damasus Papa, Petrum Alexandrinum sede sua ejectum, et Romam profugum benigne excipit, 464.

Daniel justus, leonum furorem in lacu vinciens, 628. Exemplum ejus a quibusdam intempestive prolatum, ad excusandos eos qui ante lanuginem senes docere aggrediuntur, 686.

Daphne arbor, exstincto Juliano, rursus fabulis deplorata, 168.

Datham et Abiron adversus Moysen furore elati, 638. Eorum arrogantia fugienda, 591. Dathani et Abironis contumelia et impietas a contentiosis hominibus renovatæ, 591.

David inter filios Jesse natu minimus, 65. Sublimem et arrogantem Goliath mysticis lapidibus prostravit, 167. Ex ovium gregibus ad pascendum Israelem assumptus, 610. Ex pastore psalles, pravorum spirituum incantator, et rex Israel a Spiritu sancto effectus, 742. Magnus medicus ac malos etiam spiritus, per spiritum in ipso habitantem, incantans, 318. Per spiritualem concentum. Sauli, cum a dæmone strangularetur, medicinam fecit, 167. David in tribulationibus dilatatur, et mortis umbra circumfusus, Dei ope junctus, adversus eum insurgit, 318. Mansuetudinis exemplar, 239. Per mansuetudinem multos superavit, 167. Columbæ pennas expetit, vel quod leviores sint, vel quod spiritum adumbrent, 318. Gelboe montibus dira omnia deprecatur, quare, 414. Non tantis lacrymis Jonatam, ac postea filium Absalonem deflebat, quantis Gregorius pacem absentem, 414. David non sine laboribus et sudoribus præfecturæ munus obiit, 38. Temperantiæ testis, 239. Cum Bethlehemiticæ cisternæ copia ipsi facta est, minime bibit, 259. David æstuat, neque habet quo se vertat, et quis salvus esse poterit? 318. Saltatio ejus, ob arcæ requiem, quid mystice significet, 171. David gratiam prophetieam pœnitentia conservat, 689. Ob filii morbum ad preces confugit, 810. Absalonem parricidam excusat, 414. David in dicendo maxime sublimis, 365. Exstincto Juliano Apostata, rursus libere cantet, 167.

Debitor, si ad pedes provolvatur, quid cum eo agendum, 716.

Decalogus novus, Dei digito inscriptus, compendiosa salutis doctrina, sacerdotum ministerio insculpta, 727.

Decius imperator, qualis in Christianos fuerit, 446.

Decorum in risu tenendum, 491.

Definitio. Deus cum definitur, ipsa definitione crescit, 900.

Deformis corpore verus philosophus, anima formosus et elegans est, 480. Rosæ non absimilis, quare, 480.

Deificatio quædam, vero ac sincero philosophiæ studio, et mentis in Deum elatione conciliata, 387. Sacerdos, per sacra munia et per mensam mysticam, sacrum deificationis munus obit, 453. Deificatio, finis est ad quem creati sumus, 147.

Deitas, ne quiddam femineum dicatur, 560. Deitas una. *Vide* Trinitas.

Deliciæ Dei, delicioso genere dicendi explicandæ, 518. Deliciæ nullæ his meliores quæ in mandatis Dei positæ habentur, 475. Deliciæ Christianorum, sermo de Deo; et narrationes festivitatibus eorum congruentes, 666. Deliciæ Christianorum, a peccato mundari, 690.

Delphicæ tripodis præstigiæ, 679. Delphicæ nugæ miseros adolescentes olim ornabant, 450.

Delphinus, quomodo veris tempore per gyrum assultat, et navis vectores gaudio gestiens prosequitur, 841.

Demophilus, Arianorum antistes, Ecclesiis quas Constantinopoli tenebat, excedere coactus, 648.

Demosthenes coquorum præfectus, ad ignem sibi congruentem, a Basilio missus, quare, 806. Demosthenis sententia, de indignis propter dignos honorandis, 545.

Depositum a Patribus acceptum et custodiendum, quodnam, 193.

Derisio. Deridentur interim in hac vita pietatis cultores, dum Dei benignitas tantisper occultatur, 595. Quod quidem in Job ostensum, 396. *Vide* Job.

Descriptio in cœlis, qua ratione obtineatur, 574. Descriptio, cujus tempore Christus natus est, cur veneranda, 674. Descriptionis tempore nascitur Christus, 571. Ut descriptores et tributorum exactores pudore quodam afficiat et misericordia commoveat, 572. Descriptio a tributi exactoribus sancte et humane facienda, 571.

Descriptor humanum se præbeat, si ipse feliciter in libro viventium et peremtium describi cupit, 573.

Desiderium omne ad Deum tendatur, 859. Desiderium baptismi Candacis exemplo suadeatur, 711. Desiderium baptismi, ad obtinendam vim ejus non sufficit, 709. Desiderio laborantibus, totius humanæ vitæ instar est unicus dies, 472.

Deus. Unde ea vox, juxta quosdam, originem ducat, 533. Relativa est, non absoluta, 533. Oratio de Deo quam difficilis, 589. Lubentius de Deo quidpiam discamus quam doceamus, 71. De Deo verba facere præclarum, 588. Seipsum Deo purum exhibere præclarius, 588. De Deo disserere, non omnium est, nec cujuslibet temporis, nec apud omnes, 489. Quando, apud quos, de quibus, et quousque id faciendum, 489. De Deo sermonem habens, mente et cogitatione horrescat, 663. De Deo disserenti

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

periculum triplex incumbit, unde, 589. Dei natura omnem orationis facultatem superat, 561. Deus spiritu solo intelligitur, 51. Eorum qui de Deo philosophantur tria genera, 75. Tres antiquissimæ de Deo sententiæ, 525. Philosophorum absonæ de Deo sententiæ, 97. Alii supra deos obolum efferunt, alii ne Deum quidem omnino esse consent, alii Deum rerum humanarum cura non tangi, 97. Deus hermaphroditus, a Valentino et Marcione inductus, 560. Deus nullo nomine exprimi potest, 552. Nulla voce quæ totam Dei naturam complectatur, 552. Ad exponendam Dei naturam, edisserendum quid sit Deus; nec satis est aperire quid non sit, 502. Quid sit Deus explicari non potest, 528. Quid sit Deus ex toto capere nullus hominum potest, 552. Hoc est Deus, quod cum dicitur non potest dici, cum æstimatur, non potest æstimari, cum definitur, ipsa definitione crescit, 900.

Deus. Ens omnium quæ sunt pulcherrimum et sublimissimum; nisi quis eum malit supra omnem essentiam ponere, 187. Alia omnia ut sint, a Deo acceperunt, 187. Deus unus in Trinitate, qua ratione contendus, 379, 380. Dei nomina toti Trinitati communia; alia potestatis, alia œconomiæ, 553. Dei natura captum omnem superat: quod sit Deus percipi potest; quid et quale sit, non potest, 499. Deus ex rerum aspectabilium consideratione agnoscitur, 566. Deum esse, qui mundum condiderit, eumque summa providentia regat, argumentis ex rerum naturalium consideratione deductis ostenditur, 512. Deum esse, tum oculi ipsi, tum lex naturalis docent, qua ratione, 499. Ut musicum instrumentum aspiciens, auctorem ejus mente reputat, sic universa hæc rerum moles Deum esse convincit, 499. Deus semper est: universum esse in se complectitur; quasi pelagus quoddam essentiæ immensum, 847. Dei essentiæ nomina propria, Ens et Deus; magis proprium Ens, quare, 552. Dei essentia ipsi soli convenit, 551. Essentia Dei, et natura et appellatio una est, tametsi per cogitationes quasdam distinctas nomina quoque distinguantur, 552. Quod proprie dicitur Deus, revera Deus est, non quasi nomen solum, 552. Et rursus quod natura sua Deus est, vere Deus nuncupatur, 552. Dei essentia non sunt immortalitas, et innocentia et immortalitas, cur, 530. Dei essentia aliquid positivum est, non negativum, 834. Quænam illa sit, Eunomium quærant; nos, hac soluta caligine, atque crassitie discemus, 531. Deus natura sua simplex est; nec tamen simplicitas ei natura est, 848. Deus, et erat semper, et est, et erit; vel, ut rectius dicatur, semper est, 666. Atque hoc modo seipsum nominat, cum in monte Moysi oraculum edit, 966. Universum quod est in se complectitur; nec principium habens, nec finem habiturum; omnem tum temporis, tum naturæ cogitationem superans, 666. Nec prorsus incomprehensibilis, nec perfecte comprehensibilis, quare, 667. Principii et finis ratione immensus, 667. Cur anarchus et immortalis atque æternus appellatus, 848.

Deus, non est corpus, 431. Idque vel communes ipsæ de Deo notiones facile convincunt, 431. Non circumscribitur, 500. Corpus non est, ne alioqui compositum, et ideo solutioni obnoxium eum esse necesse sit, 500. Si corpus esset, non omnia pervaderet, quare, 500. Ne corporeus Deus in aliis corporibus, more liquidorum inter se permistorum, esse dicatur; id enim Epicuri atomis absurdius et anilius, 501. Sed nec Deus corpus illud est materiæ expers ac volubile, quod quidam sibi finxerunt, 501. Nullo in genere corporum collocari debet; est enim incorporeus, 501. Deus corpus non est, cum sit immensus, infinitus, figuræ expers, ac hujusmodi ut nec tangi nec oculis cerni queat, 500. Nulla Dei species ex rerum corporearum simulacris colligi aut tangi potest, 505. Deus, in Scriptura, dormit, vigilat, irascitur, proficiscitur, et pro throno cherubinos habet, 570. Ex nostris rebus, ea quæ Dei sunt, ut potuimus, nominavimus, 570. Cum nostri curam, ob eas, quas ipse perspectas habet, causas, velut abjicit, dormire dicitur, 570. Cum, repentina mutatione, beneficiis nos afficit, vigilare dicitur, 570. Cum in aliquem animadvertit, irasci eum fatemur, 570. Quod autem nunc hic nunc illic operatur, incedere dicitur, 570. Quod in cœlestibus mentibus velut libenter immoretur, sedere atque in throno esse nuncupavimus, 570. Alia ejusdem argumenti, 570. In summa: alia quædam Dei facultas aliud quidpiam rerum corporearum nobis depinxit, 570.

Deus, cum sit lux omnium sublimissima, facile non videtur, quare, 589. Deus, lumen inaccessibile, et ineffabile; hoc in intelligibilibus, quod sol in sensibilibus, 695. Præsentia sua infirmitatem animæ coarguit, 235. Quemadmodum sol oculorum imbecillitatem prodit, 235. Deum in ipso videre non possumus, sicut nec solem infirmis oculis intueri, 497. Quid Deus natura sua et essentia sit, nullus hominum invenire potest, 508. Tunc demum cognoscetur, cum mens humana ad exemplar illud cujus est imago ascenderit, 508. Cognoscam sicut et cognitus sum: quanta pollicitatio! Deum perinde cognoscere ut cogniti sumus, 590. Dei plena et absoluta cognitio omni creaturæ impossibilis, 498. Dei naturam nulla mens prorsus concepit, 552. Deum nemo unquam comprehendit, 500. Deum cernere angeli fortasse queant, si non profusa, at certe plenius quam nos, 498. Deum mente sola exigue adumbratus, et ex his solum quæ circa eum sunt: alia ejusdem argumenti, 847. Deus quæ ob causas humano intellectu comprehendi non possit, 504. Quatenus comprehendi potest, nos ad se trahit; quatenus capi nequit, admirationem et desiderium sui excitat, 847. Id solum in eo comprehendi potest, quod immensus sit, 847. Deum intellectu percipere difficile; eloqui autem impossibile, 498. Qua mente id a Platone dictum, 498. Verius dicitur Dei naturam nullis quidem verbis explicari posse; animo autem atque intellectu comprehendi multo minus posse, 498. Dei substantia, nulli rerum factarum substantiæ similis, 899. Nihil aliud est, nisi ipsum quod Deus est, 899. Deo assimilari nihil potest, 899. Dei in hac vita cognitio, exiguus quidam rivulus, et parvus magnæ lucis radius, 509. Dei præcipua nomina, Spiritus, Ignis, Lux, Charitas, Sapientia, Justitia, Mens, Verbum, 505. Explicantur, et ex illis ostenditur Dei naturam cognosci non posse, nisi quis mente et cogitatione supra omnem corpoream speciem assurgat, 505. Deum nemo in hac vita concipere potest, nisi divinitus adjuvetur, 853. Deus dilis, id est, purgatis hominibus innotescit, et quatenus, 847. Quomodo sancti, Scriptura teste, Deum cognoverunt, 509. *Vide* Patriarchæ, Enos, Enoch, Abraham, Jacob, Elias, Isaias, Ezechiel, Paulus. Deus, quo ordine hominibus in monte apparuit, 853. Dei posteriora vidit Moyses, quæcunque tandem illa erant, 590. Eadem Gregorius in seipsum collectus vidit, 497. Dei posteriora sunt ea quæ post eum exstiterunt, nobisque ipsius numen declarant, 497. Non secus ac solis in aquis simulacra, infirmis oculis solem repræsentant, 497.

Deus aliis quidem lux, aliis ignis est, unicuique videlicet ratione subjectæ materiæ, vel qualitatis, 235. Deum tanquam ignem videt, qui eum ut lucem minime cognovit, 587. Ubinam Deus? 502. Ubi ante mundum conditum? non levem hanc difficultatem pariunt, 503. Deum extra humani ingenii captum esse probant, 502

Fugere e civitate in civitatem, et persecutoribus cedere jubemur, quibus de causis, 122. Quandonam ex fuga redeundi, et sese persecutorum arbitrio tradendi officium sibi incumbere existimat episcopus, 223.

Fulgetra. Variæ atque inextricabiles de fulgetris ac tonitruis quæstiones, 519.

Funera Christianorum, psalmorum cantu et cereorum ignibus ornata, 157.

Funebris renumeratio pietatis Constantii Augusti, quænam, 158. Funebris oratio, quænam esse debeat. *Vide* Oratio.

Furum ac latronum, quos animarum pastor metuere debet, agendi ratio, 473.

Futurum. Dæmones non certo futura prævident, 99. Idque Juliani Augusti morte, quam prævidere nequiverant, luculenter ostensum est, 473. Futura, suis quibusque temporibus, complenda a Patribus in Filio Dei visa sunt, 902.

G

Gabaonitæ melioris conditionis quam Gregorius, dum Ecclesiæ Constantinopolitanæ opem ferret, quare, 639. Quinam Gabaonitarum appellatione hic designati, 639.

Gades, quid, 789. Ultra Gades transmeare nemini concessum, ex proverbio, 789.

Galatarum dementia, 421. *Vide* Marcelliani.

Galilæorum nomen, contumeliæ causa, Christianis a Juliano imperatore datum, 112.

Gallus, Juliani frater, a consanguineorum cæde servatus, 87. Qua ratione educatus. *Vide* Julianus Aug. Gallus Constantii benignitate Cæsar effectus, 91. Res novas moliturus, Constantii jussu necatur, 92. Gregorius, dum utriusque pietatem veneratur, temeritatem haudquaquam laudat, 92.

Gazæorum in Christianos effrenis audacia, sub Juliano imperatore, 121.

Gedeonis vellus, et terra vicissim compluta et sicca, 86. Pauci delecti milites multa hominum millia vincunt, 86. Trecenti viri tot hominum millibus non inferiores, 753.

Gelboe montibus dira omnia deprecatur David, 414. Quam ob causam, 414.

Generatio divina, ineffabilis, 381. Non curiosius inquirenda, 382. Aliquid ea dignum concipere, ut possibile, 528. Silentii honore decoranda, 529. Generatio divina, initii expers; nec contrarium evincunt hæc verba: *genuit* et *genitus est*, 526. Curiose de ea pertractare, periculo non vacat, 528. Ne passiones metuamus, dum generationem in Deo confitemur, 468. Generatio divina a passione immunis, 525. Hominum generationi quam dissimilis, 525. *Vide* Trinitas. Generatio Christi, 21. Ad comparandam homini supernam beatitudinem, 23.

Generationis animalium varii modi, 562. Modus singularis quo idem animal a seipso consumitur et procreatur, 562.

Genitum et ingenitum quo sensu idem sint, quo diversa, 530. Deus quomodo genitus, 529. Ut scit Pater qui genuit, et Filius qui genitus est, 529. Quod supra hæc est, nube obiegitur, 529. An Pater Filium voluntate genuerit, 527. Geniti et ejus qui genuit eadem est natura, cur, 530.

Gentilis populus, an pullo quem Jesus conscendit significatus, 405. Gentiles, malorum dæmonum fictores, et sacerdotes et cultores, 666. Per numina quæ colunt, sibi ipsis dedecus inurunt, 680. Dæmonibus in hanc amentiam impulsi, 680. Quæ legibus vindicantur, ea ut divina venerantur, 145. Cur deos vitiorum patronos effinxerunt, 681. Tibicinum cantu plausibusque, novæ lunæ festum celebrant, 170. Ut in aliis se gerunt, 665. In festis diebus agitandis vitiosi, 731. Scelerum quæ in Christianos perpetrarunt, brevis enarratio, 166, 167. Gentiles, exstincto Juliano, non jam filios suos et filias dæmoniis immolabunt, 166. Sævo atque infenso animo, disputantium Christianorum sermones expendunt, 491. Gentilium obscenæ fabulæ; obsceniora sacrificia, 466. Fœda sacrificia, 507. Eorum fœdissimi ritus, 134. Ad cæcæ gentilitatis probrum expositi, 134. Gentilium mysteria egregie perstringuntur, 678.

Gentilismus et Judaismus e diametro oppositi; quod Judaismus unam tantum in Deo personam, gentilismus plures deos admittat, 668, 846.

Genus. Generis splendor in eo consistit, ut divinam imaginem conservemus, 447.

Geometria, a quibus inventa, 136.

Georgius Cappadox, infensissimus Athanasii hostis, et sedis illius invasor, 394. Athanasio pulso, Ægyptum vastat; Syriam populatur; Orientis quantum potest arripit, 396. Diaboli administer, zizaniarum sator, Antichristi præcursor, 399. Episcopo eo tempore disertissimo, linguæ vice, utitur, 399. De eo episcopo variæ opiniones, 399. Opes Ecclesiæ quæ bona pauperum sunt, in flagitiosos usus insumit, 399. Eunuchorum ope utitur, 399. Quas impietatis et audaciæ suæ pœnas luerit, 405.

Gigas. Gigantum genus quoddam erat et reliquorum hominum, 274. Gigantes, unde, juxta poetas, exorti, 792. Gigantes anguipedes, Cotus, Briareus, Gyges, Enceladus, 141. Insulæ in eos injectæ, 141. Immanes eorum fetus et soboles, 141.

Glacies. E cujus utero egressa est, 518.

Gladius ebrius in cœlo, quænam facere jubeatur, 304. Gladius Christi, sermo acutus, pios ab impiis dividens, 982. Verbi divini sectio, bonum a malo dividens, fidelem ab infideli secans, filium et filiam et nurum adversus patrem et matrem et socrum excitans, 667.

Gloria futura. *Vide* Salus. Gloriam illam adeo Gregorius appetebat, ut dicere posset: *Deficit in salutare tuum anima mea*, 214. Inanis gloriæ studium magno ad

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY FR

virtutem impedimento est, 38. Qui gloriam ex liberalitate collectam alteri concesserit, haud facile reperiemus, 544. Proximi oppressionem gloriam suam ducere, bono publico maxime contrarium, 491. Exigua hujus vitæ gloriola ne magnum aliquid existimetur, 565

Gloriari. De civitate sua gloriari quam insulsum, 610. Ne glorietur sapiens in sapientia sua; nec in ulla re, ex iis quæ apud mortales laudi ducuntur, quisquam glorietur 270. Qui gloriatur, hac una in re glorietur quod Deum cognoscat ac requirat, 270.

Gnossus : urbs Cretæ nobilissima, 516. Gnossius Dædali chorus, 516.

Goliath, a gigantibus oriundus, 254. A Davide prostratus, 254. *Vide* David.

Gomorrhæ ac Sodomorum celebris improbitas, celebrior interitus, 589.

Gorgonia, Gregorii Theologi soror; parentum illius encomium, 220. Sublimius disserendo, illi patria fuit cœlestis Jerusalem, 221. Nobilitas, divinæ imaginis conservatio, 221. Tum in matrimonio, tum in cœlibatu, omnes ætatis suæ mulieres pudicitiæ laude superavit, 222. Carni per matrimonium copulata, non idcirco a spiritu disjuncta est, nec quia caput virum habebat, ideo primum caput ignoravit, 222. Maritum ad se pertraxit; filios et nepotes spiritus fructum effecit, 222. Gorgonia si adotibus mulieri forti ascriptis laudetur, perinde est ac si quis ab umbra statuam laudet, 223. Virtutum quas colebat, dicteria et luculenta descriptio, 225. Nullum ornatum moribus suis præstantiorem agnovit, 224. Unus illi rubor placebat quem pudor affert, unus candor quem parit continentia, 224. Nulla mulier divinas res, tum ex divinis oraculis, tum ex propria intelligentia, magis cognovit, 224. Gorgonia, vehiculo mularum furore abrepto, ossibus ac nervis conteritur, 227. Medicum alium præter Deum habere non sustinet, virorum oculos et manus erubescens, 227. Salutem a Deo consequitur, 227. Insoliti cujusdam et prodigiosi morbi, quo tenebatur, descriptio, 228. Item miraculi quo, pretiosi corporis et sanguinis antityps lacrymis admixtus, ab eo morbo sanatur, 229. Hoc miraculum, quandiu Gorgonia vixit, tectum et silentio compressum, cur a Gregorio patefactum, 229.

Gorgonia divina visione optatum obitus diem prænoscit, 230. Baptismum recens acceperat, 230. Baptismus pene ei soli non gratia sed sigillum fuit, 230. Ut maritus eodem sacramento perficeretur, sicque non dimidia tantum ex parte, sed tota perfecta discederet, precibus a Deo impetravit, 230. Dierum secundum Deum plena solvitur, aut assumitur, aut avolat, aut trapamigrat, aut paululum ante corpus abscedit, 231. Psalmodiæ verba ad exitum pertinentia recitando. 232. De anno mortis illius conjectura, 217. Supremæ Trinitatis, totam sese toti menti contemplandam et tenendam præbentis, illuminatione perfruitur, 232. Gorgonia has unas liberis suis opes reliquit, nempe sui imitationem, et ejusdem laudis studium, 223. Exemplo suo conspicuum fecit, masculum et feminam, corporis non animæ discrimen esse, 227. Studio habebat de gratiarum donis minime se jactare atque gloriari, 227. Viri ejus nomen ignotum; patria Iconium, si Eliæ Cretensi fides, 217. De Gorgoniæ liberis quid certum habeatur, 217.

Graculus, alienis plumis detractis, nudus ac turpis est, 436.

Gradus. Graduum et functionum diversitas in Ecclesia, 486. Gradus nullus in Ecclesia parvus, 14. Gradus tres honestorum virorum : primus, eorum qui bono propter bonum conjungi exoptent; secundus, eorum qui mercede bonum faciunt; tertius, eorum qui pœnæ metu a scelere abstinent, 104. Graduum et dignitatum diversitas utilium nulla esset, 483.

Graduum cantica, quænam, 475. Ea canere quinam mystico sensu dicantur, 475.

Græcari, nulla ethnicæ religionis lege præscriptum est, 133. Etsi præscriptum esset, non tamen ad ethnicos privatim pertineret, 133. Insulsa Juliani imperatoris sententia, qua Græcari ethnicorum non Christianorum esse dictitabat, 131. *Vide* Julianus.

Græcismus, vox in ore Juliani Apostatæ ambigua, 133. Variæ illius acceptiones, 134.

Græcorum, qui pallio et promissa barba gravitatis speciem præ se ferunt, fastus et insolentia, 457

Grammatica plurimas artes complectitur, 788.

Grandiloquentia filiorum Zebedæi, 829.

Grandinis plaga natale Gregorii solum afflictat, 299 Gregorii ad populum ea de re oratio, 299.

Gratia, baptismi nomen, quare, 693. Gratia baptismi, per quam Christus ad nos immigravit, quot et quanta in nobis operari debeat, 716. Ob eam superbia extolli quam periculosum, 719. Ejus conservatio ex Deo et ex homine, 719. Acceptam Dei beneficio et gratia veniam qua diligentia tueri oporteat, 719. Ad gratiam a lege transeundum, 57. Gratiarum diversitas est, 745 Alia gratia opus est ad discernendum quænam sit præstantior, 745. Gratiam propheticam ad gentes migrare Jonas propheta cognovit, 62. Gratiam propheticam David pœnitentia conservat, 689. Gratiæ jacturam quamdam pro fratribus facere cupiebat Gregorius, 433. O mirificas divinæ gratiæ opes! mens et lingua Christum habent; illa credendo, hæc confitendo, 396. Gratia divina indigemus omnes, 257. Si fidem astruentes nihil patimur, Deo sit gratia; si patimur, sit quoque Deo gratia, 742. Gratia Spiritus sancti ad explicanda mysteria ejus necessaria, 735. Quod in morbum incidimus, humanæ infirmitatis est; quod morbum depulerimus, id rationis munus est divinæque gratiæ, 185. Gratia, boni principium. Agnosce unde habes quod sis, quod sapias, quod Deum cognoscas, 273. Alia multa ejusdem argumenti, 273. A Deo omnia, 198. Bonum omne initium a Deo ducit, 187. Recte factum, bonorum omnium suppeditatori acceptum referatur, 634. Ipsum etiam recte velle divino auxilio indiget, 634. A Deo est, 634. *Quibus datum est*, quomodo intelligendum, 634, 635. Item, *Non est volentis, neque currentis*, 634. Vulneribus per Maximi philosophi consecrationem Ecclesiæ inflictis mederi, Trinitatis opus est, 485. Christus Eunomianos imsanet; pro arguatoribus credentes, ac pro iis, quales nunc nominantur, Christianos efficiat, 539. Catholicorum de Antiocheno episcopo dissidentium concordia, Trinitatis opus, 433, Deo acceptum referri debet, si sanctis ejus digna loquamur, 392, 450. Dei, qui omnia facit et mutat, benignitatis donum est quod doctrina in melius transferatur, et stoliditas rationi subjiciatur, 441. Qui dilectionis dedit mandatum, dedit et omnia præstare quæ ad observationem ejus pertinent, 246. Gratiæ quanta virtus, Paulus ex persecutore, Spiritus sancti dono, pius effectus, 742. Ex malo in bonum mutatus, ne de seipso magnifice sentiat, 840, Dicat potius cum Davide : *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*, a quo promanat quidquid ab hominibus recte et cum laude geritur, 840. Cyprianus libros magicos igne absumit, a dæmonibus recedit; Deo adjungitur, o mirificam gratiæ potentiam! 444. Idem pastor creatur, ac pastorum optimus et probatissimus; hæc Deus facit, 445. Peccatores ad vitam revocare Christi solius est, qui sua potestate mortuos vivificat, 758. *Lazare, veni foras*; magna vox Verbi qua peccatores ad vitam redeunt, et funebribus vinculis solvuntur, 718. Ultimam Christus fidei pravitate mortuos suscitet, quemadmodum corpore mortuos ad vitam lucemque revocavit, 674. Gratia divina in indignos minime influit, 235. Ea scilicet quæ vivorum sacramentis confertur, 236. Sæpe fastum et elationem parit; quod omnium malorum nostrorum miserrimum est, 236. Gratia talentum vocata, 48. Gorgonia Theologi soror, studio habebat de gratiarum donis minime se jactare atque gloriari, 227.

Gregorius Thaumaturgus, divino numine afflatus, 574. Ejus de Trinitate confessio, 574.

Gregorius, Theologi pater, in Hypsistariorum errore aliquando versatur, 328, 333. Animalium simulacra aut idola non coluit, 329. Ante baptismum Christianus, 334. Fidem moribus antevertit, 334. In magnis reipublicæ muneribus versatus, ne teruncio quidem facultates suas auxit, 334. Dum catechizatur, contra morem genua flectit, et qui eum catechi st, sacerdotii orationem profert, 338. Quod futuri episcopatus ejus præsagium habetur, 338. Baptizatus et ex aqua egressus, lumine et gloria circumdatur, 339. Ex oleastro in fructiferam olivam pulchre insitus, 199. Alter Aaron aut Moyses, 199. Dives his rebus quæ oculis cernuntur; ditior iis quæ tectæ et absconditæ sunt, 199. Gregorius et Nonna uxor, filiorum simul et Christi amantes, sed Christi quam liberorum amantiores, 200. Virtutum et bonorum operum quibus ambo vacabant luculenta descriptio, 200. Ille novus Abraham, hæc Sara, quare, 200. Ille virorum, hæc feminarum exemplar, 221. Totam vitam ita instituerunt, ut nihil aliud quam mortis meditatio fuerit, 210. Gregorius non repente, sed legitimo tempore interjecto, sacerdotium suscipit, 340. Ferox Nazianzenorum mores mitigat, 340, 341. Orthodoxæ doctrinæ pater et magister efficitur, 341. Novus Abraham et Cappadociæ patriarcha, 799. Templum Nazianzi exstruxit, 5. Catechumenum, in Cæsariensem episcopum electum et, cogente populo, a provincialibus ordinatum non probat, 351. Artificiose quodam hæreticorum scripto decipitur; fide tamen intus illæsa, 342. Exortam ideo in Ecclesia sua tempestatem sedat, Theologo pietatis et fidei socio, 342. Quo zelo restiterit præfecto militum a Juliano imperatore misso, et Nazianzenum templum sibi tradi exposcenti, 365

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Cedit præfectus, aliisquin calcibus cædendus, 353.
Gregorius morbo jacens, exiguum quiddam et desperatum spirans, ipsa Paschatis nocte e lecto surgit, et pro populo mysteria peragit, 350. Quod de sola recitatione liturgiæ intelligendum, 350. Miraculo sanatur, et Dominica nova cum omni populo sacrificium offert, 350. Quænam apud Græcos Dominica nova, 350. Basilium Magnum in Cæsariensem episcopum ordinari curat, 357, 793. Arianis et Valenti imperatori obsistit, 358. Morbo ultimo laborans, interdum ex sola liturgia robur concipit, 358. Prope centenarius obit, 358. Anno 374, 328. Quanta ipsius in omnium linguis et mentibus veneratio, 359. Gregorii patris eximiæ dotes, 5, 6. Mansuetus et placidus pastor fuit, 193. Patrum optimus et filiorum amantissimus, 193. Abrahæ comparatus, 59. Ira ejus apis aculeo similis, qui ita pungit, ut mortem non afferat, 346. Tanta ipsius benignitas, quanta nec ab homine postulanda videtur; minæ ejus qua ratione solverentur, 346. Stephano martyri comparatus, ob ignoscendi facilitatem, 346. Gregorius Theologus, ante ortum a pia matre Deo promissus, et statim atque in lucem editus est, consecratus, 337. Ab utero Deo consecratus, 49. Sub piis parentibus Nazianzi primum educatus cum Cæsario fratre, 201. In Palæstinam missus, ibique ob amorem artis oratoriæ moratus, Cæsario Alexandriam profecto, 201. Gregorius et Cæsarius, hic ex Græcia, ille Alexandria eodem tempore Byzantium appulsi, 202. Domum simul redeunt, 203. *Vide* Cæsarius. Gregorius Athenas advenerat paulo ante Basilium, 781. Exortæ, dum navigaret, gravi tempestate, vehementer timet, ne non baptizatus e vita discedat, 352. Parentum precibus naufragio liberatus, Rhodum appulit, 352. Basilium Athenas a Deo missum excipit, 780. Quid inde lucri perceperit, 352.
Gregorius et Basilius, ex eodem patriæ fonte in diversas regiones dissecti, rursus Athenas coeunt, 781. Mutuo deinceps amore saucientur, 785. Gregorius Armenios Basilium argutiis urgentes primum juvat, mox deserit, 784. Dum Athenis agunt, urbis superstitionibus non implicantur, 786. Qua de causa arctioribus amicitiæ vinculis Athenis conjuncti, 785. Duas tantum vias cognoscunt, quarum una ad ædes sacras, altera ad professores ducit, 786. Christianos esse et nominari, omnibus rebus præstantius habent, 786. Hoc inter æquales erant, quod fluvius per mare dulcis fluens, 787. Præclarissimi sodalitii præceptores, 787. Per totam Græciam celebres, 787. Oreste et Pylade celebriores, 788. Triste ac miserum spectaculum cum Athenis profecturi sunt, et domum reversuri, 789. Ut obstitere sodales et magistri, 789. Gregorius solus remanere coactus, diu miser esse non sustinet, 790. Equum Homericum imitatur, et ruptis vinculis, ad sodalem impetu fertur, 790. Uterque domum reversi, cum nonnihil scenæ debisset, sui juris efficiuntur, 790. Basilius a Cæsariensi civitate retinetur; Gregorium pietas erga parentes ab eo abstractum tenet, 790. Gregorius linguam suam in profanis disciplinis eruditam, divinis postea nobilitat, 657. Suæ in presbyterum ordinationi consentit, 11. Die solemni presbyter consecratus, 4. In Pontum secedit, quibus de causis, 14, 15, 16. Gregorium presbyteratus non puduit ob altioris gradus cupiditatem, ut quidam forte suspicabantur, 13. Quid eum deterreat a præfectura, 47. A sacerdotio, 48. Gregorii post fugam reditus variæ causæ, 59.
Gregorius patri obedientem se præbet, et ideo benedictionem sibi reddi postulat, 61. Juliani Augusti minas non timet, 53. Postremus licet, ad persecutionem ejus cum Basilio reservatus, 174. Orto inter monachos Nazianzenos et Gregorium patrem schismate, obmutescit, procul ab omni bono remotus, 179. In Pontica solitudine, 178. Dolor ejus die ac nocte renovatur, per ipsa etiam monasticæ vitæ officia quibus schismatici vacabant, 179. Quonam id pacto, 180. Quo fine Julianum Augustum duplici invectiva proscindit, 79, 81, 82. Orationes illæ scriptæ, non palam pronuntiatæ, 75. Juliani facinora luget ob Christianos vexatos, 100. Gravius autem ob sequentis vitæ cruciatus, qui Julianum ipsum et impietatis illius socios manent, 100. Gregorius, schismate composito, silentium exuit, et fidelibus imo potius Deo sermonem offert, 181. Sermonis illius scopus est, ut, propter pacem, gratiæ Deo agantur, et fideles de bono pacis admoneantur, 185. Cæsarium fratrem oratione funebri celebrat, anno 368 exeunte vel 369 ineunte, 198. Gorgoniam sororem anno 370, 218. Basilio ab episcopo suo vexato auctor est, ut in Pontum recedat, 795. B sillo in episcopum electo, domi se continet, ne invidiæ pateat, 801. Postea cum ad eum ventisset, insigniorem inter presbyteros honoris locum recusat; ob utrumque factum a Basilio laudatus, 801. Cæsarem agebat, quo tempore Valens imperator cum Basilio colloquium in Ecclesia habuit, 809. Basilium Dei voce loquentem audivit, 809. Gregorius, proposito sibi episcopali munere, acerbitate ac mœstitia impletur, 236. Eodemque modo afficitur quo pueri ad fulgetra, 236. Episcopum Sasimorum ordinari se patitur, non suasione inductus, sed coactus, 237. Ejus hac de re tum ad Basilium, tum ad alios, oratio, 256. Sasimorum episcopus esse renuit, 639. A Basilio ordinatus; cum cætera Basilii facta, supra quam dici potest, admiretur, hoc unum laudare nequit, 814. Hinc illi omnis vitæ perturbatio manavit, 814. Basilium tamen excusat, 815. Solitudinem et silentium expetit, 364. Quibus de causis, 364. Fugam post ordinationem illam capescit, 253. Quibus rationibus in solitariæ vitæ proposito aliquandiu steterit, 239. Quas cogitationes in Basilium tum animo versaret, 240. Quibus rationibus inductus sit, ut sententiam mutaret, et onus injunctum susciperet, 239, 240. Aliam ejusdem argumenti orationem habet ad Gregorium Nyssenum, 241.
Gregorius de patre ac Basilio queritur, quod ipsum in animarum forum intulerint, 358. Quare animarum cura foro comparata, 358. Gregorius, etiam post reditum e fuga, curam Ecclesiæ Sasimensis suscipere non vult, Ecclesiæ Nazianzenæ cum suo patre curam non recusat, 251. Velut magnæ aquilæ et altissime volanti pullus non inutilis, e propinquo advolans, 251. Patre mortuo, pennam suam Spiritui, quo volet, et quoquo modo volet, daturus, 251. Gregorius, propter plagam grandinis quæ natale solum affixerat, sermonem ad populum habet, 299. Medio circiter anno 375, 299. Tunc pastorum princeps, 301. Divinæ misericordiæ sponsorem se præbet, 309. In ordinatione Eulalii Doarensis, manus in se a quodam sacerdote immissas queritur, 254. Julianum præfectum in cives Nazianzenos ira commotum flectere modis omnibus tentat, habito ea de re sermone anno 373 circiter exeunte, 317. Gregorium patrem, medio circiter anno 374, funebri oratione commendat, præsente Basilio, 330. Patre vita functo, solitudinem ac silentium expetit; quibus de causis, 364. Sermonem habet ad Julianum amicum, tributis exsequandis Nazianzeni præfectum, quare, 365. In Isauriam secedit anno 375 363. Gregorius dignus habetur qui Trinitatis cultor ac sincerus præco fiat, 433. Eo animo Constantinopolim petit ut Catholicis ærumnarum socius esset, 469. Non sponte, sed invite, animarum regimen suscipit, 612. Qua lenitate ac modestia fuerit cum Arianis Constantinopolitanis, 612. Ejus mansuetudo pro amentia habetur, 642. In Christi passionibus et ignominia minoris ducit, 612. Constantinopoli receptus in domo pia consanguineorum et amicorum, apud quos Catholici ab Arianis vexati convenient, 484. Exiguum Catholicorum gregem impense laudat, et a detractione tuetur, 613. Parvulam eorum Ecclesiam latiorem se visurum certissime prædicit, 613. Catholicos eo modo erga se affectos experitur quo ferrum erga magnetem, 634. Quæ tanti desiderii causa, 656.
Gregorius non novum fontem Constantinopolitanis rupit, sed abditum illum, quem Ariani obstruxerant, aperuit, 635. Nec jucundum nec facetum se præbuit, sed eum in quem morositatis potius et rusticitatis quam adulationis et servilis animi nota caderet, 666. Quod philosophiæ genus ea in urbe coleret, 636. Cur latebras quæreret, 636. Gregem suum sermonibus fovit, non temere jactatis, sed quos lectissimos habuit; non meretricibrum, ut a quodam perhibebatur, sed gravium et pudicorum, 756. Pro mercede, Trinitatis confessionem expetit, 756. Ita docuit, ut adversarios contumeliis aut convicis non incesseret, 757. Pacis ita studiosus, ut nihil de veritate relaxaret, 757. Hoc temporis spatio habitæ orationes multæ; in his quinque theologicæ, ex quibus Theologi cognomen adeptus est, 486. Gregorius, ut Joannes, efficitur vox clamantis in deserto, 648. Deserto prius loco, et siccitate laboranti, nunc autem valde habitabili et frequenti, 648. Lapidibus appetitus in urbe regia, pati non detrimento ducit, sed potius non pati, 423. Periculorum quæ pro Christo toleravit optimum fructum refert, populi Catholici incrementum, 428. Gregorius Maximum cynicum amanter excipit, familiarium numero ascribit, et publico encomio, sub Heronis nomine, celebrat, 455. Corpore tunc temporis æger, 454. Quid, audita illius in episcopum consecratione, egerit, 470. Gregorius ab adversariis ex omni parte tentatus, 482. Unum hanc sapientiam se scire profitetur, quæ in timore Dei sita est, 482. Ipsa paupertate dives, 482. Nusquam exsul, 482. Thronum episcopalem prompto et hilari animo nunquam se conscendisse declarat, 482. Pecuniis spoliari non poterat, cum nullas haberet, 483. Amicos suos, parcendo potius quam accipiendo, gravaverat, 484. Eos tamen experitur, alios contrarios, alios a longe stantes, 484. Solus relictus,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

constanter omnia tolerat; eos tantum fugiens qui sibi molesti fuerant, 484. Parum abest quin Petrus eum abneget, 424. Petrus ille, quis, 484.

Gregorius, clamans licet et lamentans, in archisacerdotali sede a civibus Constantinopolitanis collocatur, 636. Anno circiter 379, 575. Concilii in urbe regia congregati suffragio, Constantinopolitanæ Ecclesiæ præficitur, 745. Meletio concilii præside vita functo, Antiochenæ Ecclesiæ regimen Paulino, ex condicto, dimitti obnixe rogat; quo negato, de secessu cogitare cœpit, 745. Ægyptii et Macedones eum, præter canonem, Ecclesiæ Constantinopolitanæ præpositum expostulant; datam hinc occasionem secedendi avidius arripit, 745. Votis ejus annuitur, 745. Ultimum vale dicturus administrationis suæ rationem reddere, et collegarum judicium subire paratum se ostendit, 748. Regiam civilatem salutifera doctrina imbutam concilii Patribus offert, 755. Constantinopolitanam cathedram se non affectasse multiplici ratione demonstrat, 638. Huic Ecclesiæ, ut viduæ tutor atque curator, opem ferre tantum intenderat, 639. Gregorius verum minimeque adulterinum sacerdotium custodivit, 761. Imperatorum aulas calcare non appetiit, 761. Pro laboris mercede secedendi licentiam petit, 761. Fastidii ac lassitudinis ejus causæ: prima, corpus tempore, morbo ac labore confectum; secunda, mansuetudo sibi toties in crimen versa; tertia, cum invidis hæreticis et Catholicis pugnandi necessitas; quarta, episcoporum inter se dissidia, 762. Quinta, Oriens et Occidens, Antiocheni schismatis occasione, divisi, 763. Pacis inter Catholicos Antiochenos initæ sponsorem se præbuerat, 428. Missionis libellum petit, 766. Supremum vale Ecclesiæ Constantinopolitanæ dicit, 766. Etsi lingua sileat, se tamen manu et atramento pro fide pugnaturum spondet, 767. Senectute, morbo, et Basilii desiderio confectus, 852. Ab ipso Basilio vita functo, per visiones nocturnas officii admonetur, 831. Funebris orationis tributum Basilio Magno persolvit, 771. Quibus de causis, 771. Gregorii effigies. Sapientiæ et sacrarum litterarum studiosum se profitetur, 593. Sermonibus doctrinæque studiis se delectari non inficiatur, 132. Uno sermone sapientiæ dives, ac pretiosa margarita cum omnibus aliis quæ quondam habuit communata, 181. Alia ejusdem argumenti, 181. Dicentes audire, quam dicere paratior, 581. A suscepta narratione seipsum reprimere vix poterat, 785. In omni sermone atque actione ipsi propositum erat, ut fidei suæ commissos perfectos redderet, 219. Non quidem anathema pro hæreticis fieri, sed tamen aliquam gratiæ jacturam pro illis facere cupiebat, 433. Solitudinem ab initio amaverat, 14. Eamque in maximis gravissimisque periculis Deo voverat, 14. Ei vita privata lucris ac divitiis omnibus optabilior, 58.

Gregorius, in miraculis admittendis cautissimus, 101. Demisse de orationibus suis sentit, 371. Item de seipso, 580. Laudes suas ab alio prædicari nunquam sustinuit, 788. Oblectamenta quibus labores suos levare solebat, ambulationes in maris ripa, circa solis occasum, 477. Cum neophyti eos a quibus baptizati erant ad mensam exciperent, ipse laudabili et honesta eorum vita ali, et eo modo ab eis excipi optat, 711. Persecutionis tempore lapsos non recipit, qui vel nullo modo, vel non satis deprimuntur, nec patrato crimini parem vitæ emendationem afferunt, 690. Cumque recipit, convenientem eis locum assignat, 690. Ut se gerit in eos qui injurias intulerant, 761. Referendæ injuriæ potestatem, satis gravem pœnam existimat, 764. Gregorius petulantiæ ab Arianis accusatur, 607. Circa hominum de se existimationem ita affectus, ut, si quidem ea contingeret, non illiberaliter acciperet, 641. Sin minus, valere juberet, nec quidquam de rei veritate propter hominum opinionem detracturus esset, 641. Quam alienus semper fuerit a mutandis, pro temporum diversitate, fidei et doctrinæ forma, 614. De corporis in se tyrannide apud Deum deplorat, 868. Inde mœstus est, unde alii gaudent, 764. Nec mirabitur, si quando morosus aut mœsto plenus a plerisque audiat, quare, 764. In crimen ei datur quod Arianis pœnarum vicem non reddiderit, 764. Gregorio exprobratum est quod nec mensa opipara, nec magnifica veste uteretur, nec splendide in publicum prodiret, 765. Criminationem diluit, et præpositos ita viventes perstrinxit, 765. Seipsum ad vulgi mores inflectere non vult, 765. Pastor timidus et circumspectus habetur, eamque ob causam, cautionis, tanquam ignaviæ notam subit, 474. Qua ratione notam illam expungat, 474. Deum rusticitatis suæ patronum invenit, 610 In seipsum collectus, Dei posteriora vidit: quidnam sit illud, 497.

Gregorius Nyssenus, virtutum omnium norma et exemplar, 243. Theologo in episcopum Sasimorum ordinato, Nazianzum venit ut eum consoletur, 243 Serius quam res postularet accessit, ut Theologo visum est, 245.

Gregorius Magnus multa ex Theologi Apologetico excerpsit, 10.

Gregorius quidam, consilium, ut hominum sermo est, capit adversus Athanasium insurgendi, 894. Cum tamen magnam apud eum gratiam et auctoritatem obtineret, 594. Utrum ex iis fuerit qui fabulam de manu Arsenii contexerant, res dubia et incerta, 595. Gregorii Cappadocis, Alexandrinæ sedis invasoris, prava indoles, 595.

Grex fidei concessionem retinens, pastoris sui defensio est ac gloriæ corona, 641. Item bene ordinatus, 749. Grex Catholicorum exiguus, a detrahentium lingua defensus, 613.

Grus. *Vide* Palamedes.

Gubernari. Tribus his rebus gubernamur, supplicii metu, salutis gloriæque spe, et cultu virtutum, 553.

Gustus, ut, et qua de causa purgandus, 722.

Gyges annuli conversione Lydiorum tyrannus efficitur, 786.

Gymnasia omnia, simplicitatis alumna, Eunomianorum disputationibus turbata, 488.

Gypsum aqua permistum, et lactis colorem mentiens, subdolæ fidei confessionis imago, 895.

H

Habacuc. Gregorius stylum ejus imitatur, et quasi e specula cum eo diligenter observat, 845. Habacuc acriori oratione utitur propter judicum iniquitatem, 42.

Habitus. Ei qui bono habitu penitus imbutus fuerit, in malum labi difficilius est, quam ab initio bonum fieri, 426.

Habitus malus. Progressam improbitatem excindere quam difficile, 598

Habitus (vestimentum). Quo habitu simus, philosophico an communi, nihil refert, 458.

Hæreditas Domini terram universam operuit. 802. A pravo et agresti apro devastata, 802. Eam tollere Julianus aggreditur, 107.

Hæreses priorum sæculorum bellum pro bono adversus Creatorem gerebant, 460. Earum enumeratio, 460. Aliæ, prima propositione, auctorum suorum consilia produnt; aliæ virus suum per ea quæ nobiscum habent communia defendunt. 895. Istis nihil periculosius esse potest, 895. Primæ vinci facile possunt, vel facile vitari, 895.

Hæretici, sycophantæ, 865. Aliis etiam titulis a Gregorio designati, 865. Eorum variæ de Christo sententiæ, 673. Pro uno Christo multos introducunt, 382. Quid eos induxit ut Christum proprie Deum esse negarent, 545. Christus pro hæreticis gratis mortuus est, 672, 865. Ob id ab hæreticis contemptus propter quod honorari debuerat, 647. Qualia ab eis patiatur, 673. Hæretici inter se concordes, ac discordes, 556. Instar fluviorum, qui a se divisi rursus coeunt, 556. Quibus in rebus consentiant, aut in quibus contendant, plane intelligi nequit, 556. Hæreticorum, qui prioribus sæculis Ecclesiam turbaverant, nugæ ac præstigiæ suomet profundo absorptæ ac silentio traditæ, 460. Quænam in his profundi ac silentii vocibus allusio, 460. Hæreticorum communio ut viperæ virus fugienda, 605. Non corpus lædit, sed intimos animæ recessus inficit, 605. Ecclesias ab hæreticis occupari, maxima reipublicæ pernicies est, 823. *Vide* insuper Ariani, Eunomiani, Sabelliani, Macedoniani.

Hebræi, litterarum, ut quibusdam videtur, inventores, 136. Ut nomen *Jehova* reverebantur, 552. Quidquam Deo inferius, iisdem ac Dei nomen litteris scribi non sustinebant, 552. Juvenes suos a quibusdam Scripturæ libris arcebant, 600. Non cuivis ætati quamlibet partem Scripturæ legere concedebant, 55. Idque non lege, sed consuetudine introductum, 55. Ægyptus propter eos cruciatur, mare sciuditur, solis cursus inhibetur, 445. Hebræorum ritus qua ratione a Christianis celebrati, 734.

Hecatæ caliginosa spectra, 679.

Heli sacerdos, quibus verbis utatur filios suos increpans, 170. Sceleris eorum pœnas solvit, 377.

Heliodorus presbyter, sub Valentis Ariani persecutione, mediis in fluctibus igne consumptus, 461.

Heliopolitarum in Christianos concursio, sub Juliano imperatore, 121.

Heraclidæ, Herculis posteri, 772. Nihil essent in ea parationc majorum Basilii Magni, 772.

Heraclitus, ob humanas miserias flere solitus, 112.

Hercules Buthœnas dictus, id est, boum vorator, 146. Trivesperus, 146. Herculis rogus unde excitatus, 108. Ejusdem ortus et infortunia, 108. Turpia certamina, 146. Herculeæ columnæ. *Vide* Columna.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Hercules, extincto Juliano Apostata, rursus furit, vel furere desiit, 168.
Hermaphroditus deus a Valentino et Marcione inductus, 560.
Hero. Heronis nomine inscripta oratio, qua Gregorius Maximum laudat, 431. Auctorum ea de re opiniones, 481. *Vide* Maximus cynicus.
Heronis scripta, 212.
Herodes persecutor, 108. Furit, et in odium Redemptoris, eos qui redimendi erant e medio tollit, 371. Infantes occidit, 735. Herodis furor in Joannem, 828. Si ad Herodem adductus fuerit Christi discipulus, plerumque ne verbum quidem unum respondeat, quare, 675.
Herodiani de censu Christum interrogant, 618
Herodiadis saltatio inhonesta non imitanda, 171. Baptistæ necem attulit, 171.
Herodotus memorabile quiddam de Samiorum tyrannide scripsit, 157. Herodoti linguam exoptat Gregorius, ut improbitatem Juliani futuro tempori tradat, 126.
Heroes paganorum. Quod in ipsis maxime speciosum est, fide caret; quod autem creditur, probrum et contumelia est, 772. Heroes ac dæmones calamitatibus tantum et fabulis celebritatem consecuti, 455. Heroes, a Centauro educati, 779. Heroes in Basilii Magni genere multi, 772.
Hesiodi Theogonia, et alia commentata, 141.
Hexaemeron Basilii Magni creationis rationes aperit, 821.
Hiems impietatis invida et inamœna, 85.
Hieronymus (S.) Epiphaniorum vocem aliter ac Gregorius intelligit, 662.
Hippocratis et Galeni, et eorum qui ipsis adversantur dogmata non amplius pertractare, nulla Cæsario medico vita functo calamitas est, quare, 212.
Hircus, Ægyptiorum deus. *Vide* Mendesium.
Hircus Mendesius, 680.
Histiæi Samii a Persis defectio, et Herodoti ea de re sententia, 157.
Historiæ sacræ non temere, aut ad oblectationem solam, fabularum gentilium instar, conscriptæ, 60. Sed ut in eis submonitiones et documenta habeamus, 60.
Holocaustum. Simus holocausta ratione prædita, 723.
Homerus, divinarum comœdiarum et tragœdiarum scriptor, 142. Hujusmodi fabularum expositio, 142. Refelluntur qui abstrusiorem et absconditum in eis sensum esse volunt, 143. Homerus voces quasdam vocibus nostris præstantiores diis attribuit, 135. Cum Arcadicam quæstionem solvere non posset, pro mœrore obiit, 111. Homerus corona lanea per Platonem cinctus, atque dimissus, 458.
Homines. Homo, animal ex invisibili et visibili natura, mente ac sensu, a Deo fabricatum, 850. Contrariorum mistio, et sapientiæ sublimioris argumentum, 849. Priusquam crearetur, omnes summæ bonitatis divitiæ nondum apparuerant, 849. Homo, velut angelus alter, superis subditus, rex eorum quæ in terra sunt, 850. Quo Dei consilio mentem et corpus, atque arbitrii libertatem acceperit, 850. Homo, animal ex invisibili ac visibili natura, Verbo artifice, fabricatum : ex corpore et ex Dei spiraculo, quod intellectualem animam Deique imaginem Scriptura vocat, 669. Homo mundus alter, in parvo magnus; mistus adorator, 669, 850. Aliæ hominis egregiæ dotes, et excellentiæ ejus insignia, 669, 850. Homo animal caducum et immortale, Deum attingens nec comprehendens, appropinquans et procul recedens, 49. Mistus adorator, visibilis naturæ spectator, intellectualis mystes, 850. Parvus mundus, qui variis affectibus tanquam legibus gubernatur, 513. Parvus et magnus, humilis et excelsus, mortalis et immortalis, terrenus et cœlestis, 214. θεός, id est, *lumen*, dictus, quod ratione præditus sit, 695. Hominis mirabilia, 397. Hæc etsi quis cognovit, adhuc timeat religionis mysteria investigare, 598.
Homo creatur, divina manu et imagine ornatus, ut non superi tantum, sed etiam inferi adoratores essent, 685. *Vide* Creatio. Homo fabricatus, 850. Ut Verbum artifex omnes bonitatis divitias ostenderet, 819. Rerum omnium, quæ in terra sunt, dominus et rex a Deo constitutus, 273. Hominem post alia omnia creatum esse mirum videri non debet, 837. Prius tanquam regi construendum palatium erat, 837. Hominis vita ex sapientia provenit, 884. Homines, sublimes et excelsi creati, quare, 367. Primus homo in paradiso collocatus, plantarum immortalium cultor, 670. Hoc est fortasse, divinarum cogitationum 670. Hominem primum qualem creari decebat, 670. Vitii et infirmitatis expertem esse conveniebat, 850. Hominum communis infelicitas, unde, 882. Homo, si quod erat permansisset, effectus fuisset quod non erat; immortalis ac Deo adjunctus fuisset, 837. Invidia diaboli a Conditore suo misere separatus, 688. Lex, quasi materia, ejus libero arbitrio tradita, quid præscriberet, 670. Ut primus homo ejus memoriam abjecit et ab esca victus est, 670. Quæ hujus peccati pœnas dedit, in misericordiam cesserunt, 670.
Homines liberi sunt, ex eadem terræ massa coagmentati, et ejusdem vitæ hæredes, 372. Quod alii imperio teneantur, dum alii imperant, grave jugum et primi peccati pœna est; cui nihil acerbitatis a rerum administratoribus addendum, 372. Homo in labore et ærumna nascitur, vivit et moritur, 373. Homo Nautilus terrestris dictus, quare, 517. Labori natus, 473. Pauci sunt homines Dei, quamvis omnes Dei figmentum, 387. Novarum rerum studio quoddammodo delectantur, 814. Homines quibusdam dæmonibus necare, apud ethnicos in more positum, 278. Quænam ab omnibus hominibus vehementer expetantur, 396. Hominis modum excedit omni vitio carere, 510. Homini magnum est, si minus ut nihil peccet; saltem peccat, emendari atque ad viam reduci, 15. Hominis instauratio. Quemadmodum nos primum creavit Deus, ita creatos instauravit, ac reflexit, 695. Et quidem figmento diviniori, primumque figmentum superanti, 695. Hominis reformationem quo pacto fieri oportuit, 854. Homo Deus esse jubetur, 806. Hominem Deum fieri oportet, qua ratione, 215. Quatenus id assequatur, 847. Quo sensu speculum Dei fiat, 576. Nihil tam divinum habet quam benignitatem ac beneficentiam, 323. Homo apud te jumento vilior non est, o homo, quod cum in foveam incidit aut aberravit, erigere ac reducere tibi lex præscribit, 278. Homo calamitosis fit Deus, Dei misericordiam imitando, 276. Quæ homini salutis ratio, 891. Hominem cum Christo sepeliri oportet; Filium Dei esse, atque adeo Deum ipsum, 215. Cur Filius Dei homo vocatus, 535, 900.
Homoousios quid sit, 899. Admitti debet, etiamsi non in Scripturis repertum, 899. In Scripturis invenitur, 899.
Homoousion, id est, aliud ipsum, 901.
Homonymia inter Deum Patrem et Filium, ab Eunomianis per fraudem introducta, 533, 534. Eunomianis ab uno homonymiæ genere ad aliud, ratiocinando transire convicti, 533.
Honestum. Si honestum alterius causa sectemur, virtus instabilis est, 641.
Honor. Qui latebras quærunt ut præstantiori honore digni habeantur, cum iis comparati qui eximias formas paululum ostensas statim ex oculis subducunt, 636.
Horrea divitum, Basilii Magni cohortationibus aperta, 798.
Horrendorum quæ peccatores manent enumeratio, 311.
Hospites apud Scythas occisi, 679.
Hospitalis domus, a Basilio Magno prope Cæsaream constructa luculenta descriptio, 817. Nullum ex septem orbis miraculis ei comparandum, 818.
Hospitalitatis cultor, Lot Sodomita, 258. Hospitalitas Rahb meretrici, alioquin parum laudatæ, justitiæ laudem attulit, 705.
Humanitas a Deo propter nos suscepta, 541, 548.
Humani generis lapsus et redemptio in summa declarantur, 867. Humanæ res velut orbis quidam volvuntur, 319. Mutationi obnoxiæ sunt, 320. Humanæ affectiones quo sensu Deo tribuantur, 570.
Humeri, ut et qua de causa purgandi, 722.
Humilis ac Deo submissus facile contemnitur, 69.
Humilitas publicanum extulit, nullo alio nomine commendatum, 703. Humilitatem gloria comitatur, 92. Humilitatem præ se ferre, et in divinis disputationibus tyrannidem sibi vindicare turpissimum est, 592. Humilitatis ac modestiæ laus, cui præcipue tribuenda, 592. Humilitatis exempla multa passim exstant, ac præ aliis omnium Salvator, 259. Humilitatis falsæ descriptio, 345.
Hur, Moysis manus cum Aarone in monte sustinens, 248.
Hydram nemo unquam lenem et mansuetam dixit, quod novem capita pro uno proferret, 127. Hac similitudine refelluntur qui Julianum a persecutionis crimine vindicant, quare, 127.
Hymni, pro tympanis in Christianorum festis assumendi, 171.
Hypostasis nomine, substantia sive essentia quandoque intellecta, 894. Catholica vocis illius explicatio, 759. Hypostasis, sive persona, 684. Essentia una et tres hypostases pie ab Orientalibus dicebantur, quod primum divinitatis naturam; alterum trium personarum proprietates declararet, 409. Hypostasim ab essentia distinguere Latini non poterant, 109. *Vide* Latini. Hypostases tres.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

sive tres personæ in uno Deo confitendæ; et quidem unaquæque e cum sua proprietate, 579.

Hypsistarii, unde sic dicti, 528, 535. Variæ de illis opiniones, 535. Hypsistarii, radix minime laudabilis, ex gentili errore et legali vanitate conflata, 535. Idola rejicientes, ignem et lucernas colunt, 535. Sabbatum et quorumdam a nonnullis cibis abstinentiam observantes, circumcisionem aspernantur, 535.

I

Idololatræ magis contemnendi quam ea quæ ipsi adorabant, 507.

Idololatriæ origo, 506. Genus multiplex, 506. Idololatriæ consuetudo temporis longinquitate firmata, pro lege habita est, 506. Subsidium ei et patrocinium ex fabulis, 506.

Idolorum cultus, omnium malorum extremum ac primum, 671.

Ignavia simulæ curiositati præponenda, 595.

Ignicolus veritatis post primam Valentis persecutionem imperatus, Basilius Magnus, 905.

Ignis pro Deo habitus et cultus, 506. Utrum angelos velut ignem materiæ expertem et incorporeum existimare oporteat, 668. *Vide* Angeli. Ignis purgans, ad quem mittendum Christus venit in terram : quæ vis ac virtus ejus, 720. Scelerum ultor, quotuplex, 720. Ignis Sodomiticus, quem sulphure et procella permistum Deus in peccatores omnes fundit, 720. Ignis diabolo et angelis præparatus, 720. Ignis divinitus immissus Eliæ sacrificium absumit, 734. Ignis sempiternus, 721. Alius eo mitior, 721. Ignis æterni baptisma, 690. Deum tanquam ignem videt, qui eum ut lucem minime cognovit, 587.

Ignorantia ad præstorum purgationem non sufficit, si in hæreticorum fraudem inciderint, 401. Vulgo fortasse ignoscendum, si fraudem hæreticorum per errorem admiserit; at doctori quo tandem modo id concedatur, 401. Romanorum legem nemini, quamlibet rustico et indocto, ignorare licebat, 401. Nulla lex exstat, quæ criminibus ex juris ignorantia commissis opituletur, 401. Qui Arianæ fraudis auctoribus scienter manus dederunt, minus excusabiles quam qui ex ignorantia iisdem assensum præbuerunt, 401.

Illuminatio, baptismi nomen, quare, 693. Varia et multiplex in baptismo, 721.

Imagines imperatorum adorari solitæ, quo cumulatior ipsis imperatoribus veneratio redderetur, 116. Quid imaginibus illis imperatores, pro suo quique affectu, appingi gauderent, 116.

Imago. Dei Filius imago Patris et bonitatis, 535. Homo, Dei manu et imagine ornatus, 685. Imago Dei in homine, spiraculum Dei corpori insitum, seu anima rationalis, 669. Imago Dei a nobis accepta nec custodita; quomodo restituta, 852. Imaginis divinæ conservatio, vera nobilitas, 221. Imago nulla ex rebus creatis assumpta, Deitatis ac Trinitatis veritatem assequi potest, 432.

Imitatio. Probis viris non exiguam laudem affert summorum virorum vel parva imitatio, 828.

Immensitas Dei, ratione principii et finis consideranda, 818.

Imperator subditis suis se Deum præbeat, 612. Alia ejus officia, 642. Inter postremos apud Deum censeri satius est et sublimius quam apud terrenum imperatorem primas ferre, 204. Imperatores ab Arianis contumeliose spreti, 761. Publicis statuis apud Romanos ornati, 116. Quænam his imaginibus imperatores appingi gauderent, 116. Imperatore indigno est conatus suos et intentiones arte occultare, 117.

Imperatoriæ largitionis dies, tum anniversarius, tum ex tempore aliqua de causa institutus, 117.

Imperium sacerdotale regali præstantius ac perfectius, 323. Imperii ecclesiastici quo major dignitas, eo majus periculum est, 17. Imperium Romanorum, ante adventum Christi, in unius principatum non plane devenerat, 94. Cum adventu Christi simul ingressum est : cum Christianorum rebus incrementum simul accepit, 94. Ab extera natione vastatur, ob improbitatem Christianorum et vigentem adversus Trinitatem impietatem, 415. Imperium et philosophiam in unum coire oportere, sententia est pravo consilio a Juliani amicis usurpata, 97.

Imperare omnes velle, et neminem imperium suscipere par malum est, 13. Imperandum subditis tanquam conservis, 314.

Impietas, ad excogitanda mala solers et ingeniosa, atque ad aliquid aggrediendum mire audax, 594. Paris impietatis est, vel Sabellii more personas divinas connectere, vel Arii instar naturas distinguere ac separare, 576. Multa ferenda priusquam alios impietatis damnemus, 599. Impietatis chirographa ab episcopis exacta post Seleucienses concilium, 800.

Impius. Gravis error cum impius prudens æstimatur, 886. Impii sero damnum suum intelligent, 729. Supplicii barathrum impiis in inferno destinatum, 878. Impiorum, qui nihil præter hanc vitam cogitant, vani sermones, 890. Omnino fugiendi, 884. Eorum, inter morbi cruciatus, confessiones et inutiles pœnitentiæ, 148

Impossibile dicitur, quod habita virium, temporis ac personæ ratione, fieri non potest, 546. Quod plerumque non fit, 546. Quod justitiæ atque rationi adversatur, 546. A quo nostra voluntas abhorret, 546. Quod cum Dei voluntate fieri possit, natura non potest, 546. Quod nulla omnino ratione fieri potest, 546.

Impostura dæmonis in quo posita, 567. Facile impostoram facit quidquid delectat, 149.

Improbitas, flammæ comparata quæ materiam, cujus fetus est, absumit, 426. Considerationis expers, 96. Improbitatem non suspicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus est, 94.

Improborum calamitates et nocendi prurigo, 877.

Impudentia enim, in quo domicilium habet, odio dignum esse coarguit, 885.

Impuro rem puram attingere periculosum, 489. Ut ægris oculis solis radios intueri, 489.

Incantamentis opus non est ad infantium conservationem, 705. Diabolus cum incantamentis illis in leviorum hominum animos irrepsit, 705.

Incarnatio Filii Dei, quo summæ bonitatis consilio peracta, 851. Hujus mysterii consilium fuit, ut hominem instauraret. Deique notam in nobis geramus, tantum ab eo informati, ut ex ipso solo agnoscamur, 215. Ut nobis salus pareretur, 541. Incarnationis causa, Dei benignitas in hominem, invidia diaboli a Conditore suo misere separatum, 685. Incarnationis totius œconomia medicinæ loco nobis est, 25. Mysterium hoc exponitur, 685. In eo Deus homo efficitur, 685. Deus nostra causa humanitatem suscipit, 215. Jesus nostri causa homo factus, 258. Verbum Dei, compositum, nostra causa inanitum, imo etiam humanatum, 557. Cur deinde exaltatum, 557. Quod erat permansit, quod non erat assumpsit, 557. In principio sine causa, propter quam esset, 557. Qua de causa postea natus, 557. Cur humanitas in unam cum eo personam assumpta, 557, 541.

Incarnatio, nova et inaudita mistura, et admiranda temperatio, 671, 852. Alia hujus dispensationis miracula, 671, 852. Divinæ bonitatis in eodem mysterio divitiæ, 671. Citra hæresim Arianam accipienda, qua ratione, 905. In ea Dei Filius hominem induit, 905. Id est, carni et animæ, personæ unitate, sociatus est, 905. Humanam naturam suscepit pro hominum salute, 904. Dei Filius, nostri causa, hominis quoque filius factus est, 727. Arcano modo, ac sine ulla spurcitie ex Virgine Maria progressus, 727. Totus homo, idemque Deus, pro toto homine læso, 728. Impatibilis divinitate, patibilis assumptæ humanitatis ratione : alia ejusdem argumenti, 728. In incarnatione procreatio virginitati admista, 685. Angelicæ virtutes ac potestates Incarnationis consciæ fuerunt, 865. Incarnationis reprehensores, circa lucem tenebrosi, circa sapientiam imperiti; ingratæ creaturæ, diaboli figmenta, 672. Alia multa ejusdem argumenti, 671.

Incertum et inæquabilitas prosperitatis humanæ, 276. Instabilibus ventis fides potius habenda possit, 270. Ideo a Deo permissa sunt, ut iis perspectis ad futuræ vitæ portum contendamus, 271.

Incessus. Modum quemdam ac decorum in incessu tenendum esse, 491.

Incunabulum quoddam sapientiæ, timor Domini, 589.

Indigentia, cupiditatis mater, 573

Infantes sine baptismo defuncti, supplicio non affecti, quare, 708. Quando baptizandi, 713. Quando referendis actionibus obnoxii, 714. *Vide* Baptismus. Infantes ab Herode occisi, ut coætanea Christo victima, et pro eo cæsa, venerandi, 675.

Infelicitatis apud homines maxime grassantis principium, 882.

Infirmitas fratris qua ratione toleranda et curanda, 600 Infirmitates fraternæ, quatenus tolerandæ et curandæ, 600.

Ingenitum et Deus idem non sunt, 531. Ingenitum et genitum inter se opponuntur, ut habitus et privatio, 531. Ingeniti vox in Scriptura non exstat; sed ex ea colligitur, 570.

Inimicitia. Ob inimicitiam facile decipimur; non secus ac it qui vertigine laborant, 417. Absurdum fuerit existimare, dum inimicitiarum et simultatum amore tenemur, Deo qui pro nobis mortuus est, rem gratam fieri, 424.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Inimicus minime suspectus letalius vulnus infert, 762. De inimici casu lætari lex vetat, 100.

Iniquæ judiciorum regulæ. *Vide* Contentio, Iracundia, Inimicitia, Aspectus, Insanire, Criminatio, Vertigo, Impostura.

Iniquitas ex Babylone a senioribus judicibus egressa, 45. De quibusnam illud hodieque intelligendum, 45.

Initiationes superstitiosæ a Thracibus inventæ, 137.

Injuria. Referendæ injuriæ potestas, satis gravis pœna in eo qui injuriam intulerunt, 764. Injuriarum condonatio, cum eas ulciscendi potestas adest, rari admodum exempli, 172.

Innovare. Quibus virtutum operibus non innovari oporteat, 838, 840, 841. Innovatæ apud Isaiam insulæ, gentium Ecclesiæ recens constitutæ, 835. Innovatus, apud Jeremiam, murus æreus, anima firma, recensque ad pietatem compacta, 835. *Vide* Encænium.

Ino Græcorum, eadem quæ Isis Ægyptiorum, 621.

Inobediens Christus quo sensu dicatur, 542.

Inobedientia. Graves pœnæ gravesque minæ adversus inobedientiam intenduntur, 62.

Inopia eorum qui altari ministrant quibus de causis sublevanda, 475. Turpe sane est hæc ei ministros altarium exposcere, et fideles non elargiri, 476. Inopia presbyterum quibusnam divitiis splendidissimum quemque superare possit, 754. Inopia externa a Christianis multis, instar omnium opum, colitur, 146.

Insanire. Libenter omnibus omnia concedimus, hac lege et conditione ut nobiscum insaniant, 418.

Insolentia comitem habet calamitatem, 92.

Insulæ innovatæ, quid apud Isaiam, 835.

Intellectualia. Mens per res sensibiles ad ea evehitur, 505. Intellectualia percipere quantumvis in seipsam collecta mens humana contendat, sensibile quoddam semper irrepit, 505. Intellectualibus, absque rerum corporearum adminiculo, mente conjungi, iis impossibile qui corporibus conjuncti sunt, 505. Hinc allegorica Dei nomina, Spiritus, Ignis, Lux, etc., 505.

Intemperantia et libido corporis, sapientes etiam viros furore afficit, 442. Equulei petulantis et indomiti more, rationem secum arripit, 442.

Invidia probum virum sequitur, 879. Fructuum ejus demonstratio ab exemplis, 657.

Invidus spiritus cum virtute decertans in homine justo, 396.

Invocationis sanctorum exemplum, 450. Item beatæ Mariæ, 443

Iphigenia virgo, cum Dianæ in sacrificium offerretur, qua ratione e periculo extracta, 775. Fit Dianæ sacerdos, et hospites ei immolare discit, 775.

Ipse dixit, summum Pythagoricis dogma, aureisque carminibus præstantius, 133. Verborum illorum sensus, 133. Recens arrogantia, 494.

Ira cito compressa, apis aculeo similis, 546. Adversus dæmonem solum gerenda, 839. Ira et mœrore impletur Gregorius propter Christum, quare, 647. Eorum qui per iræ impotentiam cæcutiunt agendi ratio, 406. Ira, calix in manu Domini appellatur, 500. Doceat pastor quomodo peccatis proportione respondeat, 300. Ira Dei in confessione præoccupanda, 509. Ira Dei naturæ repugnat, 509. Quo sensu Deum irasci Scriptura dicat, 570. Iræ divinæ quamdam fæcem audimus, hoc est, commotionis adversus eos qui ea digni sunt residuum, 546.

Iracundia et contentio, iniquæ judiciorum regulæ, 417.

Iris, pacis ac fœderis a Deo nobiscum initi signum, 870.

Isaac, antequam in lucem ederetur, promissus, 825. A patre oblatus, a Deo non acceptus, ariete in locum ejus substituto, et sacrificio permutato, 862. Basilius Magnus ei comparatus, quare, 825.

Isagogicus Eunomianorum libellus, 523.

Isaias, vocis sublimitate prophetas omnes antecellit, 78. Ad vocationem prompte obedivit, quia vocantis ope confisus, 64. Dominum in gloriæ throno sedentem vidit, 510. Quid sit illa visio incertum, 510. Cæterum nec Isaias, nec alius ejusdem ordinis, Dei naturam aut vidit, aut aliis patefecit, 510. Quam orationem adhibuerit, cum Dei gloriam et cingentes eum seraphinos conspexit, 235. Quinam ab eo ventriloqui dicantur, 55.

Isis Ægyptiorum, eadem quæ Ino Græcorum : ejus sacra, 621. Infortunia, 680.

Ismael potione refectus, Ecclesiæ per Athanasium refectæ imago, 389.

Israel, primogenitus filius appellatus ; sed non eodem sensu quo Christus Dominus, 896.

Israel populus, quare Filium Dei per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis vidit, 902. Vultus Mosaici gloriam ferre non potuit, 682. Infans, dum lege teneretur, 181

Israelitæ obdurati, 389. Quot et quantis virtutibus ornati, et Dei beneficiis affecti, dum pacem inter se et cum Deo habuerunt, 190. Quot et quanta perpessi, postquam in seipsos furere et in multas partes dividi cœperunt, 190. *Vide* Captivitas. Israeli a prophetis objicitur quod filios suos et filias dæmoniis immolarent, 166. Israeli, seminis et radicis loco, relicti pusculi, qui post Seleuciense concilium Arianorum frandi restiterunt, 401.

Israelitarum sub Romanis quanta depressio, 191.

Isthmica pinus miseros adolescentes olim ornabat, 450.

Ithamar, Aaronis filius, sacerdotii oleo delibutus, 248.

Ithyphalli : turpe nomen quod pudor exponere non sinit, 114.

Ixionis cruciatus, 173. Terrores ethnicorum ipsis philosophis etiam placentes, 173.

J

Jacob, patris benedictionem subripiendo, rem bonam non bene per insidias captavit, 59. Quod tamen ab Augustino excusatum, 59. Sublimem quamdam scalam et ascendentes angelos in somnis conspicatus est, 509 Columnam non sine mysterio quodam unxit, 509. Fortasse ut lapidem salutis nostræ causa unctum significaret, 509. Cuidam loco nomen imposuit, *Domus Dei*, 509. Aut *Facies Dei*, quare, 509. Pro pietatis præmio, Israelis nomine nuncupatus, 509. Nec ipse, nec quisquam eo sublimior, gloriari potuit se totum Dei naturam vidisse, 509. Jacobi scala et cum Deo colluctatio, quæcunque tandem illa sit, 825. Forte humani modali cum divina sublimitate comparatio, 825. Jacob pro duabus virginibus, quatuordecim annis Laban Syro serviens, labore non frangebatur, quare, 479. Duodecim patriarcharum parens, 825. Non tantis lacrymis venditum Josephum revocabat, quantis Gregorius pacem absentem, 414. Jacobi circa oves artificium, felicitas, duodecim ex eo nati patriarchæ, benedictionum partitio cum egregia futurorum prædictione conjuncta, 826. Jacob alter, Basilius Magnus, quare, 825.

Jannis et Jambris arrogantia, non jam adversus Moysen, sed adversus veritatem arma induentium, atque adversus sanam doctrinam insurgentium, 52.

Jebus, Jerusalem effecta, 766.

Jehova, quid significet, 552. Quanta apud Hebræos hujus nominis reverentia, 552.

Jejunare. Christus paulo ante tentationem jejunavit ; nos ante Pascha, 715. Jejunium unum idemque est ; at utriusque temporis non parva est differentia, 715. Ille jejunium adversus tentationum impetus objicit ; nobis autem jejunium hoc præstat, ut cum Christo commoriamur, ac festum præcedat purgatio, 715. Ad virium nostrarum modulum jejunium attemperavimus, 715. Quidam tamen ultra virium facultatem in jejunando prosiliunt, 715.

Jephte : sacrificio filius magnificentius erat quod Machabæorum mater obtulit, quare, 296.

Jeremias, receptissimus prophetarum, 901. Prophetarum omnium ad commiserationem propensissimus, 317. Non sorte quadam ac fatali lege sanctificatus, 655. Prophetiæ munus prius subire non audet, quam vim et facultatem a Deo acceperit, 64. Quomodo sacerdotes malos reprehendat, 46. Matri succenset, se in lucem editum dolens, 211. Quousque Jerosolymam defleat, 166. Rebus insanis luctum imperat, ac muros ad lacrymas invitat, 166. Jeremias alter ad comploranda quæ orthodoxi Alexandrini sub Valentis persecutione passi sunt adhibendus, 464. Jeremiæ Threnorum lectio lacrymas movet, 191. Jeremiam aliquem exoptat Gregorius, qui lamentationes suas Ecclesiæ calamitatibus exæquare possit, 595.

Jeroboam, peccati servus : quis eo nomine a Gregorio signetur, 638.

Jerusalem a gentibus conculcata, 415. Templum illius, si quibusdam fides est, rursus exstruendum, et sedes Antichristi futurum, 872. Jerosolymæ solum, quatenus Judæis sub Romanorum jugo pateat, 191. Per diem duntaxat ipsis conspicuum est, ut solitudinem ejus lugeant, 191. Jerusalem superna, una excelsis viris patria, 611. Jerusalem quæ mente percipitur, una est magnorum et excelsorum virorum patria, 447. Civis illius Christus est, et concives Ecclesiæ primitivorum, 221.

Jesu, filius Nave, successor Moysis ab ipso Moyse designatus, 248. Septem tubis, totidemque sacerdotibus muros Jericho evertit, 735, 734.

Jesus, nostri causa homo factus, 258. *Vide* Christus, Filius Dei, Incarnatio. Jesus pura perfectio est, 734. Cui baptismi aqua tinctus, superno testimonio coronatus, tem-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

tatus, 24. Eum qui vicerat devincit, 24. Jesus baptizatur, simul descendamus, ut simul etiam ascendamus, 680. Omnium ejus baptismi circumstantiarum moralis explicatio, 866. Jesus baptizat in Spiritu, 668. Jesus qui piscatores elegerat, ipse quoque piscatur, 645. Alia multa de Jesu, 645. Jesus a navigio per Petrum sblegatus, quare, 378. Quid discipulis suis ad prædicationem eos mittens præscribat, 47. Exemplo suo testis est pulchram rem esse fraternum amorem, 238. Benevolentiam erga homines, 238. Longanimitatem, 238. Corporis castigationem, 239. Orationem et vigilium, 239. Castimoniam et virginitatem, 239. Humilitatem, 239. Inopiam et pecuniarum contemptum, 239. Cum sublimioribus rebus discipulos initiaret, cur mysterium eis in cenaculo impertit, 740. Ei qui a Petro percussus fuerat aurem restituit, 258. Jesu præcursor Joannes, 236.

Jezabel, in diebus Eliæ, adversus prophetas Domini cædem saheisna, 630. Cur eam inspirata divinitus historia præcindit, 630. Naboth vineam mœrenti Achab tradidit, ut ex vinea hortum faceret, luxus ornamentum, mulichres delicias, 631. Jezabeli similes Arianæ mulieres, 630. Quare, 631.

Joanna, diluculo lacrymas profundens, Christianis imitanda proponitur, 864.

Joannes Baptista, vir inter natos mulierum maximus, 618. In lucem editus Zachariæ silentium solvit, 182. Vox est lucerna, Verbi lucisque prævia, 183, 309. Præcursor Jesu, ut vox Verbi, et ut lucerna luminis, 828. Coram ipso in ventre exsiliens, et ad inferos per Herodis furorem transmissus, 828. Quas functiones obierit, 865. Lucerna ante lucem; vox ante Verbum; mediator ante mediatorem; medius inter Vetus et Novum Testamentum, 387. Quid militibus præscribat, 369. Joannis baptisma, nec judaico more, nec tamen in Spiritu collatum, 688. Joanni mors illata per saltationem, 171. Martyrii sui, et illud secuturæ passionis Christi præscius fuit, 687. Novus Elias, et plus quam propheta, quare, 687. Desertum ejus a Gregorio exoptatum, 239. Reliquiæ, sub Juliano Apostata, igni traditæ, 167. Joannis Baptistæ æmulus Basilius Magnus, 828.

Joannes evangelista, cur Verbi præcursor a Gregorio appellatus, 411. Excelsum et sublime de Verbo insonat, 626. Qui hesterna die Joannes erat, *Vide* Dissidia.

Job, ad cruciatum postulatus, 442. Tentatus, confectisque certaminibus victor pronuntiatur, 826. Calamitatis ejus descriptio, 396. In eo virtus cum invido spiritu multis de causis decertabat, 396. In fine certaminis, sanctus vir illustri præconio victor pronuntiatur, 397. In calamitatibus philosophatur, 266. Theologus memoriæ lapsu verba ejus Salomoni tribuit, 573.

Joel sacerdotibus luctum indicit, 42. Altaris ministros, premente fame, in luctu versari jubet, 43.

Jonas, fugitivus propheta, 828. Fugiebat a facie Domini, vel potius fugere putabat, 60. Triduana sepultura, majoris mysterii figuram gerente, comprehensus, 60. Ideo fugit, et Ninivitis prædicare distulit, quod Israelis prolapsionem perspiceret, et gratiam propheticam ad gentes migrare sentiret, 62. Ob eam causam venia fortasse dignus, 62. Jonam concionantem audiamus, ne igne et sulphure velut aquis obruamur, 310.

Jonathas non magis deflctus a Davide, quam pax absens a Gregorio Theologo, 414.

Joppe. Jonas in Joppen, et Joppe rursus in Tharsum, qua causa ductus, 61. Joppe apud Hebræos gaudium significat, 62.

Jordanis cursus intercisus, 86. Aquæ, Christi baptismo purificatæ, 673. Quare, 687.

Joseph ascendit in Bethlehem, ut cum Maria sibi desponsata uxore profiteretur, 371.

Joseph patriarcha : ejus historiæ synopsis, 86. Odio habitus ac venditus, 752. In eo elucet divinæ munificentiæ argumentum, cum ex rebus perditis ac deploratis iter secundis aperire vult, 752. In Ægyptum a Deo ductus; in femina exploratus, etc., 445. Frumenti distributor, sed Ægypti duntaxat, neque id sæpius, nec nisi corporeo modo, 826. Ex servo frumenti distributor, et innumerabilium copiarum pater, 610. Benignitate Ægyptum emit, 799. Joseph alter Ægyptiis, Petrus Alexandrinus, Athanasii successor, 620. Josepho similis Basilius Magnus, 798.

Joseph Arimathæus, ut imitandus, 864.

Josephi Judæi liber de imperatrice ratione, a Gregorio laudatus, 287. Qui hesterna die Joseph erat, *Vide* Dissidia.

Josue, populi antistes, 58. Tubæ illius septem, 733. Militare imperium habuit, et portionum distributionem, 827. *Vide* Jesu filius Nave.

Jovianus, vir ut aliis rebus, ita pietate clarus et insignis, 156. Juliano imperatore in expeditione Persica mortuo, imperator in ipsis castris, atque in ipsa periculorum flamma renuntiatur, 156. Cladis hæres effectus, 156. Nec manus cum Persis conserere, nec progredi ullo modo potest, 156. Castra movere copiasque reducere satagit, 156. Totus in eo est ut exercitum servet, nervosque Romanis relinquat, 157. Fœdera cum Persis inire cogitur, conditionibus turpibus sane, Romanorumque potentia indignis, 157. Hoc nisi feciaset, ne ignifer quidem, ut dici solet, exercitui superfuisset, 157. Alia in Jovimi excusationem, 157. Jovianus mira pietate animique lenitate præditus, 408. Veritatem in sexcentas opiniones distractam quærit, ut aut universum orbem concilliet, aut optimæ parti se adjungat; excelse simul ac magnifice de rebus maximis cogitans, 408.

Jubilæus annus. *Vide* Annus

Judæus, in festis celebrandis litteræ soli addictus, 731.

Judæi, Dei hostes, 108. Per totum orbem hospites et peregrini, 415. A Juliano imperatore in Christianos immissi; templi scilicet instaurationem ex libris suis fatalem esse persuasi, 149. In id opus et manu multa, et animi alacritate ac labore incumbunt, 149. Uxores eorum, omni ornatu in operis structuram collato, nec teneris membris parcentes, pietatis officiis sese fungi existimant, 149. Repentina terræ agitatione simul una repelluntur, 149. Vicinum templum ingredi conantes, ignis e templo occurrens alios absumit, alios præcipuis membrorum partibus truncat, 150. Hoc uno jam ore omnes referunt, 149. Nec fidem quisquam derogare potest, 150. Clarius adhuc miraculum, lux in cœlo crucem in orbem describens, 150. Aer eodem signo sanctificatus, 151. Vestes eorum qui hæc narrabant vel audiebant crucis notis consignatæ, 150. Infideles multi, hoc miraculo perculsi, ad sacerdotes properant, et baptismo purificantur, 150. Astrologi, astronomi et mathematici ad hujus signi contemplationem provocati, 150.

Judaica parcitas est, si ingenito solo divinitatem circumscribamus, 579. Judaicæ sapientiæ est, relictis rebus syllabas consectari, 571.

Judaismus et gentilismus e diametro oppositi. *Vide* Gentilismus. Judaismus, theologiæ morbus, cujus Arius Alexandrinus auctor, 30.

Judas, cur filius perditionis dictus, 871. Invidia laqueo dignus et proditor effectus, 638. Judæ imitator Julianus, 108. Nisi quod non laqueo, ut Judas, pœnitentis animi significationem dedit, 108. Judas alter, Maximus cynicus, 483.

Judex. Homo rerum suarum tardus judex, 589. Idemque alienarum diligens explorator, 589. Judices non judicandi, 369. Judices, populi Hebræorum antistites, 58. Judices multi magnis et excelsis viris gravissima quæque facilius condonant, quam humilibus quidquam levissimi momenti, 245. Judicum iniquitas, apud Deum expostulandi causa, 42.

Judicium. Dei de nobis judicium magis curandum, quam mortalium omnium in unum coactorum, 640. Judicia Dei tum universam rerum machinam, tum res quoque nostras gubernantis, cur inaccessa et inscrutabilia, 320. Ultimi Dei judicii descriptio, 305.

Judico. Amantes et non amantes de iisdem rebus non eadem judicant, 417, 418

Jugum Christi suave et onus leve, qua ratione, 859.

Julianus imperator, draco, Apostata, magna mens, Assyrius, communis omnium hostis, 78. Mala quæ fecit, quare lugenda, 100. Gregorii duæ in eum orationes scripiæ tantummodo, non coram habitæ, 73. Julianus, exercitu in proceres armato, cum Gallo fratre servatus, nec Deo ob salutem, nec imperatori per quem salutem acceperat, gratias habuit, 86. Inde mali labes, 86.

Julianus et Gallus, velut generis reliquiæ, a Constantio ad imperium servati, 87. Splendide in imperatoria domo educati, 87. Christianæ philosophiæ operam dederunt, et in clerum ascripti divinos libros plebi lecitarunt, 88. Gallus natura ferocior, vere tamen pietatem colens; Julianus mansuetudinis obtentu morum pravitatem occultans, 88. Ambo æqualibus expensis, non pari voluntate, Ædem sacram exstruunt, 88. Galli munus, ut Abelis, acceptum, Juliani repudiatum, 89. Idque miraculo declaratum, 89. Miraculum, novum illud quidem, sed tamen verius quam mirabilius, 89. Complures ejus testes oculatos Gregorius offert, 90. Julianus Christi discipulus fuerat; multaque ad salutem spectantia partim dixerat, partim audierat, 100. Ad virilem ætatem progressus, majorem impietatis partem, id exigente imperatoris disciplina, occultat, 91. Quæ tamen interdum sese prodit, 91. Instar ignis in materia latentis, et aquæ in subterraneis compressæ, 90. Fidis amicis mentis arcanum aperit, 91

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

De religione disputando plus quam æquum est, pro ethnicis contendit, 91. Iis omnibus gaudet quibus morum impietas exprimitur, 94. Gallo fratre Cæsare facto, pro animi libidine perniciosis studiis et præceptoribus operam dat, 91. Siderum scientiam et præstigiarum artem colit, 91. Magistri ejus ex triviis et barathris collecti, 96. Dum Athenis versaretur, Gregorii Theologi eruditionem et pietatem cognovit, 206. Multa mala imperio Romano portendere Gregorio visus est, 161. Quæ morosi et commotioris ingenii signa præberet, 162. Gregorii verba, ut hæc conspexit : *Quantum malum sibi alii Romanum imperium*, 162. Eorum testes appellat Gregorius, quotquot Athenis cum eo erant, 162.

Julianus Gallo fratri, ob illicitas molitiones interempto, in Cæsaree dignitate succedit, 92. Constantii deliberatione, 93. Constantius ob id per apostrophen a Gregorio increpitus, 93. Tum excusatus, ob lenitatem et probitatem quæ minime suspicax est, 94, 95. Julianus Epaminondas et Scipiones intuitus, iter cum exercitu carpit, victum tenuem amplectitur, eorum belli gerendi rationem laudibus effert, 109. Ne ad intuendas Christianorum philosophorum, id est, monachorum, virtutes compellatur, 110. Quibus ex rebus benevolentiam concipere debuit, ex his ad majus odium incensus est, 96. Hæc eum philosophi docuerunt, 96. Non tam de fratris interitu, quam de secundis Christianorum rebus dolebat, 97. Fratrem ut hostem, propter religionem, habebat, 97. Philosophiam et imperium in unum coire oportere dictitans, quare, 97. Julianus, primus Christianorum ut adversus imperatorem rebellaret in animum induxit, 137. Ut quondam Scytharum servi adversus dominos suos rebellasse feruntur, 137. Primum illius arrogantiæ facinus fuit, quod sibi ipse diadema imposuit, 98. Tum ab Occidente pedem movet; quo prætextu; quo fine, 98. Ingenti celeritate regionem suam et barbaricæ oræ partem aliquam peragrat, transitumque, fallendo potius quam vincendo, rapit, 98. Aulæ imminere incipit, dæmonum promissis fretus, an structis Constantii vitæ insidiis, 99. Progredientem exercitus Constantii circumstat, eique fugam omnem præcidit, 99. Interea Constantius obit, de sua in Julianum benignitate se excusans, 99. Quem tamen sibi successorem designat, 99. Julianus, ut Constantii corpus celebri pompa delatum ad urbem regiam accessit, ei obviam procedere cogitur, 159. Detracto diademate, demissoque, ut decebat ante imperatorem, aspectu, 159.

Julianus vix imperium adeptus est, cum impietatem palam profitetur, 101. Initiationi Christianæ exsecrabilem initiationem opponit; impuro sanguine baptismum abstergit, 101. Quidquid sanctitatis per baptismum et Eucharistiam contrahere potuerat, eradere conatur, 101. Per incisiones et sacrificia imperialem aulam constituit, 101. Rumor de coronata cruce, quam ipsi sacrificanti victimarum exta ostenderunt, 101. Gregorius hac de re dubii et ancipitis animi, 101. Prodigium, si falsum est, in auras abeat, 102. Julianus in aditum horrendum, impostore comite, descendit, 102. Spectris et nescio quibus magis perterritus, seipsum cruce signat, 102. Cedunt dæmones; rursus audacia, terrores, signaculum, dæmonum fuga, 102. Sinistra veritatis interpretatio ab antistite sacrorum, 102. Julianus ad exitii voraginem ductus, ab eo die dæmonibus oppletus, 103. Enthusiasmis asciptus, 103. *Vide* Enthusiasmus. Julianus, primus imperatorum Christianorum adversus Christum furore percitus, 407. Statim atque imperator declaratus, erga Constantium improbe, erga Deum improbius se gerit, 407. Persecutionem omnium quæ fuerunt teterrimam excogitat, certaminis honores martyribus invidens, 407. Julianus, Ecclesiæ persecutor, 103. Vim non bene successuram animadvertit, quare, 103. Callide et artificiose bellum gerit, 103. Delatos martyribus honores invidet, 104. Quo plura adversus honores illos commiscitur, hos eo majores reddit, 104 Maximæ stoliditatis per apostrophen arguitur, quod Christi hæreditatem et mysteria tollere aggressus sit, 107. Nec magnos Christi pugiles veritus sit, 108. Neniarum quas, spreta religione, admiratur, descriptio et irrisio, 109. Julianus, ante omnia gloriam Christianorum nominisque celebritatem insectatur, 105. Impietatem edicto non profitetur, verum turpiter et ignave pietatem vexat, 105. Vim et tyrannidem populari turbæ permittit, velut proposita lege non scripta id se velle promulgans, 105. Suadendi partes sibi assumit, crudeli usus lenitate et violenta persuasione, 105. Æthiopis instar iguis ardorem non abjicientes, 105. Aliæ comparationes, 105. Christianis, in quidvis, præter clementiam, se vertit, 105. Melampo vel Proteo similis, 118. Christianos, contumeliæ causa, Galilæos vocat, 112. Ita vocari lege constituit, 114. Quod perquam juvenile ac leve et imperatore indignum, 114. Absurde cogitavit nomen illud pudori vel dolori futurum esse Christianis, 115. Multa nomina, ab ejus vita petita, Christianis adversus eum supperierant, 105. Victimarius, Pissæus, Adonæus et Tauriceromus a quibusdam appellatus est, 105. Miru est hujus rei facilitas, 105. Id vero ad scenam et theatra remittendum, 116.

Julianus Christianos sceleratum agmen vocat, quo dissoluto Romanum imperium in prisca felicitate cerneretur, 137. Hæc verba improbitatem lenitate tectam resipiunt, 138. Stratagemate omnibus persecutoribus familiari, a domesticis exordium sceleris ducit, 106. Ex magnatibus qui benevolo erga Constantium animo fuerant, alios interficit, alios expellit, 106. Præcipua judiciorum illorum causa, Christianismus, 106. Militum partem non minimam ad se pertrahit, 104. A multis, tum proceribus tum plebeiis, ut levis quædam machina a firmissimo muro repellitur, 107. *Vide* Cæsarius. In Labarum vexillum audacia effertur, 107. Leoninæ pelli vulpinam, aut Minois larvam injustitiæ prætexens, leniter vim affert, 106. Imaginibus suis dæmones adjungit ut cum eo dæmones honorentur, aut ipse affectus contumelia videatur, 117. Fraus ad notandum infamiæ perpetuæ imperatorem abunde sufficiens, 117. Hunc impietatis laqueum pauci effugiunt; ob eam rem pœnis addicti, 117. Pietatis pars videbitur in condenda illius temporis tragœdia vel comœdia laborare, 116. Julianus fraudem militibus donativum accepturis facit, ut idolis thus incendant, 118. Exercitus totus parvo igne atque auro, ac per exiguum sufflitum corruit, 118. Hoc nefario consilio perfecta sunt quæ Persarum myriades et omnia tormenta efficere non potuissent, 118. Milites quidam, agnita fraude, eam detestantur, 119. Eorum ad Christum oratio, 119. Ad Julianum, 119. Exsilio tantum mulctati, ne martyres fiant, 120. Julianus vim ad impietatem accipit ex petulantia Christianorum, 91. Ejus persecutio sævissima, 461. Hoc unum proceribus ad gloriam abunde fuit, quod imperatoris voluntatem sua crudelitate superassent, 461. A dæmonibus sæpe prostratus, ab eis gratiam inire studet, 112. Versutis ac sophisticis argutiis persecutionem tegit, 353. Nunc allicit, nunc comminatur, 353. Præfectus militum ab eo missus, Nazianzenum templum sibi tradi exposcit, 563. Gregorio seniori urbis episcopo cedit, alioquin cædendus, 353. Juliani furor varius et inconstans; Ætnæo igni similis, 120. Edicta in ædes sacras proponit, 120. Seditionum pluribus in locis adversus Christianos hinc exortarum lamentabilis enarratio, 121. *Vide* Alexandrini. Gazæi. Heliopolitæ. Arethusii. Provinciæ præfectum exsilio mulctat, quod, seditione in Christianos exorta, multis Christianorum in judicium raptis, in nonnullos etiam gentilium animadvertisset, 127. *Nihil grave* esse judicat, *si manus una gentilis decem Galilæos interfecit*, 127. Nullum persecutionis edictum hoc verbo expressius et formidabilius, 127. Quam incaute ac imprudenter auctorem illius a persecutionis crimine quidam absolvant, 127. Adhuc inhumaniora facere instituit, 128. Alia iniquo peragit, alia spe et minis velut adumbrat, 128. Draconi et fulmini hac in re similis, 128. Quæ nec Diocletianus, nec quivis collegarum ejus in animum induxerunt hæc ille cogitabat, 129. Consilia ejus adversus Christianos, 352.

Julianus Christianos libertate spoliare, ab omnibus conventibus, foris, publicis cœtibus, ipsisque adeo tribunalibus arcere constituebat, 129. Insulsæ rationes quibus consilium illud culpa vacare contendit, 129. Scripturæ loca profert, quibus injurias ulcisci prohibemur, et similia, 130. Ratiocinationis hujus lepida et solida refutatio, 130. Quo prætextu Christianos humanioribus litteris tum docendis, tum discendis interdixerit, 179. Quo fine id egerit, obscurum non est; at inde timiditas ejus et ignavia clarescunt, 80. Christianos Attice loqui prohibuit, ne vera loquerentur non impedivit, 80. Nihil est in quo magis, quam in litterarum doctrina Christianis interdicenda, iniquum se præbuerit, 131. Lata lege sermones Christianis eripuit, 132. Inde factum est ut quare sibi maxime gloriandum existimabat in ea maxime inepiret, 132 Sermones et *Græcari*, gentilium; stoliditatem et rusticitatem, Christianorum esse contendit, 132. Nec quidquam aliud, quam *credere*, sapientiæ Christianorum esse, 133 Refellitur 1°. Sermones et Græcismum quorumdam præ aliis esse, insulsa est opinio, 133. 2° *Credere* Christianorum Pythagorici non irriserint, quibus *ipse dixit* dogmatum omnium maximum est, 133. 3° *Credere* Christianorum divinæ est auctoritatis, 133. Julianus invidia in Athanasium concitatur, 407. Christianos imperio subjicere parvum ducit; Athanasium superare gloriosum, 407. Palam aperteque eum a civitate exturbat, 407. Rapsaces alter, 158. Ut omnes alliciat, blande loquitur, et Christianorum instituta imitari cogitat, 407. Non tamen ultra cogitationis somnum procedit, 159. Ethnici, nonnisi similarum instar, Christianorum sanctiones, divina potestate vim adeptas, imitari possunt, 407. Idque Julianus

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

expertus esset, 407. Conventus ethnicorum, ad imitationem Ecclesiæ Christianæ ordinati, et eorum quæ tibi docerentur, longa et ridicula descriptio, 140. Julianus sic animo comparatus erat, ut ad præsentes acerbitates aliquid quotidie gravius excogitaret, 147. Duorum juvenum, sub ejus persecutione, constantia, 175. Furit in dies vehementius adversus Christianos, non secus ac fluctus super fluctus excitans, 148. Alia ejus facinora, quibus describendis Herodoti ac Thucydidis otium et linguam adhiberi oporteret, 126. Orontes fluvius nocturnas cædes, socia imperatoris opera, occultat, 126. Concavæ ac semotissimæ aulæ partes, lacus, putei, fossæ, mysteriis scatent dissectorum puerorum et virginum ad magicas operationes, 126. Hæc omnia premere atque occultare satagebat, 126. Quæ in Cæsarienses ob dirutum Fortunæ templum admisit, ei objicere fortasse non æquum fuerit, quare, 126.

Julianus *Misopogonem* adversus Antiochenses, qui barbam ejus irrident, una cum Libanio componit, 175. Opus, vivente Juliano, ab adulateribus commendatum; eo extincto, ut mera barba cum suis auctoribus spretum, 175. In eo Julianus magnopere se inflat, quod nunquam ex nimia saturitate eruditatem contraxerit, 175. Quod Christianos tam acerbe vexaverit, consulto præterii, 175. Gregorii ea de re sententia, 176. Julianus Judæorum quoque nationem in Christianos immittit, 149. Inveterato nostri odio in eorum pectoribus clam flagrante utitur, 149. Eorum in patriam reditum, et templi instaurationem ex ipsorum libris fatalem esse affirmat; idque facile persuadet, 149. Miraculorum, quibus in id opus incumbentes repulsi sunt, enarratio, 149. *Vide* Judæi.

Julianus ad ipsum calamitatum suarum caput tandem devenit, 151. Prosperi cujusdam adversus Occiduos barbaros bellici successus occasionem rapit, 152. Duplicem exercitum inde movens, alterum militum, alterum dæmonum, adversus Persas expeditionem suscipit, 152. Rebus Romanis adhuc exulceratis, alienam regionem cogitat, 152. Salmoneo similis, 152. Trajanos et Adrianos sibi ob oculos proponit, 152. Carus et Valerianus in Persarum finibus oppressi in mentem ei non veniunt, 152. Totus in eam expeditionem fertur, omni divinationis et sacrificiorum vanitate in unum collecta, 153. Christianos omnes dæmonibus subjicere vovet, si modo propositi compos exsistat, 153. Eos dæmonibus, instar cujusdam victimæ, promittit, 164. Basilius et Gregorius conatuum et artium illius adversarii, postremi quoque ad persecutionem reservati, 174. Inter hæc, Christianorum defensio una est, spes in Deum, 164. Quas voces in eum emitterent, 164. Quibus gemitibus cum eo expostularent, 165.

Julianus ob expeditionem Persicam publicis et scurrilibus vocibus exagitatus, 159. Assyriæ partem, quam perluens Euphrates illic cum Tigride miscetur, capit et pervastat, 153. Persis incursionis ejus celeritate deceptis, aut consulto eum allicientibus, quædam castella diruit, 153. Ad Ctesiphontem castra ponit, 153. Arcem firmissimam, cui ex arce alia fortissima Cochen appellata robur accedit, 153. Eam inexpugnabilem repertam, cum ultra procedere non posset, a tergo relinquit, 153. Euphrate Tigridi juncto, naves e fluvio ad fluvium tuto pervectas conservat, 154. Persicæ copiæ, viæ transitibus occupatis, eum ne porro progrediatur inhibent, 154. Quo se vertat non habet, 154. Cujusdam Persæ transfugam se simulantis oratio ad Julianum, ut naves incendat, et frumenta projiciat, 154. Julianus, credula levitate, maxime autem Deo exagitante, dictis fidem habet, 154. Languet exercitus, animis concidit, in imperatorem accenditur; nihil bonæ spei reliquum est, 155. Quemdam de eo sermonem commemorant, quasi Romanis ipsis salutem invideret, 155. Sermonis illius tenor, 156.

Julianus lætale vulnus accipit, 156. Hoc mirum est eum, ut artis divinatoriæ peritum, non prævidisse, 156. De vulneris hujus auctore varii et incerti rumores, 156. Graviter ex vulnere ægrotans, in fluminis ripa jacet, 156. Eos imitari contendit qui ex hominum oculis se subduxerunt, eamque ob causam pro diis habiti sunt, 156. In profluentem corpus suum projicere conatur, 156. Id minime prætermittendum, quia maximum perditæ illius amentiæ argumentum habet, 156. Eunuchus, hac re cognita, aliisque patefacta, conatui obstitit, 156. Julianus cum sic et imperium gessisset, et bellum administrasset, sic quoque a vita discedit, 156. Vis Numinis ultricis eum ad Persas ablegavit, illicque causam disceptavit et mortuum reduxit, 407. Julianus finem amentiæ suæ dignum tulit, 162. Deo consueta patientia erga eum uti nolente, quare, 162. Aruspicinæ quam colebat, et eorum omnium quæ in Christianos et Persas constituerat, quanta vanitas, 163. Angelorum opera exstinctus est, 78. Obitus ejus, quo tempore, 73. Juliani cum turpis et fœda expeditio, tum vero turpior atque ignominiosior reditus, 152. Funeris illius cum Constantii funere comparatio, 157. Julianum mortuum histriones et mimi ducunt, probris et ludibriis incessunt, 159. Eique fidei abjurationem, cladem et vitæ finem exprobrant, 159. Tarsensis civitas eum excipit, 159. Hic illi fanum ignobile, ac ne piorum quidem oculis spectabile, 159. Julianum mortuum, si cujusdam narrationi fides, terra nequidem ad sepulturam assumit, sed æstu vehementi projicit, 408. Eo exstincto, carbones ejus molestiam adhuc inferebant, 658.

Juliani compendiosa imago, 159. Regum omnium impiorum vitia in se collegisse videtur, 148. Defectionem Jeroboam, crudelitatem Achab, duritiem Pharaonis, sacrilegium Nabuchodonosoris, 149. Nulla unquam natura ad malorum inventionem illius natura aberior fuit, 149. Post Herodem persecutor, post Judam proditor, post Pilatum christicida, post Judæos Dei hostis, 166. Nabuchodonosor alter, 759. Cur Christum invisum habuerit, 759. Per impietatem et pervicax vitii studium, nominis splendorem sibi conciliare obnititur, quare, 95. Homo, judicio suo, mortalium omnium facundissimus, 79. Orationes illius nefariæ; magis nefaria sacrificia, 79. Sapientia insipiens, 79. Altaris ignem accendens vetulis mulieribus suffitiones et reflationes ostentat, 161. Buccæ illius indecore tumentes risum ingentem ipsis etiam genti fibris excitant, 161. Propinationibus et poculis meretrices palam publiceque provocat, vicissimque provocatur; mysterii obtento petulantem libidinem obvelans, 161.

Julianus tale monstrum fuit, quale nunquam antea visum fuerat, 162. Duobus aut tribus aulicis impietatis mercedem ita persolvit, ut omnes Romanorum terras expilaturi viderentur, 159. Latrociniis et avaritia Centumanos vincebant, 159. De aulicis illis etiam ethnici querebantur, 159. Provinciarum imperia crudelissimis hominibus committit, 139. Ad hæc obtinenda unum suffragium erat, a fide defectio, 160. Ob gloriæ studium omnia sibi arrogat et jus dicere vult, 160. Hinc causæ multæ, interjecto unius noctis spatio, commutatæ, non secus ac fluctuum reciprocationes, 160. Judicis munere fungens, aulam clamoribus ac membrorum strepitu implet, 160. Quod Elysii campis et Rhadamanthi gloria, quam affectabat, prorsus indignum, 160. Sodales multos ex Asiaticis scholis, quasi beneficiis eos ornaturus, accersit, 160. Cum absunt illud *sodalis* multum propinat, calculorum præstigiis et oculorum ludificationes ostentat, ac præterea nihil, 160. Multos rusticorum ad se, ut plebis mos erat, accedentes palam pugno ferit, calcibusque impetit, 161. Juliano exstincto, sermonum et præstigiarum ejus vanitas demonstratur, 167. Ethnicæ religionis mysteria et oracula ludibrio rursus habentur, 168. Item et falsi dii, 168. Deorum illorum nomina et attributa, 168. Qui Christianos persecuti sunt, vulgi et civitatum clamoribus exagitantur, in theatris, in foro, in conventibus, 175. Ab ipsis etiam qui persecutionis socii fuerunt, ipsimet dii, deprehensa fraude, præcipites deturbantur, 168. Juliano interfecto, quid Christianis incumbat, 163. Ut impiorum exitum lugeant, et hostes suos benignitate prosequantur, 165. Ut calamitatem eorum defleant, et futurum cruciatum deplorent, 166. Ne quidquam eorum quæ perpessi sunt faciant. 172. Ne præteritæ castigationis obliviscantur, 170. Sed ad seipsos redeant, atque hoc tempus tranquillitatis prudenter ac moderate constituant, 170. Quonam pacto id assequentur, 170. Gravissimæ Gregorii ea de re ad Christianos admonitiones, 169. His tamen non obtentibus, ad triumphalem cantum sese convertere debet oratio, 169. Quibus canticis Gregorius utatur, 169. Julianus, tributis exsequendis præfectus, Gregorii amicus, iisdem cum eo magistris ac disciplinis usus; pia patria et familia ortus, 373. Litteris et doctrina semper ad optima quæque doctus, 374. Julianus alter, totius Cappadociæ procurator, 316. Hunc in Nazianzenos iratum Gregorius oratione aggreditur, ut eum ad mansuetudinem revocet, 316.

Junonis meretricii mores, 142.

Jupiter. Exemplum ejus honori parentibus debito contrarium, quare, 145. Item pudicitiæ et continentiæ, 145. Item sobrietati, 146. Jovis partus et subreptio, 678. Quantum mysteria nostra hujusmodi nenias anteceliant, 678. Jovis sepulchrum in Creta ostenditur, 169.

Jusjurandum omni ratione fugere convenit, 885. Idque præsertim quod in Dei nomine concipitur, 885 Jusjurandum Christianis solis interdictum, quare, 146. Qualem jurisjurandi formam Spiritus sanctus episcopis condiderit, 471.

Justificatus parabolam spiritus immundi contemnetur, 719.

Justina virgo et martyr, qualis fuerit, 442. Quibus modis a Cypriano tentata, 443. Statim atque insidias intelligit, Deum adversus detestabilem amorem sponsum asse-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mit, 443. Virginem Mariam supplex obsecrat ut periclitanti virgini opem ferat, 445. Quod proprie et absque figura dictum, 457. Aliis operibus Deum sibi propitium reddit, 443, 444. Victrix e certamine discedit, 445, 444.

Justitia, nomen Filio Dei attributum, quare, 555.

Justus. Mira res, cum injuriarum et calumniarum ignibus hic non exploratur, 597.

Justi sicut luminaria sunt in mundo, qua ratione, 691. Persæpe impiorum manibus ac potestati deduntur, non ut illis honor habeatur, sed ut horum virtus exploretur, 595.

Juvenis prudens regi stolido anteponitur, 880. Juvenes quibusnam disciplinis vel ad virtutem, vel ad vitium erudiantur, 786. Juvenes duo, sub Juliano Apostata, crudelibus pro fide suppliciis vexati, 175. Juvenes viduæ a matrimonio per Novatianos arcebantur, 690. Juvenum consilia, senum sententiæ male prælata, 640.

Juventuti quid agendum ne malis scipsam tradat, 890.

L

Laban Syrus. Jacob ei quatuordecim annis serviens haudquaquam labore frangebatur, quare, 472.

Labari vexilli descriptio, 107.

Labefactare ac perdere facilius est quam conservare, 473. Constituta labefactare facilius, quam labefactata restituere, 814.

Labor quandoque sanitatem affert; idque novo exemplo declaratur, 800. Quod non sine labore atque industria partum est, arctius tenetur, 504. Labori homo nascitur, 473.

Laborare. Hoc ipsum, amplius laborare, amplioris mercedis loco habendum, 706. His quidem certe, qui animo sunt non omnino illiberali et sordido, 707.

Labyrinthus Cretensis, poetarum figmentum, 516. Quinam exitus et ambages illius in comparatione favorum, quos apis, admiranda prorsus industria, ordinare novit, 515.

Lacedæmonii, ad Dianæ aram virgis lacerari pium habebant, 134.

Lacæna mulier, ut omnes alias antecellit, ita Christianorum ritus omnibus humanis adinventionibus præstant, 139.

Lacrymæ afflictorum cur non spernendæ, 859. Lacrymæ philosophorum Christianorum (monachorum) peccati diluvium, et mundi piamentum, 110. Lacrymæ, pro hæreticis obstinatis fundendæ, 690. In lacrymis seminandum, ut in exsultatione metamus, 310. Lacrymis ad Deum fusis misericordia vicissim rependi solet, 444.

Lacte quidam alendi sunt, 34.

Laici ne levissima quidem errata Ecclesiæ pastoribus concedunt, 589. Laicorum officia erga sanam doctrinam, 659.

Lamech : cur pœna septuagies septies de eo repetita, 755.

Lapis angularis. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900.

Lapsus proximi non ridendus, quare, 840.

Largitionem, non oblatæ rei pretio, sed offerentis affectu et facultate Deus metitur 568. *Vide* Eleemosyna.

Latini, ob linguæ suæ angustias et verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non poterant, 409. Ideo, ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum induxerunt, 409, 410. Quæ jejuna de vocibus altercatio diversæ fidei speciem præbuit, 410. *Vide* Sabellianismus, Arianismus.

Latro cruci cum Christo simul affixus, qua ratione imitandus, 864. Cum Jesu paradisum ingressus, 864.

Lavacrum, baptismi nomen, 695.

Laudatio. Res laudatione crescunt, quatenus, 770.

Laus rerum honestarum, prima bene merendi ratio est, 454. Æmulationem parit, 454. Quominus bonorum qui extremum diem clauserunt laudes prædicentur, invidiæ metus impedire non debet, 219.

Lazarus quispiam, si quando ad domus fores provolvatur, qua de causa reficiendus, 716. Lazarus pauper, quam periculose hic contemnatur, 643. Lazarus in sinu Abrahæ, 741. Dives per magnum et inextricabile chaos a Lazaro sejunctus, 741. Eum rogat, nec tamen ejus opem impetrat, quare, 476. *Lazare, veni foras* : magna vox Verbi, qua peccatores ad vitam redeunt, et funebribus vinculis solvuntur, 718. Ut Lazarum quatriduo mortuum Deus ad vitam revocavit, sic Maximum cynicum quadriennio exsulem in patriam reduxit, 465.

Lebes Delphica, exstincto Juliano, non jam vaticinatur, 168

Lectoris in Ecclesia officium, 792. Lectorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ concinnitas a Gregorio commendata, 756.

Legalem sanguinem aquæ baptismi puritate superant, 698. Evangelium legalibus præceptis laboriosius et aerumnosius esse nemo dixerit, 859.

Legationes pro pace a Basilio missæ, 803.

Leno. Lenonum ministeria dæmones exercent, 443.

Lenocinium. Quam lenocinii mercedem ambiant dæmones, 443.

Leo Magnus (S.). Præclara ejus verba ad dignoscendam in Christo utramque naturam, 556.

Leo. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900. Leo in siderum numerum ascriptus, quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis, 150. In Ezechielis visione vim irascibilem designat, 870. Leo rapiens et rugiens, quis, 497. Non accusandus quod non simiæ vultum præferat; quid inde? 820. Summum virum a rebus minimis commendare, idem est ac leonem ab unguibus laudare, 223. Leonum furor a Daniele, in lacu, vinctus, 828. Ut leonum et cæterorum animantium non iidem sunt motus atque impetus : sic nec præfectorum et subditorum, 401.

Leoninæ pelli vulpinam prætexere, 116.

Leontius, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, 338. Unus ex illis erat a quibus Gregorii pater salutis auxilium poposcit, cum Nicæam ad concilium generale contenderent, 338.

Lepra, hoc est, deformis pravitas, 718. Qui ea solutus est, purgationem sacerdoti ostendat, quare, 718. Lepra vel morbo sacro laborantes, cur in pretio habendi, 282.

Leprosus septem diebus purgatur, 734. Leprosus, grave et miserandum spectaculum, 263. Leprosorum pauperum lamentabilis status, 263. Gemitus eorum internis templi cantibus ex adverso respondet; atque adversus mysticas voces miserabilis luctus excitatur, 266. Benevolentia erga leprosos vario argumentorum genere suadetur, 266. Leprosus decimus, quanquam Samaritanus esset, alios tamen grati animi officio vicit, 718. Hic, præ cæteris, imitandus, 719. Leprosorum tristis imago, 818. Basilius Magnus eos osculatur, et ut fratres amplectitur, 818.

Levi, in lumbis Abrahæ, 529. Qua ratione in lumbis patris esset, antequam in lucem prodiret, 582.

Leviathan. Diabolus hoc nomine vocatus; non ideo Jesu, qui agnus et margarita dicitur, præferendus, 688.

Levitæ, gradibus et officiorum varietate distincti, eximium ordinis ac disciplinæ specimen, 591. Arcam gestabant, 591.

Levitatis opinionem subeunt, qui facili momento in contrarias sententias feruntur, 192.

Lex. Deus legem, prophetas, ac prius etiam naturalem legem non scriptam, eorum quæ geruntur censorem dedit, 276. Legis mandatum, lucerna et lumen est, 694. Lex, arbitrio Adami præscripta, 867. Quasi materia, libero arbitrio tradita, 850. Lex vetus homini data, velut maceria quædam inter Deum atque idola interjecta, 854. Cum primum ferretur, terrores multi eos qui ad montem acciti erant inferiori loco sistebant, 55. Lumen typicum erat, veritatem adumbrans, 694. Futurorum et spiritualium umbra fuit, 853. Difficile est suam cuique figuræ allegoriam excogitare, 853. Lex rudis infantem Israelem multis arietum millibus tenebat, per cruenta sacrificia futurum adumbrans, 181. Lex Moysi data, iisque qui e vulgo sunt, litteralis; iis qui supra vulgus ascendunt, spiritualis, 55, 377. Mysteria Paschæ Domini Jesu adumbravit, 862. Ad Christum deducebat, 855. Præcepta ejus multa integritatem animæ significantia, 56. Peccatorum fines duntaxat prohibet; nobis vero ipsæ etiam peccati causæ crimini vertuntur, 859. Legis participatio, alia evangelica, alia litteralis; prior affectanda, 865. A lege ad gratiam transeundum, 57. Legis et prophetarum caput est unitas spiritus in vinculo pacis, 438. Summa legis, charitas, 260. Lex animarum dispensatoribus rectaeque doctrinæ arbitris a Gregorio præscripta, quænam, 757. Velle imperatoris lex est non scripta, et quidem scriptis legibus firmior atque valentior, quare, 127. Legis nostræ non est, vi et coacte, sed sponte gubernari, 251. Qui legem legunt, legem non intelligunt; qui se legis interpretes prolitentur, magistris aliis opus habent, 648. Legisperiti Jesum Christum de perfectione interrogant, 648. Suprema et prima Dei lex imitanda, quænam, 274.

Libanus. Juliano exstincto, rursus Ecclesia canit : Pudefactus est Libanus, 166.

Libellus repudii. *Vide* Repudium.

Liber viventium et pereuntium, 373. In eo jam inscri-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

pti summus pro vitæ actæ merito, 373. Libri nonnulli Scripturæ sacræ juvenibus apud Hebræos interdicti, 600.

Libera voluntas ad laudem obtinendam necessaria, 656.

Libertas arbitrii, cur homini data, 850. Libertati quasi materia lex est, 850. Libertas et divitiæ primi hominis in sola mandati observatione sitæ erant, 275. Libertas et regnum est, dominationem probe agnoscere, 432.

Liberum arbitrium. Qui hominem primum creavit, liberum eum suique arbitrii reliquit, sola mandati lege coercitum, 275.

Libido, sapientes etiam viros furore afficit, 442. Equulei petulantis et indomiti more, rationem secum abripiens, 442. Saturitatis filia, 439. Sub deorum nomine culta, 507. Mysteriorum obtentu a Juliano imperatore obvelata, 161. Turpe est, cum ætate consenueris ac defluxeris, libidinem tamen minime consenuisse, 703.

Libra. Divinitatem ad libram expendere non licet, 794.

Licentia principe carens eximenda, 12.

Lignum scientiæ intempestive perceptum, nos a ligno vitæ removerat, 25. Christus ideo crucem conscendit, ut ligno sanctitatem afferret, 439. Adamus per Christum ad vitæ lignum adductus, 25. Per ignominiæ lignum, ad vitæ lignum, unde exciderамus, revocati sumus, 609.

Lingua nisi ratione gubernetur, in lapsum facile impellit, 71. Linguæ parcere quam præclarum sit, 880. Ac necessarium, 881. Linguæ prurigo, ætate Gregorii vigens, 376. *Vide* Constantinopolitani. Linguæ prurigo Eunomianis objecta, 492. Cur manibus vinctis linguam armavimus, 492. Vetus linguarum divisio, laudabilis; quæ in Pentecoste evenit, laudabilior, 743. Varietas linguarum quibus apostoli loquebantur, signum infidelibus erat, non fidelibus, 742. Ista locutio : *Audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes*, ambiguitatem habet, 743. Quomodo intelligenda, 745. In linguis apparet Spiritus sanctus, propter cognationem quam cum Verbo habet, 740. In linguis igneis, an propter purgationem, vel propter essentiam divinam, 740. In linguis dispertitis, ob gratiarum diversitatem, 740. Nec diabolo aditum aut ansam, nec improbis linguis licentiam dare oportet, 427. Cum linguis pugnare sacerdoti non vacat, 641. Sacerdos ne sacrificium altaris offerat, priusquam lingua ejus exsultatione impleta sit, divinæque melodiæ plectrum effecta, 57. Linguæ Latinæ inopia effecit, ut Occidentales hypostasim ab essentia distinguere non possent, 409.

Littera. De litterarum inventoribus conjecturæ, 136. De litteris disputare, quam turpe, 737. Hæreticorum erga litteram studium, impietatis est obtentus, 557. Litteræ Judaico more serviunt, qui relictis rebus syllabas consectantur, 571. Litteræ vetustas fugienda, ut spiritus novitati serviatur, 57. E littera surgendum ut spiritum sequamur, 646. Litteram duntaxat prospicienti Christus petra offensionis est, 322.

Liturgia Basilii Magni, 797. Liturgia pro remedio a Gregorio seniore adhibita, 358.

Liver res secundas, misericordia calamitatem sistit, 320. Invidorum tabes, affectuum omnium iniquissimus simul et æquissimus, quare, 637. Ea quæ recta sunt, inficere vult, 427. Muscæ in oleo morienti, et suavitatem corrumpenti, similis, 427.

Logos. Λόγος apud Græcos, idem quod apud nos *ratio*, 900. Inter Deum Patrem et Filium personas vel vocabula distinguit, quia et ipse Filius ratio dicitur, 900.

Longanimitas pulchra res est, 258. Testes Christus, et Stephanus, 258.

Loquacitas inepta, pils hominibus jucunda non est, 559.

Loqui. Inexplebilis est hominum loquendi et audiendi sitis, 874. Frequenter, non tamen absque modo et mensura, de Deo loquendum, 593.

Lot. Ei qui Sodomitæ universi non anteponendi, 753. Lot Sodomita, moribus tamen haudquaquam Sodomita, 258. Hospitalitatis cultor, 258.

Lucas in Achaia prædicat, 611.

Lucerna supra candelabrum collocanda, numeris omnibus absoluta divinitatis confessio, 251. Ideo Basilius Gregorium pontificem unxit, quia passus non est lucernam modio, ut dicitur, obduci, 240. Lucernæ quibus totum Ecclesiæ corpus illustratur, quænam sint, 171. In Christianorum festis adhibendæ, 171.

Lucianus philosophorum vitia frequenter irridet, 111.

Lucifer et Eusebius episcopi Occidentales, Cæsareæ Cappadociæ adsunt, et orthodoxos omnes ad suas partes pertrahunt, 795.

Lucifer angelus, propter superbiam caligo effectus, 849. Ob splendorem ita dictus; ob superbiam caligo effectus, 668. Ob invidiam et mentis elationem prolapsus, 657.

Lucius Alexandriæ sedis invasor, secunda quædam Ægypti plaga, secundus Arius, 462. Quorumdam flagitiorum ejus enumeratio, cum omnia referre pigeat, 462. Tabeel nomine a Gregorio designatus, 463.

Lucrius. *Vide* Mercurius.

Ludere. Adversus seipsum ludere, quam periculosum et stolidum, 704.

Lumbi et renes qua ratione per baptismum lustrandi, 723. Quandonam in veritate succincti, 860.

Lumen primum ac purissimum, deitas, 721. Primum, Deus trino splendore micans; secunda lumina primique luminis radii, angeli, 836. Lumini magno conveniebat opificium suum a lumine auspicari, 837. Lumen hoc nostrum quod nocte scinditur, ante solem creatum est; postea vero ad orbem illustrandum soli traditum, 857. Forma solis est, 837. Lumen primum Deus, secundum angelus; tertium homo, 693. Alia lumina hominibus a Deo concessa, 694. Lumen de lumine; vox de Filio Dei, etiam ab Arianis dicta, licet in Scripturis non exstet, quid inde, 898. Non tamen recto sensu ab eis intellecta, 898. Lumen illud quod Deus est, æstimari, comprehendi et examinari non potest, 900. Luminum quæ Scriptura commemorat, enumeratio et explicatio, 720. Lumen omne quod cernitur, perexiguus divinæ lucis radius est, 589. Lumen pervigilii Paschæ quænam lumina referat, 816. Veluti profesta quædam animorum voluptas est, 816. Luminum dies, quænam apud Gregorium, 676. Quæ et quanta hujus diei gratia, 677. Unum illud lumen fugiendum, quod ex sævo igne (scelerum vindice) nascitur, 720. Aliud verum, aliud fallax; de utroque multa, 721.

Luminaria in mundo effici; quidnam hoc, 721.

Luna, mundi gubernatrix habita, 506. Novæ lunæ festum, ut a gentilibus celebratum, 170. Lunæ affectiones, ut in multorum notitiam venere, 519. Ignotæ de luna quæstiones, 521.

Lupus Arabicus, alios omnes crudelitate et proceritate vincit, 497. Luporum, quos animarum pastor timere debet, agendi ratio, 473.

Luscus. A lusco non differt qui vel solos mores vel solam doctrinam consecutus est, 779.

Lutum. Gentiles qui obscenis sacrificiis corpora sua mundabant, lutum luto purgabant, 486.

Lux, nomen Filio Dei attributum, quare, 554. Una lux in tribus solibus, unam deitatem in tribus personis utcunque repræsentare posset, 565.

Luxus divitum exponitur et perstringitur, 268.

Lydius lapis ad quem catechumenorum animos exploratur, 712. Lydiorum tyrannis, ut a Gyge occupata, 786.

Lyra Orphei, 689.

M

Macedoniani (qui Spiritum sanctum creaturam habent) contumeliosi sunt et mali servi, atque adeo malorum pessimi, 736. Dimidia ex parte recte sentiunt, 571. Blasphemiæ ansam ex eo arripiunt, quod Scriptura Spiritum sanctum nec dilucide nec sæpe Deum vocet, 569. Refelluntur, 569, 574. Rabulis comparati, 564. Catholicos Trideitas vocant, cum ipsi eadem ratione Bideitæ vocari possint, 564.

Machabæi, apud multos non honorati; digni tamen qui ab omnibus honore afficiantur, 286. Gregorius eorum historiam ex Josephi historici libro de imperatrice ratione desumit, 287. Non ideo contemnendi, quia ante crucis mysterium tales fuerunt, 287. Machabæi, Eleazari filii (spirituales), 288. Fortes et magnanimi filii, nobilis matris nobilis soboles, alacres veritatis pugiles, 288. Antiochi temporibus superiores, sinceri Mosaicæ legis discipuli, exacti patriorum rituum custodes, 288. Numero septem, 288. Unum spirantes, unum ad vitam iter, hoc est, mortem pro lege Dei oppetitam, agnoscentes, 288. Non minus animis quam corporibus fratres, mortis causa inter se æmuli, 288. Hoc unum metuentes, ne fessus tyrannus cruciandi finem faceret, 288. Machabæorum sermones ad tyrannum, quales fuerint in summa declaratur, 290. Quibus verbis seipsos mutuo cohortentur, 292. Se, velut aprorum dentes, invicem acuunt, 293. Facinus eorum Jephte sacrificio cautius atque magnificentius, quare, 296. Danielis certaminibus haudquaquam inferius, 297. Juvenum in Assyria captivorum luctationibus haudquaquam cedit, 297. Machabæi martyribus Christianis laude haud inferiores, quare, 297. Judæorum status in hujus certaminis periculo continebatur, 297. Ipse quoque Antiochus eos demiratus est, 297. Machabæorum mater, sollicita ne non ipsis supplicium inferatur, 288. Sacrificium ejus Abrahæ sacrificio præstantius, quare, 289. Quanta

Digitized by Google Распознавание текста ABBYY

ejus animi fortitudo, 289. Qua ratione cum filiis decertarit, 294. Ejus exhortatio ad filios, 294. Ad Deum gratiarum actio post consummatum eorum martyrium, 294. Orationem ad tyrannum convertit, et filiis adjungi se postulat, 295. Ad rogum, ut ad nuptialem thalamum, currit, ne sanctum et generosum corpus profani homines contingant, 296. Machabæorum exemplum sacerdotibus, matribus et adolescentibus propositum, 277.

Machina mundi inscrutabilibus Dei judiciis regitur, 522. Tota hæc rerum machina in fine dissolvenda, aut in præstantiorem statum commutanda, 585.

Madianitæ universi, uni Moysi non anteponendi, 753.

Mænades Quales feminas fabulæ Mænadas vocent, 631. Arianæ mulieres simile quiddam eorum procacitati una nocte perpetrarunt, 631. Nefandi hujus spectaculi descriptio, 632.

Magia, Persarum inventum, 137.

Magister. Magistri nostri bonitas æmulanda, 370. Non magistri pietatem nobis imitandam proponemus? 572.

Magistratus potestas iniquo animo non ferenda, 522. Magistratus immanes et sanguinarios quale supplicium maneat, 890. Magistratibus quibus periculum est ne baptismi gratia depereat, quid agendum, 704.

Magnus vir magna, parvus parva aggrediatur, 59.

Magus. Cyprianus magus arte illa in notitiam hominum venerat, 442. Artis hujus libri a Cypriano publice propositi, et in ignem conjecti, 444. Magi artem sacrificandi, et per victimas vaticinandi, sectantes, 680. Magi omnium Regem agnoscunt, et ex sideris aspectu cœlestem conjectura assequuntur, 371. Magorum dux stella, quæ prius ab ortu in Bethlehem concurrit, 150. Magorum dona Christum Regem, Deum, et nostræ salutis causa moriturum testantur, 674.

Major, vox ab Eunomianis jactata ut Patris et Filii æqualitatem tollant in Trinitate, 544. Cum Pater major Filio dicitur, majoris vox ad causam (principium) referenda, 544. Ratione humanitatis, Pater Filio major intelligi potest, 545. Sed non tam honorifice, quam ratione principii, 545.

Malachias, quid malis sacerdotibus exprobret, 45.

Maledicentia : quis fructus ex ea colligendus, 420. *Vide* Accusator. Maledicentiæ et audaciæ portas omnibus aperit nimia hæreticos in Ecclesia recipiendi facilitas, 51.

Maledicere. Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur, 649.

Maledictio matris eradicat fundamenta, 649. Maledictio montis Gelboe, 312.

Maledictum nostri causa, Christus, 512.

Maligni et improbi, ex eo quod alios calumniis incessunt, vitiis suis opem ferre moliuntur, 822.

Malum, non a Deo creatum, sed nostrum opus est et diaboli, 727. Ex incuria et socordia ad nos irrepsit, non autem a Creatore; ejus essentia nulla, 727. Mali causa nullatenus Deo ascribenda, 98. Ex boni incuria nascitur; non secus ac tenebrarum principium est lucis secessio, 372. In malo perseverare funestum et exitiosum, 767. De origine malorum, quibus terra nonnunquam afflictatur, variæ ac perutiles quæstiones, 302. Mala hæc levia sunt in comparatione iræ, ignis et carbonum qui impios in altera vita manent, 304. Malum malo non permutandum, sed bonum semper tenendum, 759. Malis premuntur viri sancti, 348. Quibus de causis, 348. Malo alieno eruditi nos oportet. 314. Quisquis premitur, ingeniosus et solers esse solet ad quærendam mali depulsionem, 444. Malum malo extrudi nonnunquam evenit, 444.

Malus celerrime adducitur ut bonum etiam virum condemnet, 395. Crimen est apud Christianos non modo malum exstitisse, sed etiam a malo parum abfuisse, 146. Malus male perdetur : sententiæ hujus applicatio ad Julianum imperatorem, 130.

Mamas (S.) insignis pastor et martyr, prius quidem cervas mulgebat, ad eum novo et inusitato lacte alendum properantes, 842. Festum ejus in metropoli (Cæsarea Cappadociæ) vere novo et magna populi frequentia celebratum, 842.

Mammona iniquitatis ad comparandos amicos impendatur, 861.

Manassis confessio, Deo accepta, 368.

Manes. Manis tenebræ, 460. Una cum tenebris materia, 614.

Manichæorum tenebræ longius philosophorum commentis projiciendæ, 331.

Mansiones apud Deum multæ, 493, 601. Omnes implebuntur, 493. Mansionum illarum diversitas, quomodo intelligenda, 493.

Mansuetudo quandoque pro amentia habetur, 612. Mansuetudinis exemplar, David, 259.

Manue perisse se existimat quod Dei visionem natura sua præstantiorem habuerit, 255. Timore mortis correptus, quod Deum viderit, 577. Conspectum Dei, per imaginem sibi observantis, ferre non potuit, 510. Timore correptus, cum Dei species ei objecta est, 682.

Manus Christi pro impiis, et propter eos, clavis confixæ, 24, 108. Manus, qua ratione purificandæ, 723. Res maculæ omnis expertes impura manu contrectare, nefarium et exsecrabile est, 884. Manus Moysis, ad precationem compositæ quantum potuerint, 253. Manus hominis, sub pennis animalium, in Ezechielis visione, 870. Ordinem et disciplinam significant, 870. Manus Absalonis cum illo, proverbium, 394.

Mara, aqua amara, et ad potandum non bona, per vitæ lignum dulcis reddita, 637.

Marcelliani, personarum Trinitatem cum Sabellio negabant : unde Galatæ dicti, 422.

Marcion, Dei hermaphroditi introductor, 560. Marcionis Deus, ex elementis et numeris conflatus, 614.

Marcionitæ, quem Æonum numerum colant, 732.

Marcus evangelista in Italia prædicavit, 611. Marci thronus, Alexandrina Ecclesia, 390.

Marcus Arethusius, hæreticorum fidei formularum auctor, 122. Vir eximius a Gregorio dictus, 122. Ex ignorantia factorum, 122. Immanissime ab Arethusiis habitus, quod templum Constantii nutu eversum, sub Juliano instaurare noluerit, nec teruntio vitam redimere, 122. A pueris ad pueros pendulus remissus, qui stilis corpus illius excipiunt, 123. Alia suppliciorum genera quibus affectus est, 124. Ex ipsis etiam cruciatibus delicias capit, 124. Unus ex iis fuerat qui Julianum principem, cum totum genus ipsius periclitaretur, servaverant, 125. Sallustii præfecti et pagani verba ad Julianum de Marci cruciatibus, 125.

Mare, et magnitudine et lenitate mirabile, 517. Variæ ac multiplices de mirabilibus ejus quæstiones, 517. Paucissimis Scripturæ verbis verius explicantur, quam prolixis physicorum disputationibus, 517. Mare propter Hebræos scinditur, 445. Scissum Hebræos transmisit; et rursum coiens Ægyptios obruit, 86. Mare a Xerxe Persarum rege verberibus cæsum, 804. Mare fluviis qui in ipsum influunt opus non habens, cujus imago, 775. Turbidum et ventis agitatum, humanæ vitæ et rerum humanarum imago, 477. Mare Parthenicum, per quod Gregorius, Alexandria in Græciam navigans, gravi tempestate jactatur, 331.

Margarita. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900. Margarita pretiosa cum omnibus bonis a Gregorio commutata, 181. Margarita undique sibi similis et æque fulgens, qualiscunque imago Trinitatis, 627.

Maria, soror Moysis, triumphale carmen auspicatur, 83. Lepra inficitur, quod adversus fratrem murmurasset, 638.

Maria, Virgo Deipara, 525. Animo et carne a Spiritu præpurgata, 851. Dei Filius in eam illapsus est, 901. Deum concepit et peperit, 903. Ex ea Dei et hominis Filius processit, 903. Arcano modo ac sine ulla spurcitie, 727. Maria Virgo a Justina virgine invocatur, 443.

Maria quædam, Maria Salome et Joanna, ut imitandæ, 864.

Maritimæ urbes, cur necessariis rebus affluant, 797.

Mars vulneratus, aut æneo carcere conclusus, 142. De eo alia quædam, 142, 168. Mars ad iram incentivus, 146.

Martyr impetus omnes persecutorum frangens, scopulo incursantes fluctus propulsanti comparatus, 446. Primus Martyrum, Christus, 439. Martyres, victimæ pro Christo cæsæ, Christi pugiles, 108.

Martyres quidam, Juliani, qui postea imperator fuit, dona recusant, quare, 90. Martyres, multum utilitatis præstant ad vitam recte instituendam, 439. Divinitatis consequendæ mediatores, quo sensu, 245. Eorum memoria celebranda; et cætera omnia eorum certaminibus inferiora censenda, 439. Festivitates eorum ut celebrandæ, 244. Certamina ut honoranda, 244. Quibus honorum generibus delectentur, 450. Virtutum officiis colendi, 449. Martyrum exemplo certandum, ut quotidianis saltem dimicationibus easdem coronas, aut his proximas, consequamur, 566. Martyrum vel sola corpora idem possunt quod animæ sanctæ; et sanguinis gutta idem quod corpora, 108. Martyres morbos curant, dæmones pellunt, apparent, futura prædicunt, 108. Pacem Ecclesiæ Constantinopolitanæ peperierunt, 629. Martyribus præclari honores et festa constituta, 108. Martyrum encomia a Basilio Magno composita, 822. Gregorius honoribus eorum oblectatur, 439. Martyres quidam vivi, et victoriæ suæ superstites, 773. Martyrum baptisma, 688. Martyrum sepulcris ignes a Gentilibus admoti, ut per eorum ignomi-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

nism aliosve certamine deterrerent, 167.

Martyrii vel sanguinis baptisma, cur cæteris augustius, 698. Martyrii lex est, ut nec ultro ad certamen accedatur; nec illud, cum adest, detrectetur, 775.

Mater Machabæorum. *Vide* Machabæi.

Mater filiorum Zebedæi, 665. Quid a Jesu postulavit, quid ad hæc Salvator, 665. Qua ratione hæc mulier excusanda, 665.

Matres quædam carnis duntaxat matres sunt, 295. Qua ratione se gerant erga filios suos. 295.

Materia et forma : ex illis corpora constant, 430. Materia primigena ex non ente procreata, 529. Eam æternam esse nonnulli confingunt, 529. Materiam deprimentem superare quam difficile, 55.

Materno affectu nihil mollius, 655.

Mathematicæ disciplinæ a quibus inventæ, 136.

Matrimonium inire quibus expediat, 651. Matrimonium, bonum est; sed virginitas illo præstantior, 652. Etsi honoratior est virginitas, non ideo turpe et ignominiosum est matrimonium, 703. Quale esse debeat, 704. *Vide* Conjugium. Matrimonii Christiani exemplum, 221, 222. Matrimonio junctorum officia mutua, 650. Consilium, non lex eis datur, ut ex communi pacto et consensu, certis temporibus, continentiæ vacent, 704.

Matthæus publicanus, animarum negotiator per Spiritum sanctum effectus, 742. Cur Publicani cognomentum perinde atque aliud quoddam nobilitatis insigne adjungat, 441.

Mausoli sepulcrum, 818.

Maximinus imperator adeo in Christianos sæviit, ut persecutores qui paulo ante exstiterant humani fuisse viderentur, 775. Impietatis principatum ambiebat, 775. A multis diversa ratione superatur, 773. Persecutio ejus omnium atrocissima, 775.

Maximus philosophus et Cynicus, a Gregorio laudatus, 451. Utrum Heronis quoque nomen habuerit, 451. Ab iis Maximis accurate discernendus, ad quos Athanasius et Basilius scripserunt, 452.

Maximus, qualis Gregorio visus ante revelatam hypocrisim. Philosophorum, atque etiam veritatis martyrum optimus ac præstantissimus, 454. Adulterinæ doctrinæ confutator, 454. Virtute, tam quæ in contemplatione quam quæ in actione versatur, eminens, 454. Canis, non impudentia, sed oris libertate; non ingluvie, sed quia in diem vivit; non latratu, sed boni custodia; et quia virtutis familiares mulcet, alienis autem oblatrat, 455. Dignus qui in universo Ecclesiæ cœtu victor proclametur, ob devictum hæresis mendacium, 455. Veritatis athleta verissimus, et persecutorum suorum, per patiendi alacritatem persecutor, 455. Ex optimis optimus, et ex nobilibus nobilissimus, 455. Quod videlicet non tantum martyr exstiterit, sed etiam ex martyribus, 456. Si corpus spectetur, Alexandria ortus; si sapientiæ ratio habeatur, totius orbis terrarum civis, 456. Luxum, delicias atque opes et potentiam magis aspernatur, quam ii alios aspernari solent qui his rebus excellunt, 456. Maximus philosophiam Christianam eligit, mentem suam orationis elegantia distrahi nequaquam passus, 457. Vitam communem solitariæ præfert; medius inter Græcorum vanitatem et Christianam sapientiam incedit, 458. Illorum habitum et larvam, istorum autem veritatem et sublimitatem profitetur, 458. Peripateticorum, Academicorum et Epicureorum sectas repellit; quod Cynici malum gerunt abhorret; quod bonum fovent amplectitur, 458. Humanæ philosophiæ fructus secundo loco semper habuit, obiterque ac velut per ludum attigit, 459. Primarium et antiquissimum ejus studium, pro jure et æquo cum præsidibus expostulare, aliaque veri cynici munia obire, 459.

Maximus, calamitatum quas Alexandrini Catholici sub Palladio duce et Lucio pseudo-episcopo experti sunt, particeps, 464. Plagis affectus, fortitudinem in omnium oculis, tanquam in columna sculpsit, 465. Cum lingua ejus munus suum obire non posset, etiam tacens constantiæ magistrum se præbuit, 465. In Oasim solitudinem exsulatum missus est, 465. Multarum ibi virtutum specimina præbuit, 465. Post quadriennium ab exsilio redux, ut Lazarus post quatriduum ad vitam revocatus, 465. Maximus, qualis a Gregorio descriptus post revelatam hypocrisim : peritissimus vitii artifex, pastor ideo factus ut lanîaret et dispergeret, atque aliorum labores infringeret, 473. Ob pecunias Ecclesiæ, Gregorio bellum infert, et Judæ proditori similem se præbet, 483, 484. Altare adversus altare a sectatoribus ejus erectum, 485. Legitimorum pastorum simplicitate ad gregis dissolutionem et exitium abutuntur, 485. Maximus quibusnam fretus Anastasiam invadit, 470. Consecratores ejus superveniente magistratu expulsi, ritum in tibicinis domo peragunt, 470.

Mederi. Mira medendi ratio, qua Deus contraria per contraria procurat, 183. Varia curationis illius exempla, 185

Mediatio Christi, 550. *Vide* Christus.

Mediator ante mediatorem, Joannes Baptista, 387. Inter Deum et homines, sacerdos, 55. Mediatores divinitatis consequendæ martyres, qua ratione, 245.

Medicina, philosophiæ, laboris atque industriæ fructus, 789. Basilio Magno ob corporis morbum et curationem necessaria, 789. Medicinæ acrioris incommoda, et præcipue moralis, 854. Medicinæ spiritualis scopus est animæ pennas addere, mundo eam eripere Deoque dare, 25. Christum per Spiritum sanctum in pectoris domicilium admittere, 25. Medicinæ regula in curandis Ecclesiæ membris, 599. Verbis illis constat : *Argue, increpa, obsecra*, 599.

Medicus. Medici animarum, ut eas curare debent, 25. Ad corporis medicos provocantur, 25. Medici nomen non statim obtinetur, quid inde ? 791. Medicus imperitus, qua ratione se gerit in morbis deploratis, 699. Horas largitur, quarum potestas penes eum non est; de morbo post mortem disputans; aut recessibus suis mercedem augens, 699.

Medius. Media quadam via incedendum inter eos qui crassiore omnino ingenio sunt, et eos qui nimio contemplationis et anagogiæ studio tenentur, 854.

Mel. Mellis ipsius satietas vomitum movet, 490.

Melampus et Proteus, vates in quamvis formam sese immutantes, 118. Julianum imperatorem Melampum quemdam aut Proteum suspicari licebat, 118.

Melampygus, turpe nomen quod explicare pudor non sinit, 114.

Melchisedech Christus eo nomine vocatus, ut matris expers quoad naturam divinam, patre autem carens quantum ad nostram, 556. Ut rex Salem, id est, pacis, et rex justitiæ, 556.

Meletius, Antiochenus antistes, inita paulo ante cum Paulino concordia, Constantinopoli moritur, 745. Tum Gregorius pacis conditiones observari petit; quo negato, de abdicanda sede cogitat, 745.

Melote Elisei, 610.

Membrum. Alii aliorum in Christo membra sumus, 587. Membrorum hominis functiones, et eorum inter se concinnitas, 513. Membra mortificanda, et omnia per spiritum absumenda, qua ratione, 214. Omnibus membris purificemur, 721. Quomodo et qua de causa, 722.

Memoria martyrum celebranda, 439. *Vide* Martyres. Optimi potissimum viri memoria colendi sunt, 438.

Memoriæ et reminiscentiæ discrimen, 597. Utriusque causa difficile cognoscitur, 597. Qui patitur, memoria tenacior est, 607.

Memphis, urbs Ægypti, Apis vituli adoratrix, 621. Memphiticus Apis a Christo ejusque discipulis superatus, 621.

Menander, malum natura sua bono propinquum esse non male cogitavit, 819.

Mendacium. Verum unum est, mendacium multiplex, 554.

Mendesium, urbs Ægypti quæ hircum deum habebat, 621. Mendesius hircus a Christo ejusque discipulis superatus, 621. Mendesii dii, 169.

Menœcei sanguis pro Thebanis effusus, 109.

Mens ad hoc creata ut sursum tendat. 510. Cum in eodem loco maneat, omnia lustrat ac pervagatur, 597. Sensuum opera cum externis versatur, atque externa excipit, 597. Languet humana mens ac fatiscit, quandiu cum sua infirmitate ea quæ vires ejus superant speculatur, 505. Per res sensibiles ad intellectualia evehitur, 505. Mens intermedia per quam Filius Dei cum carne conjunctus est, 537. Mente prædita natura, divinitatis propinqua est, 669.

Mensa in Christianorum solemnitatibus frequentanda, qualis sit, 171. Spiritualis et divina, in qua reficimur, et deliciamur, nec propter saturitatem quidquam petulantius agimus, 171. Mulier vidua cui vis infertur, ad sacram mensam confugit, 811. A Basilio Magno defenditur, 811. *Vide* Basilius. Mensæ divitum cum pauperum mensa comparatio, 268.

Mensura eadem qua mensi fuerimus, nobis a Deo rependetur, 372.

Mentiri. Nunc ego mentior, propositio nec vera nec falsa, 329.

Mercatores illi non æmulandi, qui amittunt maxima ut exigua tueantur, 424.

Merces. Mala non bonæ rei merces, 493. Merces a Christo judice ad justam Dei lancem exigenda, 728. Bonis lux, seu Deus sese spectandum cognoscendumque præbens; malis contra, tenebræ atque aversio a Deo. 728. Æqua mercedis repensæ inæqualitas, ab iis non intellecta qui priores in vinea laborarunt, 502. Mercede aliquid

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

facere, secundus honestorum virorum gradus est, 104.
Mercurius. Exemplum ejus ad avaritiam, ad quæstum indecorum et furtum incentivum est, 145.
Mereri. Prima bene merendi ratio est, rerum honestarum laus, 454.
Meretricis merces a templo exterminata, et excussa, 90. Meretrices propinationibus et poculis a Juliano Apostata provocatæ, et vicissim eum provocantes, 161.
Metuere. Nihil perinde metuendum ac ne quid magis quam Deum metuamus, 192.
Metus. Pœnæ metu a scelere et maleficio deterreri, tertius honestorum virorum gradus est, 104. Secundus mercede facere; primus, bono propter bonum ipsum conjungi exoptare, 104.
Meus et tuus, voces in Ecclesiarum dissidiis frequentes, quousque audientur, 763.
Michæas, Sion in sanguinibus ædificari non ferebat, 41. Quid præfectis et sacerdotibus denuntiet, 42. Qua ratione luxum reprimat, 274.
Midas, nihil præter aurum possidens, 787.
Militares ordines, pro suo quisque gradu ac dignitate, donativum accipiebant, 118.
Milites stipendiis suis contenti sint, 369. Militum pars non minima ad Julianum Apostatam pertracta, 106. Juliani fraude, ad thus diis adolendum illecta, 117. Quidam, agnita Juliani fraude, eam detestantur, 119. *Vide* Julianus.
Militiæ lex, ecclesiasticis in exemplum proposita, 791.
Minerva, e Jovis capite nata, 679. Minerva virgo, draconem parit, 168. Tibias exsecrata dicitur, posteaquam aquis, vice speculi usa, eas dedecori esse perspexit, 161.
Minima quæ sibi offeruntur, Deus accipit, 568.
Minister baptismi sigillo regis comparatus, quare, 712. Quidquid inter ministros intersit, baptismi vis eadem est, modo eadem fide informentur, 712.
Minos et Rhadamanthus, nugæ, 789. Minois larvam injustitiæ prætexens Julianus, leniter vim affert, 116.
Minuta, ne in magnis rebus in rationem mittantur, 711.
Miraculum. Novo atque insitato sceleri et impietati signum aliquod et portentum accedere, a vero non abborret, 101. Hoc persæpe jam in maximis mutationibus accidit, 101. Miracula Dei antiqua recensentur, 253. Miracula noctis Paschæ, 856. Miracula Moysis, Eliæ et ipsius Christi, cur temporibus illis congruentia, 798. Miraculum in gratiam Ezechiæ regis Juda editum, 350. Miracula antiqua cum prodigiis quæ Deus in Julianum operatus est, conferuntur, 85. Olim pro Israele facta, ut hodie renovantur, 861. Miracula Christi, invidiæ in eum conflatæ occasio fuerunt, 715. Miraculum Transfigurationis, 591. Miracula quinque panum, et septem panum, 734. Miracula martyrum, 108. Monachorum, 110. Miracula in gratiam avorum Basilii Magni facta, 774. Gregorio ea referenti nemo fidem abrogabit, nisi qui nihil magnum existimarit persecutiones et pericula Christi causa suscepta, 777. Prave utique et admodum periculose judicans, 777. Miraculum, quo pars templi a Juliano exstructa sæpe concidit, 89. Complures hujus testes oculati, 89. Miraculum in Gregorii Senioris baptismo, 339. Gregorius Senior miraculo sanatur, 350. Gorgonia, 229. Miracula quæ templi Jerosolymitani instaurationem prohibuerunt, 149. Septem mundi miracula, quænam, 818. Domui alendis pauperibus a Basilio Magno constructæ minime comparanda, cur, 818.
Miser existimandus, qui materiæ usque adeo hæret, ut nec in veritatis radios mentis aciem intendere, nec supra inferiora hæc assurgere queat, 387. Hac cæcitate miser est, etiamsi res hujus vitæ illi ex animi sententia fluant, 387.
Miserabiles, ut adjuvandi, 262. Varium et multiplex eorum genus, 262.
Miseratio ex animo collata, magnum est calamitoso remedium, 277.
Miseriæ est extremæ non propriis viribus, sed aliorum imbecillitate nitl atque confidere, 433.
Misericordia. Nullus omnino cultus Deo perinde gratus est, ut misericordia, 260. Misericordia naturæ Dei consentanea, 309. Misericordia et veritas Deum præcedunt, 260. Misericordia Deo ante judicium offerenda, 260. Deus in pondere et judicio misericordiam ponit, 260. Misericordiam Deus vult, non sacrificium, 285. Per misericordiam et fidem peccata purgantur, 285 Misericordiæ officia animæ sordes abstergunt, 283. Misericordia in pauperes, ut exercenda, 284. *Vide* Pauper.
Misericordia per misericordiam concilianda, 514. Misericordiam, qua ipsi egemus, Deo feneremur, 810. Misericordia calamitatem sistit, 320. Non in postremis beatitudinibus est misericordia, 284. Homo, Dei misericordiam imitando, calamitosis deus est, 276. Misericordiam in seipsum quisque facere potest, 14. Misericordiæ divinæ sponsor Gregorius in calamitate publica, 309.
Misopogon, Juliani imperatoris opusculum adversus Antiochenses, qui barbam ejus irridebant, 175. Vivente Juliano, ob purpuram commendatum; eo exstincto, ut mera barba irrisum, 175. *Vide* Julianus.
Missionis libellus, id est, apud Gregorium, episcopale munus abdicandi licentia, 766.
Mistio nova in incarnatione Verbi, 671. Hæc mistio quænam, 685.
Mithras ignis supplicio probat eos qui sacris ejus initiantur, 680. Sacris ejus initiandi, per duodecim tormentorum genera probati, 125. Mithræ crudelia sacra, mysticæ ustiones, 109.
Moabitis et Ammonitis Domini ecclesiam ingredi non licebat, 51. Moabitis comparantur qui dialecticis et impiis sermonibus adversus divinitatem insurgunt, 760.
Modestus, Orientis præfectus, 806. Illustre Basilii cum eo certamen, 806. Basilium minis superiorem experitur, et se victum agnoscit, 808.
Modestus præfectus, morbo correptus Basilii manibus substernitur, et sanitatem recipit, 810. Virtutes illius admirari et prædicare non desinit, 810.
Modus quo Filius Dei gignitur, et Spiritus sanctus procedit, soli Deo cognitus, 467. Modum quemdam ac decorum, ut in vestitu, victu, visu atque incessu, ita in sermone ac silentio tenendum esse, 491. Modus omnis optimus; Cleobuli sententia, 815.
Mœror, cordis vinculum, qua ratione sedandus, 182. Mœror et animi consternatio, mentis tenebræ, 240.
Molestia. Vir philosophus vitæ molestias virtutis segetem existimat, 479.
Molionidæ, iidem qui apud Homerum Actoridæ, 788.
Moly, vox, juxta Homerum, diis propria, qua stirpis cujusdam radicem significant, 135.
Momus præstantissimos quosque viros attingit, 795.
Monachi, philosophi appellati, 574. Eorum qui Nazianzi degebant veræ opes, 574. Monachorum vitæ genus, ac præstantissimæ virtutes, 110. Ingens eorum numerus, 112. Multi valde quondam sublimes et splendidi, tum opibus, tum nobilitate, tum potentia, 112. Etsi sermonis elegantia careant, præstantiores tamen sunt prudentia atque doctrina in actione, 112. Eorum lacrymæ peccati diluvium, et mundi piamentum, 110. Nonnulli extenta manu flammas exstinguunt, et alia mirabilia operantur, 110. Monachi Ægyptii pro Athanasio, velut pro Christo, periclitantur, qua ratione, 398. Monachorum Nazianzenorum cœtus, ab episcopo suo divisus, ad concordiam invitatur, 822. *Vide* Nazianzeni.
Monarchia, quo sensu Deo attributa, 523.
Monasteria Ægypti ab Athanasio exsule peragrantur, 597.
Monastica professio, morum gravitate potius quam corporis secessione insignitur, 398.
Montani spiritus, 421. *Vide* Phryges. Malus spiritus, 460. Pravus et muliebris, 614.
Morbus. Qui sacro morbo, id est, lepra corrupti sunt, præcipuo quodam miserationis affectu permovere debent, 261. Morbus ad paupertatem accedens, malum atrocissimum ac votis omnibus aversandum, 262. Ut morbus miraculo depellatur duo accedere necesse est, ægroti fidem et medici vim et facultatem, 546. Morbus animæ, corporis morbo longe gravior, quare, 269. Morbi pestiferi, dissidiorum omnes ordines Ecclesiæ conturbantium et abripientium imago, 765.
Mores hominis, non nisi vitæ consuetudine percipiuntur, 785. Ordo præposterus, cum non mores dignitati, sed dignitas moribus fidem astruit, 391. Qui vel solos mores vel solam doctrinam consecuti sunt, nihil a luscis differre videntur, 779. Morum doctrinæ, quam Christiana religio tradit, expositio, et cum propositis gentilitati deorum exemplis comparatio, 146.
Mors et vita sibi invicem succedunt, 361. Mors temporalis, an proprie mors appellari queat incertum, 361. Mortem optare bonum est, 26. Mors sanctorum, non vitæ finis, sed discessus ad Deum, vel desiderii cumulus, vel vinculorum solutio, vel oneris excussio appellanda, 448. Mors pro Christo, iter ad victoriam, 53. Mors animæ, peccatum, 660. Mors una, peccatum, 361. Mortem peccati sanctissimus quisque timere debet, 214. Mors, ubi est stimulus tuus? 863. Mortis tempus ars nulla vel astutia submovere potest, 885. Casus inopinati mortem afferentes enumerantur, 701.
Mortale et caducum, ut absorbetur a vita post resurrectionem, 213. Mortale per immortale absumere quid sit, 146.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Mortalium vita, quam fluxa et instabilis, 874.

Mortui qui secundum Deum vixerunt, Deo vivunt, 386. Mortui precibus nostris Deo commendandi, 215. Mortuos lugere ac laudare licet, siquidem id moderate fiat, 198. Gentiles, dum per libamina et coronas mortuis parentant, patriæ legi potius et stolido mœrori quam rationi serviunt, 209. Monumentorum bonos mortuis delatus, unum ex idololatriæ principiis, 506.

Morsus serpentis furtivus et clandestinus, 888.

Motio. In sanctissima Trinitate, una eademque divinitatis motio et voluntas, 380.

Motus solis ac siderum, qua ratione in notitiam veniant, 519. Quis eorum auctor, 519. Prima rerum causa motus expers, 623. Quælibet sanctissimæ Trinitatis persona, spontaneo motu mobilis, 624.

Moyses, prius expositus, deinde legislator, 610. Cur Dei Filium in rubo, in flamma ignis vidit, 902. Quare calceamenta solvere jussus, 860. Vocanti Deo repugnabat, ministerii magnitudinem extimescens, 64. Merito quidem prophetiæ omnis dignus, 903. Populi antistes, 58. Israelitarum antistes et legislator, 242 Æque sacerdos ac Aaron, principum princeps, et sacerdotum sacerdos; Aarone pro lingua utens, 242. Pharaonis Deus effectus, 86. Quot et quanta operatus sit, 589. Ægyptum vexavit, 826. Moyses et Aaron Ægyptum vexantes, et alia multa simul præstantes, 826. Moysis baptisma in nube et in mari, per figuram, 688. Moysis miracula, post egressum ex Ægypto, 253. Moyses Dei conspectu dignus habitus, 86. Propius ad Deum solus accedit, 377. Nubem penetrat, et cum Deo congreditur, 377. In montem ascendit, et nubem ingreditur, et leges ac tabulas accipit, 55. Vulgo quidem litteræ, aliis autem spiritus, 55. Moyses et situm cœli, et ordines mundi, et elementorum vices, totius denique orbis ornamenta digessit, indicavit, expressit, 902. Hoc testimonio insignitus : Nemo erit ex prophetis ut servus meus Moyses, cui facie ad faciem, et os ad os locutus sum, 903. Deum tamen pure videre non potuit, 903. Cum rogaret ut faciem Dei pure videret, responsum accepit : « Non videbit homo faciem meam, et vivet, » 902. Dei posteriora ægre vidit, 647. Deum ipsum, aut ejus a corpore vacuitatem, quo tandem modo perspicere potuisset, qui et corpus erat, et corporis oculis cernebat, 647. Non tantum de Deo vidit, quantum exoptabat, 590. Plus fuit quod eum fugit, quam quod conspexit, 590. Cur velamen inter se et obduratos Israelitas interjecit, 589. Israel vultus ejus gloriam ferre non potuit, 682. Moyses sacerdotum manus consecrabat, 590. Plura de Moyse, 590. Moyses mansuetudinis exemplar, 258. Dathan et Abiron adversus eum furore elati, 638. Moyses sola mente clamans, a Deo exauditur, 301. Moysis tabernaculum, totius mundi figura et imago, 521. Ad cœlestium exemplar constructum, 368. Moyses, per arcanam et mysticam manuum figuram, Amalecitarum copias fregit, 242, 253. Hoc manus ejus ad precationem compositæ potuerunt, quod multa millia perficere nequiverunt, 253. Cum adhuc vitæ usura frueretur, suo loco Jesum designat, 248. Moysis æmulus Basilius Magnus, quare, 826. Moysen ferunt, post audita Dei oracula, nunquam cum uxore consuetudinem habuisse, 872.

Muliebris pietatis fines, quinam sint, 224. Muliebris ornatus descriptio et censura, 223.

Mulier, ut mollior, fraudem in paradiso prior passa est, 851. Mulieris et viri par apud Deum conditio, 650. Mutua utriusque officia, 650. Mulier, si genus corrumpat et adulteret, expellatur, 65. Cætera ejus vitia a viro ferenda vel corrigenda, quomodo, 651. *Vide* Repudium, Adulterium, Vir, Uxor. Cor mulieris, velut sagena quædam, prætereuntes irretit, 885. A muliere quæ vel manum tantum manui connexuit, nonnisi propitio Deo liberari quis potest, 885. Mulieris fortis eximiæ dotes, 223. Mulieri nullus ornatus bonis moribus præstantior, 224. Unus illi rubor placeat quem pudor affert, unus candor quem parit continentia, 224. Mulier vetula, carminum inventrix, qua ratione, 136. Mulierum in contexendis telis solertiam Scriptura sacra demiratur, 515. De mulierum pudicitia quid dicat Ecclesiastes, 885. Mulieres spectaculorum amantes, ad contemplandum Juliani Augusti finem invitatæ, 82. Ad colorem confugientes, ob venustatem invenustæ, atque ob fœditatem deformiores, 345. Mulieres piæ mysticas voces in ecclesia pronuntiare solebant, 336. Cypriani martyris corpus, apud mulierem piam diu occultum, 448. Alteri piæ mulieri revelatum, 448. Ut mulieres quoque ex eo sanctificentur, 448. Mulieres Cæsarienses, Basilio Magno in judicium vocato, excitantur, 812. Radios hastarum loco habent; pietatem inter se partituras censent, si calumniæ auctorem discerpant, 812. A Basilio retinentur, 815. Mulierum *misericordium* manus, invalescente obsidione, non victum filiis porrigentes, sed potius ad cibum sibi parandum eos laceratos, 191. Mulieres vetulæ, quibus Julianus Apostata, ignem altaris accendens, sufflationes et reflationes ostentat, 161.

Multitudo, qualem antistitem exoptet, 765. Non sacerdotes, sed rhetores quærit : alia ejusdem argumenti, 765. Promiscua multitudo a disputationibus arcenda, 601.

Mundus ex visibilibus et invisibilibus constat, 521. Mundus duplex; utriusque discrimina, 531, 532. Mundus alter immaterialis et invisibilis, alter materialis et visibilis, 29. Mundus visibilis a sole, invisibilis a Deo collustratus, 386. Mundus intellectilis, quo ordine et quas ob causas creatus, 668. Mundus materia constans et aspectabilis, a Deo procreatus, 669. Iis qui disputare gestiunt proponitur, ut, relictis quæ ad Trinitatem spectant, de mundo vel de mundis philosophentur, 495. Mundus aspectabilis, ob singularem partium elegantiam mirabilis; ob universarum concinnitatem mirabilior, 849. Quas ob causas creatus, 849. Mundus universus ex nihilo creatus, 727. Creatoris providentia gubernatus, et aliquando in præstantiorem statum immutandus, 727. Ridicula mundi partitio inter Jovem, Neptunum et Plutonem, 507. Mundus alter, homo, 669, 850. *Vide* Homo Mundus, impostor, 567. Abripe animam tuam ex hoc mundo : Sodomam fuge, 704. Adhuc paululum, et mundus transibit, 524. Mundi expiatio, Christus, 855.

Munus Deo satis dignum non est, etiamsi omnia omnium hominum opera et facultates simul offerantur, 754. Pietatem a nobis postulat, 754.

Munus suum cuique Ecclesiæ membro attributum, 586. Hæc munerum diversitas, quam religiose observanda, 587, 588.

Murus æreus, apud Jeremiam, anima firma et aurea, recensque ad pietatem compacta, 857. Muri ad lacrymas a Jeremia invitati, 166. Muri Jericho, septem tubis Josue, totidemque circuitibus, diebus et sacerdotibus, eversi, 753, 754.

Musca in oleo moriens et suavitatem corrumpens, livoris imago, 427. Musca, deus Accaron, 166. *Vide* Accaron.

Mutationes maximæ non sine miraculo plerumque acciderunt, 101.

Myrias. Impius myriades numerat, Deus vero electionis vasa, 754.

Mysterium. In mysterio absconditam Dei sapientiam loqui, non nisi rite præparatis expedit, 683. Præparationes illæ, quænam, 682. Mysteria religionis non investiganda, 596. Rerum naturalium ordo ad explicandum iis proponitur, qui curiose de mysteriis interrogant, 383. Mysteriorum curioso scrutatori idem accidit quod voci contentione immodica fractæ, aut oculo solem adversum intuenti, 582. Mysteriorum magna pars ad exteros non efferenda, 858. Mysterium legis et prophetarum, unitas spiritus in vinculo pacis, 438. Omnia Christi mysteria pro homine, 691.

Mysteria Nativitatis Domini, 664. Paschæ, 4. Quæ Christus in inferno designavit, ad examinandum proposita, 864. Mysterium Pentecostes, 735. Mysterii verba prophetas ignominiosos prosternunt, 726. Mysterium altaris, sacerdotis ore peractum, sacrosanctum est, atque in cœlum nos evehit, 325. Salutis nostræ typos continet, 325. Mysteriorum Christi finis est ut ei similes efficimur, 5.

Mysteria ethnicæ religionis, Juliano extincto, rursus ludibrio habita, 168. Mysteria gentilium, error et temulentia, 677. Egregie percelluntur, 678.

Mysticæ ac necessariæ voces a piis mulieribus in Ecclesia pronuntiari solitæ, quænam, 336. Mystica mystice proloquamur, 491.

N

Naboth. Vinea ejus Achabo per Jezabelem tradita. *Vide* Achab.

Nabuchodonosor, rex sacrilegus, 149. Nabuchodonosor alter, Julianus Apostata, 750.

Nabuzardan, coquorum præfectus, 806. Gregorius Theologus nulla vasa ministerio sacro destinata Nabuzardæ coquorum præfecto tradidit, 605.

Nadab et Abiud, cur igne absumpti, 53.

Nahum Elcesæus, Ninivitarum onus prædicans, zelotem Deum perhorrescit, 311.

Nasci. Eumdem hominem bis nasci natura impossibile, Deo volenti possibile, 546. Nemo nostrum sibi soli natus est; sed omnibus etiam qui ejusdem naturæ participes sunt, omnes nati sumus, 487.

Nativitas. Triplex nativitatis genus : ex corporibus, ex baptismo, ex resurrectione, 692. Nativitas Domini, propria Christianorum festivitas, non more gentilium celebranda, 665. Nativitatis Christi solemnitas alia quædam

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

mysteria complectitur, 686. Nativitas et baptismus Domini eodem die quondam apud Orientales celebrata, 662. Nativitatis Domini mysteria, 664. Circumstantiæ, 371. Nativitate Christi, nativitatis nostræ vinculis soluti sumus, 674. Nihil in nobis sit quod primam nativitatem oleat, 721. Nativitatum observatio, qualem astrologi adhibent, irridetur, 680.

Natura, utpote qua nihil fortius, inimicitiam superat, 414. Natura divina ob nostri amorem aliquantisper nobiscum versata, 803. Natura duplex in Christo, non duo filii, 646. Utriusque naturæ discrimina, 904.

Navigatio. Secundam navigationem inire, quid, 506. Navigationis commoda, 517.

Navis presbyterum portans, mari commissa, et igne admoto mediis in fluctibus cum onere absumpta, 461. Quod sub Valentis Ariani persecutione factum, 461. Navis vestigia aquis impressa tenere, 753. Navim Ægineam Gregorius intempestivo prorsus tempore conscendit, 351. Navem paululum exonera, ut levius naviges, 612. Navium exstructio ab Atheniensibus, ut ipsi dicunt, inventa, 136.

Nautica lex ecclesiasticis in exemplum proposita, 791.

Nautilus, piscis, navigii speciem habens, 517. Cur homo, nautilus terrestris dictus, 517.

Nazaræi Christiani, pars Ecclesiæ selectior, 793. Ab Eusebio Cæsariensi episcopo deficiunt, ob simultates quas cum Basilio habet, 793. Nazaræorum chori, 767. Nazaræorum Christianorum princeps Basilius, 793.

Nazianzenæ plebis elogium, 71. Nazianzeni, grex sanctus, ac Christo, principe pastorum, dignus, 64. Nazianzena Ecclesia, cur arca Noe, sub Gregorii senioris regimine, appellata, 183, 341. Grex parvus, sed ob pacis studium maxime commendatus, 185, 341. Præclaram illam hæreditatem, hoc est, concordiæ bonum ad extremum usque non retinet, 185, 341. In fraudem (Arianæ malitiæ) ultima prolabitur, sed prima erigitur, 183, 341.

Nazianzeni monachi a Gregorio, Theologi patre, episcopo suo deficiunt, quod faventem Arianis formulam admiserit, 177. Schismatis hujus epocha et duratio, 178. Partes dissidentes, ob veritatem mendaciis seipsos lacessunt; ob charitatem, odium exercent, 180. Nec tamen charitatis illius, quæ in ipsis erat, ignis prorsus exstinctus est, 186. Omnibus eadem erat de fide sententia, 186. Omnes moderate se gesserunt, 186. Schismatis tempore, quidam monachi pastores effecti, hoc est, in sacerdotum ordinem ab episcopo extraneo evecti, 181. Schisma componitur; monachorum reditus moderationis Gregorii præmium fuit, 193. Monachi suspicionem abjiciunt, quam formula illa afferre potuit, 186. A duobus Gregoriis, ut fratres, in presbyterorum ordine suscipiuntur, eorumque zelus comprobatur, 185.

Nazianzi templum a Gregorio patre exstructum, 3. Ejus descriptio, 359.

Nectarius, post Gregorii discessum, Ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopus ordinatur, 748.

Negotiandi occasio in solemnitatibus, 579.

Negotiatio præstantissima est, qua exigui sanguinis pretio cœleste regnum emitur, 447.

Negotiator magnus exiguis rebus atque omnino perituris magna et æterna emit, 181. Negotiatorum, qui mercaturæ causa mare trajiciunt, cum philosopho tranquillam vitam agente comparatio, 58. Quidam, cauponum et negotiatorum instar, Christo abutuntur, 697.

Negotium. Negotia hujus sæculi imposturam faciunt, 597. Negotia in humanis rebus suscepta, quam vana et inutilia, 874.

Nemæum apium. *Vide* Apium.

Nembroth sublimis, et humana conditione, apud se, major, 274.

Neophyti eos a quibus initiati fuerant ad mensam excipiebant, 711. Qua ratione Gregorius ab iis excipi et ali cuperet, 711. Neophytorum candidæ vestes, 846.

Nicæni concilii fides, seu fidei confessio, 894. Tractatus contra omnes hæreses invicta veritate oppositus, 904. Nicæni Patres certis finibus ac verbis divinitatis doctrinam circumscribunt, 1460.

Nicodemus dimidia tantum ex parte Christum amans, 285. Nocturnus Dei cultor, 864. Qua ratione a nobis imitandus, 864.

Nilus, honoribus ab Ægyptiis dedecoratus, 686. Frugum parens, ut ipsi prædicant, spicisque copiosus et locuples, ubertatem cubitis metiens, 680. Nilus fluvius, vere aurifluus et spicis uber, 405. Ægyptum ditat; e terra pluit, ac tempestive, maris instar, exundat, 619. Ut Nili cataractæ arte nulla inhiberi possint, sic nec Christianorum lingua præpediri ne gentilium errores proscindat, 174.

Ninivitas imitemur, improbitati medicinam adhibentes, 510.

Nix. Qui nivis thesauri, 518.

Nobilis viri officia, 642.

Nobilitas, in pietate sita, atque in eo, ut unde ortum habuimus, et quo tandem perventuri sumus intelligamus, 335. Vera nobilitas in imagine Dei consistit, 611. In divinæ imaginis conservatione, 221. Non genere, sed moribus designatur, 221. Nobilitas animæ terrenarum rerum studio inficitur, 439. Triplex nobilitatis genus; primum ab imagine Dei, alterum a sanguine, tertium a virtute, 479. Est et aliud, quod in principum diplomatibus et edictis consistit, 456, 479, 611. Istud aliquo in pretio habent qui sitam in coloribus pulchritudinem amplectuntur, simiamque ob id venerantur quod leo esse jussa sit, 479. Nobilitatem quæ a parentibus manat, aut a victoriis et litteris oritur, vel quam regum quoque manus largiuntur, admirari nec Christianum nec philosophicum est, 456. Eam tantum admirari licet quam pietas et mores indicant, quæque ad illud bonum unde originem traximus evehit, 456.

Noe, arcam fidei suæ commissam accepit, et secundi mundi semina parvo ligno credita, 823. Huic orbis semina commissa, exiguo ligno diluvium fugientia, 509. Noe generum semina conservavit, ut terra sanctioribus incolis ornaretur, 83. Temporibus ejus purgatio contingit, 518. Quare Basilius Magnus ei comparatus, 825.

Nomen Christi super omne nomen, 541. Dæmones fugat, 53. Nomina Filii Dei referuntur et explicantur, 900. Nomina Spiritus sancti, quæ eum Deum esse demonstrant, 575. Nomen ab hominibus ducere, id est, Paulianus a Paulo vocari, non debet, qui a Deo creatus est, 656. Christianus, cum sit a Christo salvatus, erubescat ab aliis nomen ducere, 763. Liceat, perspicuitatis causa, nova nomina fingere, 684.

Nonna, Gregorii Theologi mater, ab ipsis proavis Deo consecrata, pietatem, hæreditatis instar, ad liberos deduxit, 200. Gregorii mariti sui perfectionem ipsi adscribendam esse nonnulli credunt, 200. Et rei familiaris augendæ laude, et pietatis gloria excelluit, 335. Omne philosophiæ genus coluit, 335. Cum marito, bonorum operum particeps, 343. Saræ comparata, 59. Sara spiritualis appellata, 361. Eximiarum illius virtutum descriptio, 335. Visu nocturno e morbo recreatur, 351.

Nosse seipsum, genus est sapientiæ, 594.

Novatus, persecutionis tempore lapsos non recepit, 690. Crudelitas ejus pro lege non habenda, 690. Cum avaritiam, alterum idololatriæ genus, nulla pœna vindicaret, stuprum sine spe reconciliationis condemnavit, 690. Novati audacia, seu impura puritas, nominis honestate multitudinem inescans, 422. Arrogantia, et sita in verbis puritas, 614. Temeritas, 460. De eo locus obscurus, 460. Erroris ejus reliquiæ, 460.

Novati discipuli pœnitentiam non admittunt, 689. Perstringuntur, 689. Lapsos, ne martyrio quidem perfunctos, non admittunt, 689. Juvenibus viduis ineundi matrimonii potestatem non faciunt, 690. Refelluntur, 690.

Novitas non captanda, 597.

Novus Adam, Christus, 685. *Vide* Adam, Christus.

Nox Paschæ, sacra nox, noctisque hujus, qua præsens vita suffunditur, inimica, 856. Noctis Paschæ miracula, 856. Noctis futura vitanda, quænam, 721.

Noxa. Non solum septies, sed etiam sæpius noxas remittere jubemur, 424. Noxas suas elucrari, quid, 814.

Nubere expedit, annon? Utrumque appositissime dici potest, quare, 651.

Nubes. Quis aquam in nubibus alligat, 518. Nubes olim inter Ægyptios et Hebræos, mediæ inter nos et Deum caliginis obductæ figura, 504.

Nudus, qua de causa vestiendus, 716.

Numerus, non rerum naturam, ut Eunomianis placet, sed subjectorum quantitatem explicat, 567. Septenarius Hebræis venerandus, 732. Quaternarius Pythagoricis, 732. Octonarius et tricenarius Simonianis ac Marcionitis, 732. De septenario multa ex Scripturis, 735.

Nuptiæ. Nuptias secundas dissuadere Scriptura videtur, 650. Non tamen damnat, 690. Tertiæ præter legem; ultra hunc numerum excedere, porcinum est et rari exempli, 650. Nuptiis, quas bonus pater bono sponso celebrat, quinam adesse recusant, quinam ab eis arcentur, 729.

Nuptiale cubiculum sibi ipsi male præoludit anima, quæ ingrediendi tempus in lampadum adornatione consumit, 729.

O

Obedientiæ lex, tam terrena quam cœlestis tuetur atque conservat, 369. Obedientiam didicit Christus ex his quæ passus est, 545.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Obedire. Obediendum, Deo quidem omnibus de causis; æqualibus nostris propter charitatis fœdus; principibus propter ordinem, publicæque disciplinæ rationem, 321.

Objurgare haud magnum; sententiam vero suam confirmare, viri pii est ac mente præditi, 522.

Objurgatio sapientis unius, choro canentium improborum optabilior, 883. Objurgatio crebrior desperationem et audaciam parit, 27. Aut contumaciam et audaciam, 27.

Quæstio. Superflui quæstionum ad fidem pertinentium stolones ac deflexus excidendi, 421. Illæ solum de Deo movendæ quæstiones, quæ ingenii nostri modulum, atque auditoris captum non excedunt, 490. Quæstiones quædam a Christo solutæ, quædam velut obstructo interrogantium ore compressæ, 648. Quæstionum delectus haberi debet, ut aliæ contentiosis hominibus relinquantur, aliæ tractentur; sed et istæ non omnes eodem modo agitandæ, 421. Quæstionum absurditatem absurdioribus interrogationibus solvere licet, 649. Quandoque Spiritus auctoritas per quæstiones deletur, 539. Quæstio Arcadica. *Vide* Homerus.
Quando. Si quæras quando Filius Dei genitus, et quando Spiritus procedens, hæc supra *quando* sunt, 524.
Quaternarium numerum in honore Pythagorici habebant, et per eum jurare consueverant, 732.
Quercus Dodonææ deliramenta, 679.
Quibus datum est; quomodo intelligendum, 654.
Quies, sabbatum, 732.
Quomodo Filius Dei genitus est, 528. Ut sit Pater qui genuit, et Filius qui genitus est, 529.

R

Raab meretrix, ob solam hospitalitatem laudata, 705. Cui bene de hospitibus merendi studium et laudi fuit et saluti, 258.
Rabula. Eunomiani et Macedoniani rabulis similes, 564.
Rachel, patris idola surripiens, ut a nobis imitanda, 861.
Radiorum vitæ hujus fontem Gregorius Deum intelligit, 576.
Ramatha, parva magni Samuelis patria, 609.
Rapsaces Assyrius, pro Sennacherib rege bellum administrat, Jerosolymam obsidet; lenibus verbis ac vernacula lingua cives allicere aggreditur, 138. Rapsaces alter, Julianus Apostata, 138.
Ratio, quæ apud Græcos Λόγος nuncupatur, 900. Ratio ex Deo est, et prima in pectoribus nostris condita lex, 808. Omnibus præsit, 839. Ex iis rebus quæ oculis cernuntur ad Deum evehit, 508. Si in astruendis mysteriis ratio ipsa imbecillitate laboret, quid facto opus est, 468. Rationis est cognoscere quænam hominis captum excedant, 519. Ratio salutis hominibus, quænam, 891. Rationi tenebras offundit animæ improbitas, 426. Rationem administrationis suæ reddit Gregorius coram universali concilio, 748.
Rebecca, ab Isaac procul quæsita et per servorum legationem, 825. Rebecca, id est Ecclesia, 825.
Recordatio Dei, promptissimum et fortissimum in adversis solatium, 319.
Redemptio. Nomen Filio Dei attributum, qua ratione, 555. Redemptio humani generis in summa declaratur, 867. Redemptionis humanæ pretium diabolo a quo captivi tenebamur, an Deo Patri a quo non tenebamur perso-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

lutum, 862. Quæstionis solutio, 862. Redemptio, certa baptizatis effecta per virtutis habitum, 686.

Reformationem hominis quo pacto fieri oportuit. 1° Data lege, et concesso sacrificiorum usu. 2° Animarum immutatione, atque ad Evangelium traductione, 855.

Regere animas ars est artium, 20.

Regiæ puellæ sacrificium, 109.

Regina Austri e finibus terræ ad Salomonem se confert, 827.

Regnum cœlorum ultro vim patitur, et tyrannidem suffert, 710. In Dei cognitione positum, 584. Præcipue vero in sanctissimæ Trinitatis contemplatione, 306. Non ideo parvum, quia sinapis grano comparatum, 686.

Regnum Christi duplex; primum ut omnipotentis; secundum ut libenter obedientes efficientis, 542. Quoad primam significationem, regni ejus non erit finis; quoad secundam, regnabit usque ad restitutionis tempora, 542.

Regula, cum sit eadem, recto parcit, et superfluum resecat, 522. Qui sine regula sunt, alios regulæ admovent, 819.

Relaxatio animi non interdicta; petulantia vero coercenda, 245.

Religionis mysteria non investiganda, 598.

Reliquiæ martyrum, quanta possint, 108. Reliquiæ multæ sanctorum, igni traditæ sub Juliano Apostata, 167.

Renes, in justificatione peccatoris, laudabilem immutationem sentiant, vim totam appetitus in Deum transferentes, 725.

Reptilibus Dei gloria per gentiles attributa, 507, 680.

Repudii libellum lex antiqua ob causas omnes concedit; Christus ob solum adulterium, 650

Requies hic, scilicet in rebus quæ deorsum volvuntur, non est, 236.

Res omnium perfectissima, Dei cognitio, 584. Primas in cœlo tenere, 570. Res familiaris ex aliorum egestate non augenda, 570. Res adversæ secundis plerumque utiliores, 23. Rerum etiam jucundissimarum fastidium tandem oboritur, 416. Res humanæ velut orbis quidam volvuntur, 519. Per earum inconstantiam ad æterna revocamur, 520. De rebus alienis loqui jucundissimum, præsertim si vel benevolentia quadam vel odio trahamur, 11. Rebus relictis syllabas consectari, Judaicæ sapientiæ est, 571.

Resipiscentia. Nulla re Deus perinde delectatur, ut hominis resipiscentia, 691.

Respublica; nihil ei portenditur ex eo quod privatus homo recte vel male se gerit. 805. Ut respublica se habet, ita singulos affici necesse est, 803. Reipublicæ administrator quid Cæsari, quid Deo reddere debeat, 570. Ut se gerere debet erga pauperes, 570. Reipublicæ etiam ecclesiasticæ nihil melius quam pacis bonum, 424.

Resurgere. Christus tertio die resurrexit, nos post diuturnum tempus, 715.

Resurrectio, nomen Filio Dei attributum, quare, 555. Resurrectio Christi propter resurrectionem nostram, 25. Resurrectio carnis a quibusdam hæreticis negata, et verbis æquivocis specie tenus admissa, 898. Resurrectionem Sadducæi negaverunt, 558. Resurrectionis futuræ argumentum ex Ezechiele propheta, 213.

Retia. Cur Filius Dei hoc nomine vocatus, 900.

Rex Christus exigentium vectigal, illud nihilominus pendit, 538. Regi, et præfectis, et proceribus obedientem esse convenit, quare, 889. Regis sermonibus diligenter advertere convenit, 885. Rex imperium cum Christo gerit; gladium ab illo accepit; cum imago Dei sit, Dei quoque imagini imperat, 323. Reges, una cum subditis in libro viventium et pereuntium descripti, 373. Regum præcipuæ virtutes, benignitas, munificentia, humanitas, 325. Supera solius Dei, infera autem regum etiam sunt, 642. Subditis suis deos se præbeant; hic imperium eorum sit, non autem in auro et in exercitibus 642. *Vide* Imperator Regis cor in manu Dei, 642. Reges, boni et mali, 791. Civitati cujus et rex adolescens, et principes ventri dediti, mala imminent, 889. Beata est cujus ingenuus vir regnum tenet, 889. Regi stolido juvenis prudens anteponitur, 880.

Rhadamanthus et Minos, nugæ, 789. Rhadamanthi gloriam Julianus imperator affectat, 160.

Rhea, Deorum mater: cujusmodi sacra homines furore capti in festo ejus obirent, 678, 679.

Rhetorica, vim ignis spirans, 788.

Ridicule de re ridicula loqui, 488.

Ridiculi et faceti in exercitus comitatu esse solebant, 135. Hujusmodi virum Juliano Imperatori necem intulisse ferebatur, 136.

Risus hominum stolidorum cui similis, 883. Risui præferenda est ira prudens, 883. Modum quemdam ac decorum in risu tenendum esse, 491 Risum in lacrymis poetæ agnoscunt, 140. Risum irridere, 223.

Ritus quidam Hebræorum a Christianis celebrati, sed diversa ratione, 734.

Roboam et Jeroboam inter reges, 791. Roboam juste reprehensus, quod pro nihilo habita senum sententia juvenum consiliis paruerit, 640.

Rogus Herculis unde excitatus, 108.

Roma: Constantinopolis post eam prima, cum ea de primatu contendit, 643.

Romanum imperium, quale malum nutriret in Juliano principe, 162. Romanæ res exulceratæ, cum Julianus expeditionem in Persas suscipit, 152. Romanis ipsis salutem a Juliano imperatore invisam esse ferebatur, 153. Romana Judæorum captivitas, 744. Romanum imperium ab extera natione vastatum, qua de causa, 415. Romanorum vexillorum descriptio, 107.

Ros. Quis roris stillas peperit? 518.

Rosa. Qui corpore deformis anima formosus est, rosæ comparandus, quæ in bacca nec florida nec suave olens florida tamen ipsa est, suavissimumque odorem efflat, 480.

Rubus Moysi ostensus, quem ignis urens non perurebat, eorum, qui ex vulgi contagione detrimentum non contrahunt, imago, 458.

Rudimenta timoris, ad contemplationem assurgere volenti necessaria, 681.

Rupes incursantes undas circa se frangens, ejus qui bonum propter se colit imago, 641.

Rustici, a Juliano Apostata palam pugno contusi, 161.

S

Sabaoth. Dominus Sabaoth in gloriæ throno sedens ab Isaia visus, 510.

Sabbatismus præsens animarum, in æternitatis die desinet, 733.

Sabbatum, Hebræa lingua quietem significat, 732. Sabbatum Judæorum ab Hypsistariis observatum, 535.

Sabelliani Patrem et Filium intelligi volebant, quasi nomen et cognomen unius personæ, 895. Sabelliana secta damnata, 895. Sabellianæ impietatis est, Patrem et Filium et Spiritum sanctum in unam circumscribere personam, 623.

Sabellismus Latinis ab Orientalibus affingebatur, quod Latini, tres personas admittendo, tres hypostases rejicerent, 410. *Vide* Latini.

Sabellius deitatem impie contrahebat et resolvebat, 541. Quis harum locutionum sensus, 541. Ipsum Patrem, ipsum Filium profitetur, 901. Per unum tria convellit, 759. Contractionem divinitatis in unam personam primus excogitavit, 393. Divinas tres personas in unum contrahit, 578. Nuda nomina Patris et Filii et Spiritus sancti admisit, 579. Paris impietatis est, vel Sabellii more personas connectere, vel Arii instar naturas distinguere, 576. Sabellii contractio et Arii divisio, mala ex diametro opposita, et impietate paria, 684. Sabellii contractio, quænam, 794. Mala monarchiæ assertio, 460. Resolutio et confusio, 614.

Sacerdos, mediator inter Deum et homines, 55. Animarum pronubus, 49. Ecclesiæ suæ sponsus, 70. Sacerdos, in Ecclesiarum dissidio inane nomen, 50. Quod in maledictione olim dicebatur: *Factus est sacerdos sicut populus*, 52. Gregorio nunc prorsus expleri videtur, 51. Sacerdotis habitum et nomen subire non licet, priusquam sanctis operibus manus purificatæ, 56. Omnia membra, justitiæ arma effecta, 57. Et cor divinis eloquiis incensum fuerit, 57. Alia ad sacerdotis munus obeundum prærequisita, 57, 58. Sacerdos Heli quas pœnas perpendit, 56. Sacerdotis manus in monte sublatæ quantum potuerint, 233. *Vide* Moyses. Sacerdotes, pastorum, præsulum, prælatorum, præsidum et antistitum appellationem cum episcopis communem antiquitus habebant, 67. Sacerdotes, medici animarum, 25. Sic animas curare debent, ut curandi modus sibi jet ægris utilis fiat, 25. Gregorii ævo, despectui habiti, 50. Etiam apud probos, 52. In scena ridebantur, 52. Ob intestina bella quibus Oriens conflagrabat, 53. Sacerdotum sacerdos, Moyses, 242. Sacerdotum manus a Moyse consecratæ, 590. Sacerdotum primus Aaron, 590. In sacerdotibus antiquæ legis ne corporum quidem labes a censura immunes, 56. Sacerdotibus antiquæ legis multa imperata ad significandam animæ integritatem, 56. Junior rum sacerdotum temeritas et stultitia, 53. Docere volunt veteris et novi Testamenti characterе nondum perspecto, 36. Sacerdotum Ecclesiæ Nazianzenæ veræ opes, 574. Sacerdotum manus vultumque piæ mulieres venerantur, 335. Sacerdotibus in calamitate publica lugendum, 42. Sacerdotibus quid timendum, 569. Ex prophetis et ex Evangelio, 41. *Vide* Pastores.

Sacerdotale imperium regali præstantius, 325. Sacerdo-

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

talem stolam nulli Hebræorum attingere licebat, 56.

Sacerdotium, non virtute magis quam scelere a multis paratum, 791. Alia ejusdem argumenti, 792. Ad sacerdotium nulla præparatio justo longior, 48. Ordo sacerdotii in veteri lege, 590. Ordo sacerdotii in nova lege, 591. Sacerdotii forma cum Gregorii senis catechesi miscetur, 338.

Sacrificium iis quæ nunc offeruntur præstantius. *Vide* Altare. Abrahæ sacrificium, 323. *Vide* Abraham. Aliud sacrificium eo præstantius a matre Machabæorum oblatum 289. Caduca Judæorum sacrificia, 803. Sacrificia veteris legis nec a quibuslibet, nec quovis tempore consumenda, 56. In sacrificiis legalibus nulla macula, 56. Lex vetus per cruenta sacrificia futurum adumbravit, 181. Sacrificia legis antiquæ ad tempus concessa, et postea de medio sublata, quare, 854. Mysterii expertia non fuerunt, 855. Sacrificium et pontifex Christus 56 Nemo eo dignus, nisi qui prius seipsum Deo hostiam viventem, sanctam, exhibuerit, 56. Sacrificium nostrum externum, magnorum mysteriorum antitypum, 56. Ad illud offerendum multa et magna in sacerdote requisita, 56. Dispositionum illarum enumeratio, 57, 58. Aræ Christianorum a purissimo et incruento sacrificio nomen habent, 166. Sacrificium purgationis quod Deus a nobis requirit. 300. Illud est quod cor contritum, et laudis sacrificium, et novam creaturam, et novum hominem appellare Scriptura consuevit, 300. Sacrificia gentilium a Chaldæis vel Cypriis inventa, 137. Fœda et turpissima, 507. Obscena, 466. Quibus si divinitatem indicant, o singularem stultitiam! 466. Sacrificium puellæ regiæ, 109.

Sadducæi Spiritum sanctum non esse censuerunt, nec angelos, nec resurrectionem, 558. Christum de resurrectione tentant, 648.

Sæculi hujus negotia imposturam faciunt, 579. *Usque ad consummationem sæculi* : quo sensu id accipiendum, 542.

Sal. Irretorto oculo gradere, ne in salis lapidem concrescas, 704. Salis columna de conversione ad vitium velut triumphum agit, 86.

Salamandra, animal iguem exstinguens, si Plinio fides, 757.

Sallustius præfectus, religione non moribus gentilis, 125 Quid de Arethusiorum in episcopum suum crudelitate sentiat, 125.

Salmasius, a Petavio circa episcoporum auctoritatem egregie confutatus, 9.

Salmoneus alter, Julianus Apostata, 132.

Salomon cordis latitudinem a Deo postulavit et obtinuit, 827. Omnes ætatis suæ mortales nominis celebritate superavit, 827. Quo sensu stultissimum se hominum dicat, 378. Non sibi propriam prudentiam habet, sed divina sapientia afflatur, 378. Forti mulieri leges ponit, 335. Ut aliis rebus, ita bello ac paci tempus statuit, 423. Eum finem sapientiæ constituit, ut invenerit quantum ea a se fugeret, 512. Salomon sapientissimus, per mulieres perculsus, 638. A quibusdam accusatus in verbis suis, 540. Pristina ipsius verba, ob postremum ipsius lapsum a nonnullis abrogata, 510. *Vide* Ecclesiastes.

Salsum obsonium in Cappadocia commune, 798.

Saltare. Si te saltare oportet, salta quidem, sed Davidis, non filiæ Herodiadis ritu, 171.

Saltatio Davidis ob arcæ requiem, Deo gratam incessionem mystice significat. 171. Saltatio filiæ Herodiadis inhonesta, Baptistæ necem attulit, 171. Saltationis quædam doctrina est, cujus gratia multa et difficilia peraguntur, 57. An ergo sapientia minoris æstimabitur? 37.

Salvator. *Vide* Christus.

Salus perfecta, in quo posita, 596. Via trita qua multi ad salutem pervenerunt, quænam, 596. Ut vitæ genus multiplex est, sic non una ad salutem via, 601. Hæc una hominibus salutis ratio est, ut eorum animæ Deum agnoscant, et ad eum convolent, 891. Salus, morte emenda, 864. Gemitibus conceditur, 319. In salutis negotio cunctatio periculosa, 859. Saluti necessaria dona, non potentiorum sunt, sed volentium, 594, 595. Salutis nostræ miraculum, 868. Deus mortem ipsam nostræ salutis causa pertulit, 613. *Vide* Christus. Quod salvamur, id et a nobis et a Deo esse oportet, 654. Optimo jure totum salutis opus Deo assignatur, quare, 634. *Ecce nunc dies salutis* : hoc in loco, *Nunc* tempus omne designat, 700. Salus a venatibus animis cum caduco quæstu commutata, 83. Tu majus aliquid salute quæris, nempe alterius vitæ gloriam et splendorem; mihi vero salutem consequi maximum est et futuras pœnas vitare, 596. Tu viam minime tritam et inaccessam ingrederis; ego tritam atque calcatam, et qua multi ad salutem pervenerunt, 596. Salutem tantum ob oculos sibi proponere; quæ autem ad eam nihil adjumenti afferunt, ut vilia aspernari, Christiani hominis est, 345 Tres eorum qui salutem consequuntur ordines, servorum, mercenariorum, et filiorum, 699.

Samaria. Quis pro nobis orabit ut non amplius Jerusalem et Samaria simus, quæ vicissim propter peccata, hostibus traduntur, 54.

Samaritanus : Christus eo nomine contumeliose vocatus, 538. Philosopho quid agendum si Samaritanus vocetur, 481. Samaritanus leprosus, qui decimus erat, alios omnes grati animi officio vicit, 718.

Samiorum tyrannis, 157. Herodoti de ea dictum, 157.

Samson, quod ille ablatis crinibus, Ecclesia submoto Athanasio pertulit, 402. Samsonis robur in crinibus situm, 86.

Samuel, priusquam natus esset, Deo promissus; et ab ortu suo consecratus, 703. Ex parva civitate ortus, 609. Ante nativitatem Deo donatus, et post nativitatem confestim sacer, 827. Cornu suo reges et sacerdotes ungens, 827. Ex claris urbibus ortos gubernavit, 827 Ideo celebris, quod ante prævideret, 346. Populi antistes, 38. Non sine multis laboribus præfecturæ munus obiit, 38. Magnus Samuel, cum Israele propter regem contendens, ut seipsum ab avaritiæ suspicione purgat, 761. Samuel et Saul inter prophetas, 791. Samuel per ventriloquam tractus, aut trahi visus, 102. Qua corporis habitudine pro populo Deum oraret, 809. Quis nunc Samuel pro populo orans et sacrificans? 54. Basilius Magnus Samueli comparatus, 809-827.

Sancta Dei a sacerdotibus polluta, 45.

Sancta sanctorum ideo dicta, quod præcipuam dignitatem haberent, 692. A Seraphinis obtecta, 848. Tribus sanctificationibus in unam dominationem et deitatem coeuntibus celebrata, 692. Sancta sanctorum uni duntaxat, ac semel quotannis adire licebat, 56. Contemplatio ad Sancta sanctorum contendit, 260. In Sancta sanctorum prospiciamus, 865.

Sancti, post mortem suam venerandi, 771. Verborum honore celebrandi, quare, 287. Eo magis post mortem Deum pro nobis deprecantur quo magis Deo appropinquant, 332. Deus nulla in re perinde ut in sanctis acquiescit, 570. Præterita sanctorum vitia minime celanda, 441. Eorum commemoratione nulla injuria sanctis infertur, 441. Prioris vitæ simul et conversionis sanctorum mentio facienda, ut ex utriusque collatione Dei beneficientia magis celebretur, 441. Et iis qui converti cœperunt ad melius sperandum via exsistat, 441. Sancti viri quibus de causis malis premantur, 548. Sancti uno die cæti, quinam, 791. Sanctorum cruor ab Arianis sparsus, 764.

Sanctificatio : nomen Filio Dei attributum, quare, 555.

Sanctitas ipsa Dei, Spiritus sanctus, 558.

Sanguis. Dei, tum pontificis, tum sacrificii, sanguis pro nobis effusus est, 862. Sanguis Christi per sanguinem honorandus, 863.

Sanguinis profluvium, peccati figura, 717.

Sanguisugam a Salomone descriptam in contrarium æmulatur Gregorii Theologi mater, 344.

Sanitas, membrorum et elementorum corporis inter se concinnitas, 423. Concordiæ fructus, 425. Ad optima quæque sanitate utendum, 480.

Sapiens et philosophus quonam modo appellari potest, qui primaria religionis doctrina caret? 642. Ne quis supra modum sapiens, 884. Sapientis objurgatio quam optabilis, 883. Sapientes diei unius momento exortos Gregorius aspernatur, 576. Sapientiores quinam habendi sint. 270.

Sapientia, cur Filius Dei hoc nomine vocetur, 554, 900. Sapientia Dei quo sensu initium habuit, et creata seu genita dicitur. 897. Sapientia divina magnarum rerum fundamenta multo ante jacere, ac contraria per contraria procurare novit, 445.

Sapientia prima est vita proba et honesta Deoque purgata vel certe se purgans, 300. Hæc sapientia laudanda et complectenda, per quam ignobiles gloriam consecuti sunt, 300. Alia ejusdem argumenti, 300. Sapientia quæ per opera demonstratur, præstantior est quam quæ sermone splendescit, 301. Sapientiæ sermo vitia comprimit, et veras divitias secum affert, 182. Possessorem suum in secundis rebus modestum reddit, in paupertate fortem ac magnanimum, 182. Alia ejusdem argumenti, 182. Sapientia divitiis tanto clarior, quanto argentum umbra sua splendidius apparet, 884. Cum timorem excesserit atque ad charitatem nos subvexerit, ex servis jam amicos ac filios Dei efficit, 389. Plus potest quam potentissimorum hominum acies, 884. Ferro etiam ipso fortior est, 888. Cum paupertate conjuncta, hic jacet et contemnitur; at postea audietur, 888. Sapientiæ genus est seipsum nosse, 594. Vita hominis ex sapientia provenit, 884. Sapientia unius diei, quænam, 591. Sapientiæ adulterinæ descriptio, 454.

Sapphirus, apud Ezechielem, arcana designat, 870.

Sara, uxor Abrahæ, 220. A Nonna Theologi matre superata, quatenus, 220. Eadem Nonna, Sara spiritualis, 59, 361.

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

Sarephtanæ viduæ filius, vitæ redditus, 734.
Sarmentitii, et in divinitatem contumeliosi homines, igne absumendi, 796.
Saron. Juliano exstincto, rursus Ecclesia canit : Palus factus est Saron, 166.
Satanas, sub pedibus Catholicorum a Deo brevi conterendus, 434.
Satietas mellis ipsius, vomitum movet, 496.
Satisfactio pro injuriis, etiam ab iis qui postea baptizantur, non omittenda, 717.
Saturitas libidinem parit, 439. Saturitas sermonis non minus auribus inimica est, quam immodicus cibus corpori, 691.
Saturnus, filios devorans, 566. Exemplum ejus honori parentibus debito contrarium, quare, 145.
Saul, patris asinas quærens regnum invenit, 610, 781. Ad præfecturam vocatus, sub paternis vasis se occultat, 62. Prophetavit, 255. Unde proverbium : Num Saul inter prophetas ? 255. Sauli, cum a pravo dæmone strangularetur, medicina per spiritualem Davidis concentum facta est, 167, 444. Dei verba ad Saulem de Davide, 549.
Scandalum aut offendiculum nemini ponendum, 12. Certa et atrox pœna scandali auctoribus constituta, 12.
Scelestus sanguis aras Christianorum, sub Juliano Apostata, contaminavit, 166.
Scelus, latrones inter se jungit, 415. Scelerum etiam principia Christiani plectunt; et eorum profluvia multo ante cohibent, 146.
Scena. Quod ridiculum est potius quam grave et modestum, Gregorius ad scenam et theatra remittit, 116.
Schedasi filiarum sanguis in Leuctris fusus, et postea vindicatus, 109.
Schisma, unicæ Christi tunicæ divisio est, 178. Schismata inter Christianos, unde, 581. Primum eorum principium a Diabolo, 188. Eorum descriptio, 582. Effectus, 182.
Scientia humana, quam exigua, 511. *Qui addit scientiam addit dolorem*; quis hujus verbi sensus, 49. Scientia siderum a Juliano imperatore culta, 91.
Scindapsus, vox inanis ex Gregorio; plantæ genus in India nascens, juxta quosdam veteres, 458.
Scipiones intuetur Julianus Apostata, quare, 109.
Scopulos incursantes fluctus propulsans, martyris impetus omnes persecutorum frangentis imago, 446.
Scribæ a Christo redarguti, 47.
Scriptura sacra, verius et clarius quam omnes physici docet, qui fiat ut mare arenam pro termino habeat, 517. Non Scripturæ, sed fabularum gentilitatis est, figmentorum venustate quasi præstigias animis offundere, 60. Scriptura historias tradit, ut alia exempla fugiamus, alia amplectamur, 60. Nihil in ea temere conscriptum, 60. Imaginibus ad libitum conflictis utitur ad res dilucidius explicandas, 478. Per corporum figuram sublimiora significat, 638. Res quandoque dicit quæ non sunt, cur, 570. Deo multas affectiones humanas tribuit, somnum, vigiliam, etc., quo sensu, 570. Quædam non dicit, quæ tamen ex ea colliguntur, 570. *Vide* Ingenitus, Anarchus, Deus. Quidam, ob duo vel tria Scripturæ verba imperite cognita, sapientes sibi videntur, 591. Hebræi juvenes a quibusdam Scripturæ sacræ libris arcebantur, 600. Scripturarum peritus est diabolus, 697.
Scylla, æquorea pestis, sex in orbem, maximeque horrenda capita habens, 127. Ejus descriptio, 127.
Scytharum in hospites feritas, 679. Scytharum servi adversus dominos suos rebellasse feruntur, 137. Eorum imitator Julianus, qui primus Christianorum adversus imperatorem dominum suum rebellavit, 137.
Sebasteni, Joannis Baptistæ reliquias, sub Juliano Apostata, igni tradiderunt, 167.
Securis, in Scriptura, insanabilis animi excisionem significat, 687.
Sedes altæ piis hominibus assignatæ, 878.
Seditio. Ad seditionem conjurati, pacem inter se colunt, 415. Seditiones multæ in Christianos sub Juliano Apostata, 121.
Segnities iners et supina, et imperitus fervor æque inutiles, 583.
Segor. Ad oppidum Segor e Sodomis confugiamus, 510.
Seleucia et Constantinopolis, pulcherrimis antea nominibus claræ urbes, turpissimarum rerum notis celebres factæ, 399. Propter ambiguas fidei formulas in eis digestas, 399. Seleuciæ fanum erat Theclæ virginis, 399.
Seleuciense concilium, Georgii Ariani potentia coactum; deinde Constantinopolim translatum, 399. Piam et veterem doctrinam, labefactata consubstantialitatis voce, sustulit, 399. Ambigua fidei confessione impietati viam aperuit, 399, 400. Malorum quæ inde secuta sunt descriptio, 400.
Seleucus, Antiochi pater, honores multos Judæorum nationi tribuerat, 297. Ab ipso Antiocho Judæorum per secutore laudatus, 297.
Semele fulmine feritur, 168. Tonitruum ejus adoratum, 679.
Seminare ad justitiam, quantum præstet, 721.
Senatorem esse, primariamque in eo ordine sedem obtinere, maximum nobilitatis argumentum est, 440.
Senatorius ordo extra nubem et longius Aarone gradum fixit, dum Deus Moysi loqueretur, 590.
Senectus cum virtute conjuncta, imperitæ juventuti præstat, 48. Salomon senectutem prudentia definivit, 788. Gloriationis corona, senectus, 301. Quid officii viro philosopho in senectute incumbat, 479. Senectus spiritu delibuta exilit, 800. Nihil senectute fortius, 259.
Sennacherib. Ezechias adversus eum Deum contestatur, 163.
Sensus omnes ad animam referuntur, 587. Ad eumdem modum omnia Ecclesiæ membra ad Christum, 587. Sensus cordis mei turbati sunt in me; Jeremiæ sententia, 317. Quid Jeremias hic per sensus intelligat, 317. Fortasse impulsiones animæ, cogitationesque potissimum illas quæ a sensibus proficiscuntur, 317. Hæc ad corporis etiam sensus referri possunt, 317. Quæ sub sensus cadunt, a Deo aliena sunt, 669. Mors ascendit per fenestras nostras, hoc est, ut Gregorio videtur, per sensuum sedes, 244. Sensus omnes purgandi, 721. Quomodo, et qua de causa, 722.
Sensus verborum. Si quid ambiguum videatur in verbis, ad sensus debent verba conferri, 895.
Sententia in hominem a Deo pronuntiata, qua ratione in passione Christi rescissa, 685. Sententiam mutare non turpe est; sed in malo perseverare funestum et exitiosum, 767.
Sentiendi vis ab anima proficiscitur, 587.
Seon, rex Amorrhæorum, exiguus princeps, 78.
Sepia atramentum ante se vomens, ejus qui argumentorum infirmitatem maledictis obtegit imago, 757.
Septies. *Vide* Noxa.
Septimanarum genus multiplex, 732.
Sepultura Christi adversus nostram in terram reversionem, 25
Seraphini Deum cingentes, 235. Tres sanctitates in unam divinitatem contrahunt, 626. Tres sanctificationes a seraphinis emissæ, in unam dominationem ac deitatem coeunt, 668.
Serapis, Ægyptiorum Deus, 621.
Sermo, idem est animæ quod cibus corpori, 317. Sermonis alimonia, largitio vere cœlestis, et angelorum panis, 799. Sermo divinus mirabile augmentum affert, et in virum perficit, 34. Aurea inauris pretioso Sardio alligata, hoc est, sapientis sermo auri recte audienti, 57. Sermonis et disputationis cura eruditioribus mandetur, 393. Si tibi est sermo prudentiæ, responde. 393. Sermonis ornatu crucem nonnunquam evacuari, 539. Virilem sermonis cibum quidam non ferunt, 34. Sermo actione carens, imperfecta res est, 803. Modum quemdam ac decorum in sermone tenendum esse, 491. Sermonis saturitas quam auribus inimica, 691. Qui de Deo curiose inquiris, prius cognosce quomodo mens sermonis opera percipitur vicissim et communicatur, 512. Quomodo sermo mentis fetus est, atque in alia mente sermonem procreat; quomodo sermoni cogitatio imperitur, 597. Sermones nostros Deum audire, utilis ac necessaria cogitatio, 881. Sermones veri ac solidi, belluinis hominibus lapides sunt, 497. Sermoni malo nullatenus insistendum, 885. Sermones quibus ad peccatum invitamur, ne auribus quidem excipiendi, 710. Ad impiorum sermones nullo modo accedendum, 884. Sermones a Juliano tyrannide oppressi, 81.
Serpens æneus, Christi pro nobis passi non typus, sed antitypus, 863. Serpentis morsus, furtivus et clandestinus, 888. Serpens impostor piæ mulieris continentia superatus, 227. Quis dedit ut calcemus supra serpentes, non jam calcaneum occulte observantes, sed caput attollentes? 84. Dominus fortis et potens, 84. Christus crucem conscendit, ut de serpente triumpharet, 439. Quidam milites, sub Juliano imperatore, a serpentibus non vulnerati, quod serpentem illum suspensum, Christique vulneribus oppressum, intuerentur, 106.
Servitus et dominatio, duæ summæ rerum differentiæ, 623. Servitus et paupertas in legis divinæ transgressione positæ, atque hinc exortæ, 275.
Servus improbus domino benefacienti confitetur, verum eidem corripienti nequaquam pari studio adjungitur, 321. Servorum malorum character, 736.
Seth, Adami et Evæ soboles, 562. Quid inde, 562.
Sextus et Pyrrho philosophi, cæteris omnibus oppositi,

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

393. Velut gravis quidam morbus in Ecclesias nostras irrepserunt, 395.

Siculi viri, Arethusæ aquam bibentes, 139. Ex edito de ipsis oraculo principem inter alios homines laudem obtinent, 139.

Sidera numero comprehensa, et suo quæque nomine appellata, 614. Siderum multitudo, pro deorum multitudine, culta, 506. Siderum motus et conversiones, unde, 519. Ut in notitiam venere, 519. Siderum scientia a Juliano imperatore colebatur, 91.

Sige et Bythus, Valentini Æones, 614.

Sigillum, baptismi nomen, quare, 693. Sigilla regum, ministris baptismi comparata, quare, 712.

Signa infidelibus, non fidelibus dantur, 798.

Silentium, magnum Dei donum, 589. Modum quemdam ac decorum in silentio tenendum esse, 491. Qui Deum amant, tametsi alioqui pacati ac moderati sint, lenes et faciles esse non sustinent, cum per silentium et quietem Dei causa proditur, 402. Silentium Zachariæ, filio in lucem edito, solutum, 182. Silentium, ex proverbio, consensus est, 429. Silentium pythagoricum iis qui disputationes amant insectandum proponitur, 494.

Silentium ac profundum, duo ex Æonibus Valentini hæretici, 460.

Silo. Nova Silo, ubinam et quare, 766.

Simeon, Christum in ulnis accipit, 686.

Simia. Alii hominum motus, aliæ simiarum imitationes, 139. De simiarum imitatione locus difficilis explicatur, 139.

Simile secundum Scripturas : ambigua verba, pravo consilio, fidei formulæ ab Arianis inserta, 400.

Simon, Antiochum inducit ut adversus Judæos expeditionem suscipiat, 297. Antiochus, cum infectis rebus discessiset, ei succenset, 297. Simon Cyrenæus, ut imitandus, 864. Simon aliique veteres hæretici cum suis præstigiis silentio traditi, 459.

Simplicitas, parum cauta est, 94.

Simulatum nihil constans ac diuturnum, 345.

Sinapis grano regnum cœlorum comparatur, nec ideo parvum reputatur, 688.

Sitire. Deus sitit sitiri, 713.

Socraticus amor, præ verecundia, non omnino describitur, 110.

Sodalium delectus cur a juvenibus maxime adhibendus, 785.

Sodoma. Mundus ut Sodoma fugiendus, 704 Sodomorum et Gomorrhæ celebris improbitas, celebrior interitus, 389.

Sodomitæ universi, uni Lot minime anteponendi, 755.

Sol, oculus diei, 837. Idem est in sensibilibus quod Deus in intellectualibus, 520. Quod etiam a Platone dictum, 520. Ut sol mundum visibilem, sic Deus invisibilem collustrat, 586. Soli traditum est lumen ad orbem illustrandum, non autem ab eo productum, 837. Solis forma, lumen, 837. Solem oriri facit Deus non minus super malos quam super bonos, 370. Sol et luna pacis et concordiæ documentum, 189. Solis cursus propter Hebræos inhibitus, 445. Sol stans potentiam Dei testatus est, 86. Sol Christo in cruce pendente obscuratus, quod creaturas omnes Creatori condolere oporteret, 867. Rursus inflammatus, 867. Solis ac siderum motus ut in notitiam venere, 519. Solis mirabilia, 520. Multæ de sole quæstiones, 520. Ut ægris oculis solis radios intueri periculosum, ita impuro rem puram attingere, 489. Sol post nubem, qua prius obducebatur, jucundior illucescens, sanctorum ab inordinata vita conversorum imago, 440. Sol pro Deo et mundi gubernatore a quibusdam habitus, 506. Solis cum Basilio Magno comparatio, 821.

Solatium in adversis promptissimum et fortissimum, Dei recordatio, 319.

Solemnitatis, in qua Valens imperator vertigine correptus est, elegans et magnifica descriptio, 808.

Solitariæ vitæ præclarum encomium, 14, 15. Quæ de ea prædicat Gregorius, ab iis tantum intellecta qui ejus amore tenentur, 14, 15. Sed apud plerosque risui et despectui habita, quare, 14, 15. Solitariæ atque communis vitæ comparatio, 457.

Solitudo, pulchra res, 259. Idque docet Eliæ Carmelus, Joannis desertum, ac mons ipse in quem Jesus secedere solebat, 259. Elias et Joannes libenter in solitudine philosophantur, 476, 793. Solitudo, arx quædam Theologo fuit, divinæque ascensionis mater, ac Deum ex homine efficiens, 68. Solitudinis Gregorii fructus, 476, 477.

Solon a Cræso turpiter ejectus, quare, 110.

Somnus, quo sensu Deo attributus, 570.

Sophia. Sanctæ Sophiæ templum, cum Jebus esset, Jerusalem a Gregorio Theologo effectum est, 766.

Sophista vitii, diabolus, 697. Quo studio adolescentes Athenis in sophistas tenerentur, 781.

Sors. Ne sorte quadam ac fatali lege Jeremiam sanctificatum, et alios ab ipsa vulva rejectos habeamus, 655.

Spartani adolescentes in Dianæ festo virgis lacerati, 109, 679.

Spectaculum. Qui spectaculis delectantur, ut ridicule se gerunt, 781.

Spectra, quibus Julianus Apostata perterritus seipsum cruce signat, 102. Spectra caliginosa Hecatæ, 679.

Specula. Habacuc e specula observans, et cum eo Gregorius, 845.

Speculum Dei, homo efficitur, 376. Quo sensu, 376.

Spes non confundens, commodum in malis remedium, 81. Spes, angustiarum rerum medicina, 318. Spes futurorum pro deliciis habenda, 366.

Spiritus sanctus, vere sanctus; est enim ipsamet sanctitas, 467, 558. Erat a principio, quare, 558. Attributorum, quæ ab æterno habet, expositio, 738. Spiritus sanctus factus non est, 564. Increatus et temporis expers, 736. Si creatura est, incassum baptizati sumus, 657. De propria Filii Dei, et ex una eademque substantia missus, 903. Non est accidens, non vis, non facultas aliqua in alio exsistens, 559. Essentia est; non creatura, sed Deus, 560. Spiritus sanctus, non apud quoslibet Deus appellandus, 736. Quoadusque tempus id ferat, 736. Difficilis de Spiritu sancto disputatio, quare, 557. Variæ de eo Christianorum sententiæ, 559. Ex his qui Deum ipsum credunt, alii fidem intus retinent, alii ore confitentur, 559. Spiritum sanctum creaturam non esse quidam sentiebant, et tamen Deum vocari moleste ferebant, 736. Ut Gregorius cum eis agendum putat, ut eos compellat, 737. Virtutes eorum laudibus effert, et pro eis anathema esse cupit, 737. Basilii Magni de Spiritu sancto sententia. *Vide* Basilius. Spiritus sanctus Deus est, et ei ex quo procedit consubstantialis, 562. Spiritui sancto divinitatem auferre blasphemia est non theologia, 624. Deus comprobatur, quod sanctificet, et nos deos efficiat, 625. Quod templum illius dicamur, 625. Quod ad baptismum numeris omnibus absolutum requiratur, 626. Quod in eum credamus, 560. Spiritus sancti divinitas, ut probari potest ab iis qui nullo eam Scripturæ testimonio niti concesserint, 574. Unum eorum fuit quæ Christi discipuli initio portare non poterant, 573. Ideo in Novo Testamento subobscure quodammodo indicata, 572. Sed post ascensionem Domini aperte revelata, 573. Variis Scripturæ testimoniis comprobatur, 574. Divina nomina quibus Spiritus sanctus appellatur, 575. Quæ de eo humilius dicuntur, ut intelligenda, 576. Spiritus sanctus, nec novus nec introductitius Deus, sed a priscis agnitus, 569. Primum a prophetis, deinde a Christo promissus, 741. Omnia cum Christo creavit ac restituit, 741. Davidem et alios quosdam ex parvis magnos effecit, 742. *Vide* David, Amos, Petrus, Matthæus, Paulus. Spiritus sanctus vim suam in angelis exercebat, 739. Deinde Patribus et prophetis futura præmonstravit, 739. Christo aderat, non ut operans, sed ut æqualem comitans, 739. Multiplici ratione apostolis ante Pentecosten adfuit, sed in Pentecoste modo perfectiori, 740. Cur modo corporeo cerni voluit; cur in linguis, iisque igneis et dispertitis; cur sedentibus, atque in cubiculo, 740. Alia ejus mirabilia, 742. Spiritus Sancti operationes septem, 735. Spiritus sancti processio, vox perspicuitatis causa recens introducta, 684. Spiritus sancti processio non metuenda, quasi processio idem sit ac generatio, 468. Non anxie inquirenda, 382. Quomodo a Patre procedat, non anxio studio perscrutandum, 382. Spiritus sanctus citra generationem procedens, 553. Procedit a Patre, 561. A Filio, 903. Quatenus a Patre procedit, creatura non est; quatenus genitus non est, Filius non est; quatenus inter ingenitum et genitum medius est, Deus est, 561. Spiritus multi ab hæreticis conficti, quales, 582. Spiritum sanctum Sadducæi negaverunt, 558. Eum ethnici quidam theologi, ut Gregorio videtur, per imaginem quamdam conceperunt, 559. Peregrinus Deus ab hæreticis impie dictus, 556. Ab Eunomianis pro nihilo habitus, 523. Hæreticorum in Spiritum sanctum objecta, cum Gregorii responsis. Objectio prima : Spiritus sanctus aut ingenitus aut genitus; si ingenitus, erunt duo principii expertes; si genitus, aut ex Patre aut ex Filio; si ex Patre, erunt duo Filii; si ex Filio, nepos Deus exstitit, 560. Responsio : Falsa est divisio, qua inter ingenitum et genitum nihil medium esse hæretici arbitrantur, 560. Spiritus sanctus nec ingenitus, nec genitus, sed procedens, 561. Objectio secunda : Quæ ergo est hæc processio? 561. Responsio : Dic tu quæ Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem et Spiritus processionem explicare aggrediar, 561. Hinc fiet ut ambo deliremus, in Dei mysteria

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

oculos injicientes, cum ne ea quidem quæ ante pedes sunt scire possimus, 561 Objectio tertia : Da mihi ex eodem aliud esse Filium, aliud quod Filius non sit, et tamen ejusdem cum illo substantiæ, 562. Responsio : Da tu quoque mihi Deum alium, Deique naturam, et tibi Trinitatem aliam cum iisdem nominibus dabo, 562. Cum vero Deus unus sit, unde tandem similitudinem tibi repræsentabo? 562. An rursus postulas ex terrenis et humanis rebus eam duci? Id quidem turpe; et tamen adnitar hinc quoque nonnullam orationi meæ opem afferre, 562. Eva et Seth ex eodem Adamo; non tamen ambo geniti, 565. Objectio quarta : Quis Spiritum adoravit? Quis veterum aut recentium eum oravit? 563. Responsio prima : Hujus rei pleniorem causam postea reddemus, cum de non scriptis dogmatibus disseremus, 563. *Vide* Scriptura. Responsio secunda : Spiritus est in quo adoramus, et per quem oramus, 563. Unius adoratio trium adoratio est, propter æqualem trium Personarum dignitatem ac divinitatem, 563. Spiritus sanctus quibus de causis adorandus, 574. Heriliter, non serviliter adest invocanti, 735. Spiritu adorare et orare quid sit, 563.

Spiritus prophetarum *Vide* Propheta.

Spiritus vitalis unde acceptus, 554.

Spiritus vitiosi septem, 683. Qua ratione curandum ne majori quam prius apparatu animam occupent, 583. Spiritus immundus, cum ab homine exierit, quibus artibus redire contendat, 719. *Vide* Parabola.

Sponsus Ecclesiæ, Christus, 729. Ut versabitur cum prudentibus animabus, quæ in cubiculum ejus introductæ fuerint, 729. Cum aderit ille, et ut ei procedatur exiget, quam tristis et misera calamitas imprudentum animarum! 730.

Statuæ propinquorum, unum ex primis idololatriæ principiis, 506. Statuæ deorum vel dæmoniorum adeo magnificæ, ut pretium ipsum vulgi animos inescaret, 507. Statuæ Maximini imperatoris, ob Christianorum persecutionem, mutilatæ, 129. Statuas ab umbra laudare proverbium, 225.

Stella, Magorum dux, ab ortu in Bethleem cucurrit, et Christi præsentiam indicavit, 150. Quis stellas ordine collocavit? Imo quid stellæ? 519.

Stephanus martyr, majus aliquid morte Christo obtulit, nempe longanimitatem, 346. Pro iis a quibus lapidatur preces fundit, 258. Stephanus fieri Basilius Magnus reverentia prohibitus est, qua ratione, 829.

Stercus ficulneæ sterili adhibendum, id est, lacrymæ, gemitus, preces, vigiliæ, etc. 696.

Sterilis. Sermo in terram sterilem incidens, ipse quoque sterilis est, 496.

Sterilitas. Terræ sterilitatis plaga percussæ luctuosa descriptio, 503. Quam levis hæc castigatio, in comparatione malorum quæ impios manent, 504.

Stipendium, quid sit, 369.

Stoici. Quid Julianum imperatorem docuerint, 96. Stoicorum supercilium, 495.

Stratagema persecutoribus Ecclesiæ familiare, 106.

Studium præceps ad docendum et regendum, cui simile, 48. Quod difficilius expugnatur, majori studio appetitur, 683.

Stultitia unius multis periculum accersit, 888.

Stultum in sublime attolli et prudentem deprimi, improbitatis opus est, 888. Stultorum cogitationes, fraudes et imposturæ, 887. Vera eorum effigies, 888.

Subditis tanquam conservis imperandum, 314.

Sublimes et excelsi creati sumus, 367.

Substantiæ unius vocabulum in Scripturis contentum, 898. *Vide* Ariani, Essentia.

Subterranea vaticinia, 679.

Successio episcopalis quænam proprie æstimanda, 590.

Suffragia. Athanasius totius populi suffragiis ad Marci thronum evehitur, 390.

Sunamitidis filius vitæ redditus, 734. Elisæi inflexione suscitatus, 734.

Supercilium Stoicorum, 495.

Superflua, cujus sint, 570.

Surgite, abeamus hinc. Quis eorum verborum sensus, 567.

Susanna, mortis periculo liberata, et a sævis senioribus servata, 445.

Suspicari. Is improbitatem non suspicatur, cujus animus ab improbitate liber ac purus est, 94, 249.

Suspicio. Cum suspicio sola animum nostrum male habet, lenitate potius quam celeritate utendum, 192.

Sycomorus, quid significet, 682.

Sycophantæ hæretici, 865. Sycophantarum genera inter homines grassantia, 879.

Syllabas consectari. *Vide* Littera. Judæus.

Symbamata, propositiones quæ sensum integrum efficiunt, 458

Syria a Gregorio Alexandrinæ sedis invasore vastata, 398.

T

Tabeel. Lucius, Alexandrinæ sedis invasor, hoc nomine a Gregorio designatus, 465.

Tabernaculum Dei, Ecclesia, 568. Tabernaculum sacrosanctum, quod fixit Dominus et non homo, 826. Tabernaculum Moysis, totius mundi figura et imago, 531. Ad cœlestium exemplar constructum, 568. Adhuc paululum, et hoc tabernaculum (corporis nostri) dissolvetur 524.

Tactus, ut et qua de causa purgandus, 722.

Talentum. Non talentum solum, sed talenti quæstus requiritur, 474. Talentorum multorum debitor in Evangelio, debito liberatus, 324. Non, ut ei remissum fuerat, ipse remittit, 324. Eam ob causam Dominus ira commovetur, 324. Gregorio exprobratum est quod talentum in terra defoderet, quare, 580. Talentum in terra defossum latere non patitur Basilius, 240.

Taneos principes, stulti, 41.

Tantalus Pelopem filium diis in cibum apponit, 679. Tantali cruciatus, 173.

Tauricremus, nomen Juliano Apostatæ inditum, 115.

Taurus petulans inter sidera, quid in comparatione crucis in cœlo fulgentis, 150.

Tauri populi, hospites occidebant, 100. Hospites necare pium habebant, 134.

Taurici reditus Anthimum Tyanorum Episcopum in furorem agunt, quare, 814.

Technæ diaboli ab animabus puris celerius deprehensæ, 443.

Telchines, id est, præstigiatores, 132. Qui pravi Telchines Juliano Apostatæ in mentem induxerunt, ut sermones Christianis eriperet, 132.

Telmessus, urbs Lyciæ : incolæ ejus, divinationis quæ in somniis sita est, inventores, 137.

Temeritas, imperitiæ comes, 32. Inscitiæ fetus, 581.

Temperatio admiranda in Incarnatione Verbi, 671.

Tempestas in tranquillitate cogitanda, 321. Tempestas exorta cum Gregorius navigaret, 352.

Templum Spiritus sancti dicimur; hinc Deus Spiritus sanctus, 625. Templum vivum Dei vivi esse debet qui ad sacrificium altaris accedit, 57. In templum Dei architectonica Spiritus sancti arte construimur et cosgmentamur, 568. Templum ingredi cuiquam liberum non erat, nisi et animo et corpore purus esset, 56. Templi Jerosolymitani parietes contingere promiscuæ multitudini non licebat, 577. Templi Jerosolymitani instauratio a Judæis, sub Juliano imperatore, suscepta, quibus miraculis prohibita, 150. *Vide* Judæi. Templum Jerosolymitanum, si quibusdam fides est, rursus exstruendum, et sedes Antichristi futurum, 872. Templum a Gregorio patre Nazianzi exstructum, 5. Ejus descriptio, 559. Templa cruore sanctorum ab Arianis contaminata, et in sepulcra immutata, 764. Temporaliter dicta, inversa temporum ratione Scripturæ usu prolata, 526.

Tempus, solis motu definitum, 848. Suum cuique negotio destinatum est tempus, 490. Tempus omne ad expetendum baptismum idoneum, 700. Salutis negotium agendi semper tempus adest, 700. Reliqua omnia tempore suo facienda, 700. *Ecce nunc tempus acceptabile :* hoc in loco particula *nunc* tempus omne designat, 700. Tempus hoc rebus maxime contrariis plenum est; quod partium enumeratione declaratur, 878. Tempus præsens, laboris; futurum, præmiorum est, 367. Temporis commoditate ad quæstum utamur, fluxis et fragilibus æterna coementes, 324. Totius temporis, adeoque tenuissimi et brevissimi cujusque horæ momenti ratio a nobis exigenda, 474. Temporum difficultates non observandæ ad comparandas opes, 315. Id enim iniquorum ac sceleratorum est, 315.

Tenebræ meridianæ, quid, 721. Tenebræ palpabiles, nona Ægyptiorum plaga, 749. Tenebræ oculis nostris undique offusæ, Dei latibulum sunt, 320. Animi improbitas rationi tenebras offundit, 426.

Tentatio. Eorum qui tentatione pulsantur genus duplex, 478. Alii ne tantillum quidem rerum adversarum impetum sustinent; alii petræ instar sunt, 478. Justis raro contingit in tentationem tradi, ut tentatorem ignominia palam perfundant, 84. Tentationes diaboli, ut repellendæ, 697.

Tentator diabolus, quam pugnandi rationem adhibeat 697. Scripturarum peritus est, et vitii sophista, 697. Ut conversionem differri suadet, et parvis dilationibus incautos decipit, 700. Cum aperto marte nihil proficit, insidias obscure tendit, 702. Nullum insidiandi finem facit, 702. Qua ratione propulsandus, 702.

Terra, communis omnium parens, 516. Terræ firmitas

Digitized by Google Распознавание текста ABK/FR

et stabilitas, 874. Terra, cum cibos largitur, parentum erga filios amorem imitari videtur, 188. Terræ sterilitatis plaga percussæ descriptio, 503. Terra sterilis sermonem in se incidentem sterilem reddit, 496. Variæ de terra quæstiones, 517. Nihil in eis ratio deprehendit, si Dei voluntatem exceperis, 517. Terræ motus, post hominum memoriam maximus, Nicææ exortus, 207. Anno 368, Valentiniano et Valente consulibus, 195. Eventus quidam, terræ motus appellati, 571, 572, 714. Aggæi locus, de altera cœli et terræ motione, quomodo intelligendus, 401. Paulo fides habenda, postremum hunc terræ motum nihil aliud fore affirmanti quam secundum Christi adventum, 402.

Testamentum. Veteris et Novi Testamenti charactere nondum perspecto docere, in vitio positum, 36. Duo Testamenta cur terræ motus appellata, 572. Non subito, sed paulatim, ac pædagogi et medici more, ab assuetis abstrahunt, 572. Primum, sublatis idolis, sacrificia permisit, 572. Secundum, submotis sacrificiis, Circumcisionem non subito prohibuit, postea tamen abstulit, 572: Primum Deum Patrem aperte prædicabat, Filium obscurius; Novum perspicue Filium ostendit, et Spiritus sancti divinitatem subobscure quodammodo indicavit, 572. Sed post ascensionem, Spiritus sanctus sese nobis aperte declaravit, 573.

Tethides dii, quinam, 566.

Textores imperatorii, ob libertatem qua fruebantur, ad audendum parati, 812. Basilio Magno in judicium contumeliose vocato, præfectum discerpere volunt, 812.

Thebæ Ægyptiæ, centum portis cinctæ, unum ex septem mundi miraculis, 818. Cum hospitali domo a Basilio Magno constructa non comparandæ, 818.

Thebanus vates, 104.

Thebanorum in festivitatibus suis amentia, 679.

